51

L.

VIII 51.



TRACTATVS
DE IMMVNITATE ECCLESIARVM,
aliorumq. ſacrorum locorum,

QVO AD PERSONAS DELINQVENTES, quæ ad illa confugiunt.

IN QVO CONSTITVTIO GREGORII PAPAE XIIII. ſuper Immunitate Eccleſiarum præcipuè commentarijs explicatur.

LEGVM CIVILIVM, ET SACRORVM CANONVM STVDIOSIS, Confeſſarijs, & Eccleſiaſticis omnibus perutilis,

Auctore ALEXANDRO PEREGRINO CAPVANO ex Religione Clericorum Regularium Theatinorum.

Illuſtriſſimo, & Reuerendiſs. D. D. PETRO CAMPOREO Card. S. R. E. & Epiſcopo Cremonenſi.

DE CONSENSV SVPERIORVM.



CREMONÆ, M. DC. XXI.

Apud Marcum Antonium Belpierum.

Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D.D. PETRO CAMPOREO Card. S.R.E. & Epiſcopo Cremonenſi.

Marcus Antonius Belpierus, S. P. O.



COGITANTI mihi, Illuſtriſsime Præſul, cui nam tantum opus typis demandandum dicarem, occurrit mos peregrinantium omnium ſuadês illud quod humillimi ſerui per optabat affectus, illi enim itineris labore defatigati in Campum, ſi annuente fortuna ſe ſe offerat, non tam præflorum copia, & odoris ſuauitate, quàm præexoptata vmbra, lociq; amenitate pergràtum vires reuocãdi gratia ſe recipiunt. Ampliſsime Præſul, omnes te tamquam formoſiſsimum Campum admirari quis ambigit? (id enim dictat Illuſtriſsima Camporea domus) Campum, inquam, in quo omnium virtutum flores perpetuò virentes conſpiciuntur, quarum odor non ſuis contentus finibus ad vltimas vſq; terræ partes pertingit; ergò cum Peregrinus ſit tanti operis Auctor, immò ipſummet opus ob doctrinæ claritatem, profunditatem, excellentiam peregrinum, huic nè dedigneris tuę protectionis vmbram, ea qua ſoles, humanitate præſtare, tantoquè operi, licet tuis meritis, ac virtutibus per exiguo ſummæ meæ erga te obſeruantiæ argumento, patrocinari. Vale. Cremonæ Kal. Iulij 1621.

DE AQVILA
Quæ Par eſt Syderibus,

STemmata Camporei decorat Iouis armiger Ales,
Cuius in aſtra vehit nomina clara Poli;
Si par ſyderibus fama ſit nuncia Petri,
Quis par ſit famæ? par quis erit ue Petro?

De ſtemmate.

SEx diſtincta manent in Stemmate ſydera claro
Syderibuſq; duplex cincta cometa micat.
Sunt Aquilæ binæ, volitantq; ad Sydera celſa;
Purpura ſtat circum, colla galerus habet.
Attamen inſigni ſubſidunt aſtra galero
Vt Sol in claro ſtemmatis axe nitet.
O Fœlix Petrus, exiſtit ſuper aſtra galerus
Quæ Domino ſedes eſt tribuenda ſuo:

De Syderibus.

SYdera producit pro ſertis ignea Campus
Dulcia telluris præmia quanta forent?

De

DE AVCTORE
Epigramma.

HIc vt gemma liber Capuæ peregrina coruſcat,
Legit ab æquoreis quam peregrinus aquis;
Inuentor Peregrinus erit ſimiliſq; libellus;
Illi quem dabitis, ſit peregrinus honor.

DE AVCTORE
epigramma,

SOllicitus ſcriptis Peregrinus templa tuetur,
Quas condat Cœli pectore promit opes;
Fortis ab Eccleſijs inimici tela repellit,
Quo tutis templis ſydera tutus eat.

LE.

iudicabunt; Quas autem illorum admitto ſententias, eas me, & clarius explicare, & fortaſſe confirmare validius: Illorum deniq; quidpiam deeſſe alicui, quod alius habet, me verò, quæ omnes illi ſparſim diuiſimq; ſcripſerunt, hoc vnico commentario abunde complecti. Habes itaq; beneuole Lector ex eruditorum ſententia nos hoc ſane libro nequaquam actum agere. Illud vnum reliquum eſt, vt prænoſcas, Bullam ipſam Gregorij verbatim expoſitam, non in hac libri fronte, ſed ad calcem Operis ea mente fuiſſe collocatam, vt ſumma totius doctrinæ, & omnium quæ toto volumine diſputantur Quæſtionum Elenchus haberetur. Vtere, & Vale.

Lectori Beneuolo.

HOc libri noſtri limine ſcire te Lector, volo, me, cũ primum Gregorij XIV. Pont. Max. De Eccleſiarum Immunitate Bullam explicare ſuſcepi, neminem prorſus habuiſſe, qui ex inſtituto, de eodem argumento commentatus, exemplo mihi, doctrinaque præluxerit. Dum igitur exiſtimo ſolum me eſſe qui huic vacarem operi, paruamq; hanc molem cogito propediem emoliri, ecce, tres eiuſdem rei Tractatores vnà propemodum prodierunt, videlicet Marius Italia, Alexander Ambroſinus, & Proſper Farinacius, docti illi quidem, & clari admodum viri; ſed quorum tamen labores, me (niſi ego, amiciq; mei fallimur) nequaquam debeant ab edẽdo quod apparaueram Opere deterrere. Nam vt illos eruditi nonnulli quibus iudicium hoc commiſi legerunt, & cum noſtro commentario accuratè contulerunt, ab ijs certiſsimè deprehenſum eſt, atque eadem opera quiſque poterit deprehendere, complura à me hic exactè tractari, quæ ſcriptores illi ne leuiter quidem attigere, ſæpe item de grauibus rebus ab ijs me penitus diſcrepare, quod temere ne, an cum ratione faciam, docti facile

iudi-

Approbatio Doctorum.

TRactatum de Immunitate Eccleſiarum, aliorumq; ſacrorum locorum Quò ad perſonas delinquentes, quæ ad illa confugiunt, Auctore R. P. D. Alexandro Peregrino Capuano Clericò Regulari, Nos infraſcripti diligenter vidimus, & accuratè conſiderauimus, inuenimuſq; illum non modo ſanæ, catholicæq; Doctrinę conſentaneum, & ſine Chriſtianarum aurium, aut morum offenſione; Verum etiam omnia quæ continet afferta optimis rationibus confirmata, Antiquorũ, Recentiorumq; Doctorum teſtimonijs eruditiſſimè roborata: Eſſeq; iudicamus Legnm Ciuilium, & ſacrorum Canonum ſtudioſis, & Confeſſarijs nòn minus vtilia, quàm neceſſaria, ac digniſſima, quæ typis mandentur. Datum Romæ in Eccleſia S. Syluestri in Monte Quirinali hodie die prima Menſis Februarij anni 1616.

Ego D. Ludouicus Perſichellus Clericus Regularis I. V. D. affirmo vt ſup.
Ego D. Raphael Raſtellius Clericus regularis I. V. D. ac S. Theologiæ Lector affirmo vt ſupra.
Ego D. Thomas de Afflicto Clericus Regularis S. Theologiæ profeſſor affirmo vt ſupra die 15. Octobris 1619.

D. Andreas Piſcara Caſtaldus Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

FAcultatem cõcedimus, vt Tractatus de Immunitate Eccleſiarum, Aliorumq; ſacrorum locorum. Quò ad perſonas delinquentes, quæ ad illa confugiunt, In quo Conſtitutio Gregorij Papæ XIV. ſuper Immunitate Eccleſiarum præcipuè commentarijs explicatur à Patre D. Alexandro Peregrino Capuanò nòſtræ Religionis compoſitus, & eiuſdem Religionis Theologiæ, & ſacrorum Canonum Profeſſorum iudicio approbatus, Typis mandetur. In quorum fidem has literas manu noſtra ſuſcriptas, & ſigillo noſtro munitas damus.

D. Andreas Præpoſitus Generalis.

Locus ✠ Sigilli.

D. Angelus Maria Secret.

EGo infraſcriptus Conſultor S. Officij Cremonæ fidem facio me Tractatum de Immunitate Eccleſiarum, aliorumq; ſacrorum locorum Quo ad perſonas delinquentes quæ ad illa confugiunt, Auctore M. R. P. Alexandro Peregrino Clerico Regulari, perlegiſſe, & nihil in eo animaduertiſſe Fidei Catholicæ, bonisve moribus contrarium. Cremonæ 30. Iulij 1620.

Benedictus Creſcentinus Can. Theolog. Eccleſ. Cathedralis.

Imprimatur.

F. Thomas de Tabia Inquiſitor Cremonæ.

INDEX CAPITVM

Quæ in hoc Tractatu continentur.

PRænotanda. Cap. 1. pag. 2
Examinantur quinq; dubitationes pro generali intelligentia præſentis Tractatus, & Conſtitutionis Gregorij XIV cap. 2. 12
De Iudice huius Eccleſiaſticæ Immunitatis. cap. 3. 27
Quænam Eccleſiæ, Locaq; ſacra hac immunitate gaudeant. cap. 4. 49
Quænam perſonæ delinquentes confugientes ad Eccleſias hac immunitate gaudeant. cap. 5. 74
Quænam perſonæ delinquentes confugientes ad Eccleſias hac immumunitate non gaudeant. cap 6. 82
De eadem materia, nempè de perſonis quæ excipiuntur ab immunitate Eccleſiæ pro Homicidio proditoriè commiſſo; & pro crimine Aſſaſſinij. cap. 7. 98
De perſonis quæ excipiuntur ab hac immunitate pro Crimine Hæreſis. cap. 8. 115
De perſonis quæ excipiuntur ab hac immunitate pro Crimine læſæ Maieſtatis in perſonam Principis commiſſo. cap. 9. 120
Crimen læſæ Maieſtatis quibus modis committatur. cap. 10. 127
De perſonis quæ excipiuntur ab hac immunitate pro crimine læſæ Maieſtatis in perſonas Illuſtriſsimorum Cardinalium commiſſo. cap. 11. 134
De alijs perſonis delinquentibus, de quibus dubium eſt inter Doctores, an excipiantur ab hac immunitate. cap. 12. 148
De effectibus qui oriuntur ex immunitate Eccleſiæ, in beneficium illo-

rum qui ad illam confugiunt.cap. 13. 168
Quale crimen committant Iudices ſæculares,& alij Miniſtri Curiæ ſæcularis, reos per vim ab Eccleſijs extrahentes. Et quomodo Eccleſiaſtici defendere debeant delinquentes, qui ad Eccleſiam confugiunt.cap.14. 174
Quibus pœnis puniantur Iudices laici, vel alij miniſtri Curiæ ſæcularis extrahentes per vim ab eccleſia delinquentes qui confugerunt ad illam, abſq; licentia Epiſcopi.c.15. 180
Expoſitio Textus Conſtitutionis Gregorij Papæ XIV. quæ incipit cum alias &c.cap. 16. 200

Finis Indicis Capitum.

INDEX RERVM notabilium, quæ in hoc tracta-tu continentur, ordine alphabetico,

A

ABbortum procurans fętus animati ad præſeruandam ipſam prægnantem an priuetur immunitate? n. 8. fol. 100.

Abſolutio cenſurarum per pręſentem Conſtit. latarum, cui nam eſt reſeruata. n. 7. f. 186. & n. 18. 193

Abſolutionem excommunicationis quam conditor Canonis ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo alijs conceſſiſſe videtur facultatem relaxandi. n. 8. 187

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. n. 26. 57

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. nu. 6. & 19. fol. 169. & 175.

Actus proximus in crimine aſſaſſinij quando dicatur. nu. 32. 108

Ad Epiſcopum ſpectat iudicare de cauſis reorum ad Eccleſias confugientium? n. 1. 27

Adulter ſi ad eccleſiam confugiat an gaudeat immunitate eccleſiæ? n. 7. 157

Ad probandum id quod in indicio incidentur, & ſecundarie, & per modum cauſæ deduciter, quæuis probatio etiam leuis, & præſumptiua dicitur ſufficiens. n. 7. 30

Aeconomus ſumitur pro eo qui vicem gerit Epiſcopi. n. 21. 34

Affectus regulariter non punitur niſi ſecuto effectu. n. 33. 108

Affectus punitur in atrociſſimis delictis, etiam effectu non ſecuto. n. 34. f. 109.

Afflictio afflictis dari non debet. nu. 17. 56

Amplectens Sacerdotem portantem Euchariſtiam an gaudeat. nu. 78. verſo Et ſupradictam opinionem. 73.

An ſufficiat de delicto conſtare per indicia, & præſuntiones, An vero debeat per concludentes probationes apparere? num. 31. remiſſiuè. 214.

An ſit vſu recepta præſens Conſtitutio. n. 12. 17

Apoſtata à Religione an gaudeat im-

b 2 muni-

munitate? n.16. 166

Apoſtatæ à Chriſtiana Religione immunitate non gaudent.n.11. 1:8

Apotheca, vel domus Eccleſiæ quæ laicis locatur, qui non deſeruiunt Eccleſiæ, habens portam ad viam publicam, immunitate non gaudet. num.27. 58

Appellari an poſſit à ſententia lata per Epiſcopum, vel eius officialem ſuper remiſſione rei.n.33. 214.

Armis expoliari an poſſint rei qui cõfugerunt ad Eccleſiam, per Iudicẽ ſæcularem.n.5. 169

Aſſaſsinus non dicitur qui propriam iniuriam vlciſcendo alios; conduxit ad occidendum inimicum, nec conducti dicuntur aſſaſsini.nu.45. 112.

Aſſaſsinus non dicitur qui pecuniam accepit ad occidendum communem inimicum.n.46. 113

Aſſaſsinus non gaudet immunitate, dato quod homicidium non ſit ſequutum: Dummodo deuentum ſit ad actum proximum.nu.31. 108

Aſſaſsinus tam mandans, quàm mandatarius priuatur immunitate.nu.29. 107

Aſſaſsinus non dicitur qui ſpe, vel gratia eſt inductus ad occidendũ, non autem pecunia data, vel promiſſa.n.48. 113

Aſſaſſinus vt aliquis dicatur requiritur vt plenè conſtet pecuniam fuiſſe datam pro cauſa aſſaſsinij.n.49. 113.

Aſſaſsinus non dicitur qui pecuniam accepit non pro homicidio, ſed pro expenſis itineris.n.50. 114

Aſſaſsinus non dicitur qui aliquem occidit ſpe ſucceſsionis, vel lucrandi litem.n.51. ibid.

Aſſaſſini qui dicantur.nu.17.remiſſiuè. 217

Aſſaſſinium committitur non ſolum quando pecunia ſoluitur pro homicidio, ſed etiam quando ſoluitur alia res pretio æſtimabilis.nu.38. 110.

Aſſaſsinium committitur non ſolum occidendo Chriſtianos, ſed etiam infideles toleratos.n.39. ibid.

Aſſaſsinus dicitur qui hominem occidit non ſolum pecunia numerata, ſed etiã promiſſa, dũmodo promiſſio ſit certa, & ſpecifica.n.40. 111

Aſſaſsini immunitate eccleſiæ non gaudent.n.22. 106

Aſſaſsini qui dicantur.n.23. ibid.

Aſſaſsini per ſimilitudinem qui dicãtur.n.24. ibid.

Aſſaſſini tàm veri, quã ſimilitudinarij excipiuntur per Conſtitu.Greg. xiiij.n.25. ibid.

Aſſociantibus Euchariſtiam ſe ſe immiſcens an gaudeat.n.79. 73

Atrium Eccleſiæ gaudet immunitate.n.21. 57.

Atriũ quot modis accipitur.n.21.ib.

Attentantes delinquere contra præſentem conſtitutionem puniuntur. n 39. 216

Attentans extrahere Reum per vim ab Eccleſia ad quam confugit peccat vt violator Eccleſiaſticæ immunitatis, dato quod nõ extrahat. n.7. 177

Attentantes extrahere per vim ab eccleſia incurrunt in cenſuras, & pœnas præſentis Conſtit. n. 16. 80

Auctoritatem, quibus impartimur, omnia noſtra facimus.n.3. 169

Auriculam alteri amputans in Eccleſia vtrum priuetur immunitate? num.42. 95

Ban-

B

Banniti capitaliter ſi ad eccleſiam confugiant immunitate gaudent, (ita vt nec capi, nec occidi poſſint in ea) dummodo pro delictis exceptis non ſint banniti. n. 11. 78.
Beneficium non confertur inuito. n. 2. 174.
Blaſphemus an gaudeat immunitate Eccleſiæ? n. 12. 162

C

Capitulum ſede vacante poteſt cognoſcere de cauſis arduis. nu. 34. 40
Capitaliter banniti ſi ad Eccleſiam confugiant immunitate gaudent (ita vt nec capi nec occidi poſſint in ea) dummodo pro delictis exceptis non ſint banniti. n. 11. 78
Captura facta intra triginta, vel quadraginta paſſus circum circa Eccleſiam eſt nulla. n. 29. 59
Caſus præſentis Conſtitutionis qui coincidunt cum caſibus Bullæ cœnæ Domini, ſunt reſeruati in dicta Bulla: Illi vero qui non coincidunt, ſunt reſeruati ſedi Apoſtolicæ, ſed en in Bulla cœnæ Domini. n 18. 193.
Cauſa incepta coram Epiſcopo, ſi moriatur epiſcopus, an Vicarius poſſit illam proſequi? n. 35. 42
Cauſa quando fuerit cepta coram epiſcopi viciniori, qui ad huc illa durante ſedem vacare contingat, an ſit expectandus nouus Epiſcopus qui cauſam finiat, An vero deuoluatur eius cognitio ad epiſcopum viciniorem? n. 36. 43
Carceratus ſi fracto carcere ad eccleſiam confugiat, immunitate gaudet. n. 9. 77
Carceratus ſi de licentia cuſtodis exeat, & ad Eccleſiam confugiat, an gaudeat immunitate? n. 10. 78
Cardinalem offendens ob defenſionem propriæ vitæ, vel patris, filij, vxoris &c. vel ob tuendam ſuam pudicitiam, quando aliter illam non poſſet defendere: Vel offendens qui turpiter coniunctum cum vxore, matre, filia, vel ſorore eum inuenit: Vel ex probabili ignorantia eum occideret; Vel ex mandato S. Pontificis, immunitatem eccleſiæ non amittit. n. 6. 139
Cautio danda à Iudice quomodo eſſe debeat. n. 4. 175
Cauſa impulſiua, & finalis præſentis Conſtitutionis quæ ſit. nu. 5. 208
Cardinalis perſonam offendens, crimē læſæ maieſtatis committit, & immunitate Eccleſiæ non gaudet. n. 1. Ampliatur multis modis, & limitatur vſq; ad finem capitis. 134
Captus à ſatellitibus affirmat ſe fuiſſe captum in loco ſacro, ſatellites vero è contra aſſerunt fuiſſe captum in loco profano, Quæritur ad quem iudicem ſpectet huiuſmodi caſus cognitio. n. 18. 172
Captus à Birroarij affirmat fuiſſe captum in loco ſacro, Birroarij vero in loco profano, quæritur cui credēdum ſit. nu. 16. ibidem.
Caſus præſentis Conſtitutionis ſi occurrat in aliqua diœceſi in qua epiſcopus ſit abſens, non deuoluitur cognitio ad Epiſcopum viciniorem, ſed ad eius officialem, ſeu Vicariū. n. 22. 34
Cauſas criminales cognoſcere non poteſt Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi. n. 19. 33
Cenſuræ, & pœnæ ſtatutæ per ſacros Canones contra violatores immunitatis

nitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ quæ ſint.n.42.remiſſiuè. 216
Cenſuris irretiti priuilegia non amittunt.n.12. 55
Cœmeterium conſecratum,ſeu benedictum ab epiſcopo gaudet immunitate eccleſiæ.n.53. 64
Cœmeterij immunitas non extenditur vltra illud etiam per duos paſſus. n.57. 65
Cœmeterium benedictum non ab epiſcopo,ſed à ſimplici ſacerdote,gaudet immunitate eccleſiæ.n.58.ibid.
Cœmeterium etiam ſeparatum ab eccleſia, dato quod ab epiſcopo non ſit cõſecratum nec à ſimplici ſacerdote benedictum,gaudet immunitate eccleſiæ,ſi aliquis Chriſtianus mortuus cum eccleſiaſticis officijs, licentia epiſcopi,& voluntate Domini loci ibi ſit ſepultus.n.59. 66
Cœmerium interdictum, vel pollutum gaudet immunitate eccleſiæ,ſiue ſit contiguum, ſiue ſeparatum ab eccleſia.n.60. ibidem.
Circuitus Eccleſiæ immunitate gaudet.n.28. 58
Citatio an ſit neceſſaria quando epiſcopus, vel ab eo deputatus vult cognoſcere an ille qui confugit ad eccleſiam, crimina excepta commiſerit?n.9. 31
Citatio non eſt neceſſaria vbi probatio ſit ad inſtructionem ſolius Iudicis.n.15. 32
Citatio an ſit neceſſaria quando Epiſcopus,vel ab eo deputatus vult cognoſcere an ille qui confugit ad eccleſiam crimina excepta commiſerit.n 31.remiſſiuè. 214
Cognitio cauſarum immunitatis eccleſiæ, ad S. Pontificem, & alios Prælatos eccleſiaſticos ſpectat.nume.6. 14
Conſtitutio Gregorij xiv.an ſit vniuerſaliter ſeruanda,in omnibus locis? n.7. ibid.
Conſtitutiones ex prohemio regulantur.n.8. ibid.
Conſuetudines introductæ contra immunitatē eccleſiæ ſunt reuocatæ ꝑ præſentem Conſtitutionē.n.38. 215
Conſtitutio Gregorij xiiij. non corrigit Ius commune, ſed cum confirmat,& auget.n.11. 17
Conſtitutio præſens Greg.xiiij.non eſt nouum ius,ſed tantum Iuris Diuini, & antiquorm Canonum declaratiua.n.14. 20
Conſtitutionem præſentem non obſeruantes mortaliter peccant,& cenſuras,& pœnas incurrunt.num.15. ibidem.
Conſuetudines antea introductæ contra immunitatem eccleſiæ an ſint abrogatæ per præſentem Conſtitutionem,Greg.xiiij.n.16. ibid.
Conſtitutiones quæ pœnas infligunt violantibus eccleſiaſticam immunitatem,habent locum contra violantes eccleſiaſticam libertatem, & è contra.n.5. 4
Conſuetudines introductæ contra libertatem Clericorum ſunt abrogatæ per præſentem conſtitutionem. n.22. 23
Cognitio criminis rei,qui confugit ad eccleſiam, ad effectum cognoſcendi an gaudeat immunitate,nō principaliter, ſed incidenter, & ſecundariè pertinet ad epiſcopū.n.6. 30
Cognito,verbi ſignificatio tacitè præſupponit citationem partis aduerſæ.n.10. 31
Conſtitutio præſens fidem facit etiam in iudicio ſi ſit ſubſcripta manu publici

blici Notarij tantum.n.47. 217
Conſuetudo, vel Præſcriptio contra præſentem conſtitutionem de nouo introduci non poteſt.n.25. 23
Conſuetudo ſemel abrogata tanquam irrationabilis, non poteſt de nouo introduci eadem cauſa.n.26. ibid.
Conſuetudo, vel Præſcriptio contra legem Diuinam eſt nulla.n.27. ibid.
Cõſuetudo ſtatuto ęquiparat̃.n.28. 23
Conſuetudo non inducitur ſuper his, ſuper quibus populus expreſſè ſtatuere non poteſt.n.29. ibid.
Conſuetudo quæ eſſet introducta, vel introduceretur contra legem improbantem aliquid tamquam irrationabile, dato quod nullam mentionem faciat de conſuetudine, non valet conſuetudo, quæ in contrariũ eſſet introducta, vel ĩtroduceretur, quia irrationabilis eſſet.n.21. 23
Conſpiratio quid ſit.n.3. 129
Conuenticula quid ſit.n.5. ibid.
Coniuratio quid ſit.n.2. ibid.
Copia d'vna lettera ſcritta al Vicario di Bologna ſopra l'immunità eccleſiaſtica.n.8. 141.
Copia d'vna lettera ſcritta al Arciueſcouo di Napoli ſopra l'immunità eccleſ.n.9. 142
Conſuetudo eſt optima legum interpres.n.24. 57
Conſtitutionem habere perpetuam firmitatem ex quibus verbis cognoſcatur.n.4. 208.
Condemnatus ad mortem ſi dum ad ſupplicium ducitur tranſeat per eccleſiam, non ex neceſſitate, gaudere debet immunitate. ſecus ſi ex neceſſitate.n.7. fol. 76.n.8. 77
Cõſtitutio, & lex idem eſt, & de eius natura eſt eſſe perpetuam.n.1. 208.
Conſtitutione Gregorij xiiij. remota, quando delinquens confugit ad eccleſiam, & dubitatur an gaudeat hac immunitate, ad quem Iudicem ſpectet dicta cognitio ad eccleſiaſticum an ad ſæcularem? n.41. 45
Conſuetudo irrationabilis de Iure nõ valet.n.18. 22
Conſtitutio præſens Romæ promulgata ligat omnes ac ſi eſſet perſonaliter cuilibet intimata.n.46. 217
Contrauenire præſenti Conſtitutioni poteſt quis tribus modis.n.48. ibid.
Confugiens ad euchariſtiæ Sacramentum an gaudeat.n.78. 73
Conſilium nudum quid ſit.n.3. 137
Condemnatus ad mortem ſi aufugiat è manibus ſatellitum, & amplectatur Sacerdotem portantem Euchariſtiam, an gaudeat.n.78. verſ. Et ſupradictam. 73
Credentes hereticis immunitate non gaudent.n.9. 118
Credentes hæreticis qui dicantur.nu. 10. ibid.
Clauſtra, cellæ, & Domus clericorum ſæcularium communiter viuentiũ gaudent immunitate.n.52. 64
Clauſtrum eccleſiæ immunitate gaudet.n.20. 56
Clauſtrum quid ſit.n.20. ibid.
Clauſula quod non cenſeantur reuocata, niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, quomodo cenſetur reuocata.n.7. ibid.
clauſula ſublata eis &c. quæ eſt in præſenti cõſtitutione excludit oẽm extraneã interpretationẽ.n.44. 216
clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ an gaudeant immunitate eccleſiæ ſi delictum commiſſum ad illam confugiant? n.3. 152
Clemens viij. in ſuis epiſtolis miſſis & c. non excipit alios caſus vltra.

exceptos per conſt. Gregorij xiv. n. 24. §. Præterea. 146
clericum, vel eccleſiaſticam perſonã occidẽs an gaudeat immunitate eccleſiæ ſi ad illã cõfugiat? n. 13. 163
clericus non poteſt renunciare priuilegio fori. n. 22. 196
clericus aſſaſſinus immunitate non gaudet. n. 41. 112
clerici non tenentur arma ſumere pro defenſione delinquentis qui confugit ad eccleſiam. nu. 11. 178
clerici, & eccleſiaſtici poſſunt reſiſtere Iudici ſæculari volenti per vim, & propria auctoritate reum extrahere ab eccleſia abſq; tamẽ aggreſſione. n. 12. 179
clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ, an gaudeant hac immunitate. n. 9. remiſſiuè. 209
clericus in crimine deprehenſus, vel ſi cum armis noctu incedat poteſt capi a Iudice ſæculari, vt eccleſiaſtico iudici tradatur. n. 37. 215
clerici iure Diuino ſunt exempti, & liberi à ciuili laicorum poteſtate. n. 37. ibid.
clerici non poſſunt renunciare priuilegio fori. nu. 37. verſ. cui priuilegio &c. 215
citare poteſt Princeps per edictum. n. 32. 24
citare poteſt Papa per generales citationes. num. 33. ibidem.
curia ſæcularis de perſonis eccleſiaſticis non debet ſe intromittere. n. 53. 114.
cum vna lex ad aliam refertur debet intelligi ſecundum qualitates relatę. n. 11. 188
curia ſæcularis non ſe intromittit in cognoſcendo de crimine hæreſis, ſed bene ſe intromittit in exequendo ſententiam latam per Iudicem eccleſiaſticum contra hæreticum. n. 36. 215
cum de immunitate eccleſiæ tractatur, ſtandum eſt potius iuri Pontificio quàm cęſareo, n. 5. 14

D

Debitor fugiens ad eccleſiam propter debitum, & cauſam ciuilem an poſſit ab illa extrahi? n. 4. 154
Debitor qui confugit ad eccleſiam, ſi debita aliena ibi detinet poteſt illi expoliari cum licentia epiſcopi. n. 7. 169
Poſt extractionem factam per vim à curia ſæculari, ſi ipſe reus aliud delictum committat, vtrum poſſit Iudex ſæcularis ipſum reum detinere n. 25. 197
Deferens arma prohibita in eccleſia an gaudeat immunitate eccleſiæ? n. 11. 161
Quando delegatur aliqua cauſa epiſcopo, eius Vicarius non valet ſe intromittere. n. 24. 35
Delinquens prope eccleſiam an gaudeat immunitate eccleſiæ ſi ad illam confugiat. n. 15. remiſſiuè. 210
Deliquens, vel condemnatus ad mortem tangens presbyterum portantẽ ſanctiſſimum eucharistiæ Sacramẽtum gaudet immunitate. n. 77. 72
Delinquens in eccleſia nõ amittit immunitatem niſi commiſerit homicidium, vel membrum mutilauerit. nu. 23. 89
Delinquens in Eccleſia à quo Iudice puniri debeat, ſi delinquens, & crimen ſit ſæculare? n. 40. 44
Delinquẽs in eccleſia puniri poteſt ab epiſcopo. n. 28. 91
Delictum leue committens in eccleſia non priuatur immun. eccl. n. 29 91

Delinquens qui non habet totum corpus in Eccleſia, vel cœmiterio, ſed tantum caput, manum, vel pedem, gaudet immun. eccleſ. n.61. 66
Delinquentes confugientes ad eccleſiam, per vim ab illa extrahi nō poſſunt. n.17. 9
Dentes, & digitus an membri appellatione veniant. n.39. 96
Delinquens gaudet immunitate nō ſolum quando tangit ſacerdotem geſtātem ſanctiſs. Euchariſtiæ Sacramentum, ſed etiā quādo tangit haſtā baldachini, vel immiſcet ſe īter perſonas aſſociantes. n.79. 73
Per deputatū qs ītelligatur. n.32. 214
Delictum commiſſum à reo, qui confugit ad eccleſiā an debeat cōſtare p̄ indicia, & praſūtiones, an vero per concludentes probationes? n.3. 19
~~*Depopulatores agrorum qui dicātur.*~~ *n.13.* 86
Depopulatores agrorum qui dicātur. n.13. remiſſiuè. 210
Depopulatores agrorum immunitate non gaudent. n.12. 86
Delicta oīa commiſſa in eccleſia vtrū ſint excepta, vel tātum homicidia, & mutilationes membrorum. n.14. remiſſiuè. 210
Deferens ſiuè tangens haſtam baldachini, vel lumen. aſſociando Euchariſtiam. gaudet. n.79. 73
Dictio ſi quis cōprehendit oēs. n.5. 99
Dictio tantum eſt dictio taxatiua quę de ſui natura eſt impedire extenſionem ad non expreſſa. n.25. 89
Dictio tantum eſt dictio taxatiua excludens oēm aliā formam. n.8. 209
Digitus, & Dentes an membri appellatione veniant. n.39. 96
Dictio, proditoriè, ſtrictè accipitur contrà immunitatē eccl. n.21. 104
Diſciplinatorū, ſeu Confratrū domus an gaudeāt hac immuni. n.68. 68
Domus Clericorū quę ſunt intra atriū eccleſiæ, vel intra ſpatium 40. vel 30. paſſuum circum circa eccleſiā, gaudent immun. eccleſ. n.76. 72
Domus eccleſiæ coniuncta eccleſiæ gaudet immunitate. n.22. 57

E

Eccleſia materialis epiſcopi auctoritate fundata, & conſecrata in qua officia Diuina celebrantur gaudet hoc priuilegio immunitatis, vt delinquētes ad illam confugientes per vim ab ea extrahi non poſſint. n.1. 49
Eccleſia gaudet immunitate, dato qd̄ ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramētum ibi non ſeruetur. n.2. ibid.
Eccleſia cōſecrata dato quod Diuina myſteria, vel officia ibi nondū ſint celebrata, gaudet priuilegio immunitatis. n.3. ibid.
Eccleſia conſecrata ab epiſcopo, quāuis à principio non ſit eius auctoritate fundata, gaudet priuilegio immunitatis. n.4. 50
Eccleſia fundata ſine licētia epiſcopi ciuitatis, ſed conſecrata ab epiſcopo alieno ſine licentia proprij epiſcopi gaudet immunitate. n.5. 51
Eccleſię vocabulum duobus modis ſumitur. n.6. 5
Eccleſiæ vocabulum pro eccleſia viuente ſumptum, quot modis accipi ſolet. n.7. ibid.
Eccleſiæ vocabulum accipitur etiam pro domo publica materiali, epiſcopi auctoritate fundata. n.8. 6
Eccleſiæ vocabulum quomodo accipitur in præſenti tractatu. n.9. ibid.
Eccleſiæ materialis vocabulum, duobus modis accipi ſolet, ſtrictè, &

largè.n.10. 9

Eccleſiaſticæ immunitatis violatores non incurrunt excommunicationē ipſo facto vigore canonum.n.4. 182

Eccleſia nondum perfectè conſtructa immunitate gaudet.n.47. 63

Eccleſia deſtructa gaudet immunitate.n,48. ibid.

Eccleſiæ nomine vt pollui poteſt, non comprehenditur domus coniuncta, nec campanile.n.23. 57

Eccleſia non polluitur ſi occidatur homo in cauerna eccleſiæ.n.46. 62

Eccleſia non conſecrata, ſed tantum benedicta à ſimplici ſacerdote, cum licentia Ordinarij gaudet immunitate, dato quod Diuina officia ibi nondum ſint celebrata. n.9. 53

Eccleſia nō conſecrata, nec benedicta, nec auctoritate Epiſcopi fundata per impoſitionem primi lapidis, ſi in ea publicè cum licētia tacita, vel expreſſa epiſcopi celebrentur Diuina officia, & Miſſæ ſacrificia ad ſonum campanæ gaudet immunitate.n.10. 53

De immunit. eccl. viuentis.n.33. 214

Eccleſia quāuis ſit interdicta immunitate gaudet.n.11. 54

Eccleſia polluta immunitate gaudet. n.16. 56

Eccleſiæ nomen ſumitur quandoq; ſtrictè, & quandoq; largè.n.33. 93

Eccleſia non conſecrata ſi per epiſcopum, vel ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſit obſequijs Diuinis dedicata: & Diuina officia in ea celebrentur, gaudet immunitate.n.6. 51

Eccleſia non conſecrata, nec benedicta, auctoritate tamen epiſcopi primum lapidem imponentis conſtructa, licet Diuina myſteria, vel officia ibi nō ſint celebrata gaudet tamen immun. eccleſ.n.7. ibid.

Eccleſiam aliquā materialem qui ſuis bonis, aut iuribus expoliat, ſacrilegium committit, & eſt ipſo facto excommunicatus, cuius abſolutio eſt S. Pontifici reſeruata.n.12. 7

Eccleſia materialis non debet ad ſeculares, & profanos vſus conuerti. n.14. ibidem.

Eccleſia materialis Deo, & diuino cultui dedicata ex quibus circunſtantijs cognoſci ſoleat.n. 19. 10

In eccleſijs fieri prohibētur conuiuia, negociationes, ludi theatrales &c. n.15. 8

De perſonis eccleſiaſticis non debet ſe intromittere curia ſæcularis. n.53. 114.

Effectus immunitatis eccleſiæ eſt, vt reus qui ad illam confugit non poſſit per vim extrahi.n.1. 169

Epiſcopus electus, & confirmatus nō autē cōſecratus, an poſſit cognoſcere de cauſis præſ.ntis conſt.n.39. 43

Epiſcopos offendentes an priuētur immunitate.n.27. Et quid faciendum in caſibus arduis non exceptis. 147

Epiſcopus non poteſt per vim extrahi facere delinquentem ab eccleſia, ad q̄ confugit, vt corporaliter puniatur in caſibus nō exceptis.n.15. 80

Euchariſtia dum defertur a Presbytero confugiens, vel illū tangens gaudet immunitate.n.77. 72

Epiſcopus tenetur nec ne recipere probationes ſuper prętenſo delicto, vel teneatur ſtare proceſſui fabricato per curiam ſæcularem?n.31. remiſſiuè. 214

Epiſcopus an poſſit recipere probationes ſuper prætenſo delicto, contra illum qui confugit ad eccleſiam, an vero teneatur ſtare proceſſui facto.

ſto per curiam ſæcularem?n.2. 28
Epiſcopis inferiores nõ poſſunt cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitutionis.n.24.remiſſiuè. 212
Epiſcopus electus,& confirmatus nõ autem conſecratus poteſt cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitutionis.n 24 remiſſiuè. ibidem.
Epiſcopus vicinior quis dicatur.n.25 ibidem.
Epiſcopo abſente,& eius Vicario poterit in caſu neceſſitatis alius Iudex eccleſiaſticus extrahere reum ab eccleſia.n.26. ibidem
Epiſcopus ſi eſt negligens ad extrahẽdum reum ab eccleſia in criminibus exceptis,an teneatur Iudex ſæcularis requirere epiſcopum viciniorem pro extr ctione.n.27. ibid.
Si occurrat caſus in loco exempto,& nullius Diœceſis, verum epiſcopus vicinior cui deuoluta eſt cognitio per præſentem Conſtitutionem poſſit dictam cauſam incipere,& terminare in eodem loco exẽpto,abſq; licentia ordinarij ipſius.n.37. 43
Epiſtolę S.Pontificũ in locis vbi miſſe ſunt habent vim legis.n.11. 143
Epiſtolę S.Pontificum non obligãt vltra intentionem eorum.n.12. ibid.
Epiſtola S.Pontificum non omnes habent vim legis.n. 10. ibidem.
Executoris atteſtatio ſola ſufficit de captura facta in eccleſia.n 30. 59
Excõmunicati, vel interdicti an gaudeãt immunitate eccleſiæ?n.2.150
Extrahens reum ab eccleſia ex licẽtia S.Pontificis, non violat immunitatem eccleſiæ, etiam in caſibus non exceptis.n.7. 139
Quæ excuſant à crimine læſæ maieſtatis.n.8. 126
Extrahens per vim aliquem ab eccleſia,etiam ad finem componendi pacem, incurrit in pœna præſentis Conſt.n.12. 78
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.n.14. 55
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.n 24. 89
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.n.17. 103
Extrahens ab Eccleſia quem putabat reum,licet talis non ſit,incurrit in cenſuras,& pœnas præſentis Conſtitutionis.n.17. 86
Exiſtens in eccleſia ſi occiderit exiſtẽtem extra eccleſiam,non erit tutus in Eccleſia.n.17. 88
Extrahens exiſtentem in eccleſia per vim, & extra eccleſiam eum occidens,non gaudet immun.n.18 88.
Exiſtens extra eccleſiam ſi mãdat fieri homicidium in eccleſia,immunitate non gaudet.n.36. 95
Expenſas quis prouidebit Reo qui confugit ad eccleſiam.n.12. 170

F

Facultates conceſſæ etiam per modum ſtatuti contra immunitatem eccleſiæ,ſunt ſublatæ,& annullatæ per præſentem conſt.n.45. 216
Facultas extrahendi confugientes ad eccleſiam à quibus concedi poſſit. n.30.remiſſiuè. 214
Facultas extrahendi cõfugientes ad eccleſiam,à quibus concedi poteſt? n.15. 172
Falſam monetam cudens,crimen læſæ maieſtatis incurrit,tamen immunitatẽ eccleſiæ non amittit.n.10. 31
Falſum committens cum periurio an amittat immunitatẽ eccl.?n.5. 157
Fautores, Defenſores, Receptatores &c. aſſaſſinorum immunitate non gaudent.n 35. 109

Qui occidit illum quem de non offendendo fidem dedit, proditoriè dicitur occidiſſe.n.10. 100
Fidem facit præſens Cōſtitutio etiã in iudicio, ſi ſit ſubſcripta manu publici notarij tantum.n.47. 217
Fœtũ animatũ occidens, dando vel recipiendo potũ cauſa abortionis dicitur proditoriè occidiſſe.n.7. 99
Fori priuilegio renũciare non poſſunt clerici.n.27. 215
Forma ad vnguẽ ſeruari dẽt.n.26. 90
Fugiens è manibus ſatellitum quamuis ſit condennatus ad mortem, & amplectens Sacerdotem Euchariſtiam portãtem gaudet. n.78.verſ. & ſupradictam &c. 73
Fur qui dicatur.n.8.& 11. 86
Fur ſimplex an gaudeat immunitate eccleſiæ?n.8. 158
Furans in eccleſia an gaudeat eius immunitate?n.9. 159
Fur qui re furtiua vſus fuerit in eccleſia an gaudeat imm.eccl.n.10.160

G

GRanciæ Monaſteriorum gaudent immunitate eccleſiæ.n.51. 64
Graſſatores viarũ qui dicantur.n.12. remiſſiuè. 210
Graſſatores viarũ qui dicãtur.n.4. 83

H

HAereticus immunit. nõ gaudet, non ſolũ qñ pro crimine hæreſis confugit ad eccleſiam, ſed etiã quando confugit pro alio delicto.n.13.119
Hæretici etiam non denunciati immunitate non gaudent.n.3. 116
Hæreſis criminis cognitio pertinet ad Iudices eccleſiaſticos.n.35. 214
Hæretici non ſolũ affirmatiui, ſed etiã negatiui immun.nõ gaudẽt.n.5.116
Hæretici præſumptiui immunitate nõ gaudent.n.6. ibid.
Hæreſis præſumptio quãdo oriatur ex verbis, & quãdo ex factis.n.7. ibi.
Hæretici imm.eccl.nõ gaudẽt.n.1.115
Quis dicatur ꝓpriè hæreticus.n.2.115
Vt quis verè, & propriè hæreticus dicatur, quæ poſtulantur.n.18. 210
Homicidiũ cōmittens prope eccleſiã, ſed extra nõ priuatur imm.n 30 91
Homicidiũ cōmittẽs deliberatè nõ aũt ꝓditoriè, non amittit imm.n.15.102
Homicidiũ cōmittens in eccl. põt capi non ſolũ in illa eccleſia in qua deliquit, ſed etiam in alia. n.19. 88
Homicidiũ, vel mutilationẽ mẽbri cōmittẽs in eccleſia, nõ eſt tutus in eccleſia pro alijs delictis cōmiſſis extra eccleſiã, ante, vel poſt.n.20.ibi.
Homicidiũ cōmittens in locis priuilegiatis, extra ſed prope eccleſiã, immunitatem non amittit.n.32. 93
Homicidiũ in rixa cōmittens in eccleſia an gaudeat immunita. n.15.87
Homicidium quando dicatur proditoriè commiſſum.n.16. 210
Homicidiũ ſimplex cōmittens, nõ priuatur eccleſiaſt.immun. n.12.100.
Qui extra eccleſiã ſtando, ex loco profano ſagitta, vel ſcloppo exiſtentẽ in eccleſia occiderit immunitate nõ gaudet.n.16. 86
Homicidium committens in eccleſia immunitate non gaudet.n.14.ibid.
Hoſpitalia epi auctoritate fũdata gaudent immun.eccl.n.65. 67
Hoſpitalia laicorũ abſq. auctorit. epi fũdata, nõ gaudẽt imm.eccl.n.66 68

I

IBi dicitur aliquis eſſe vbi habet pedes.n.41. 61
Ignorãtia facti excuſat: & ignorãtia ſēpſumitur donec ſe ẽtia ꝓbẽt.n.4.137
Ignorãtia excuſat à cẽſuris, & pœnis præſentis Conſtitutionis.n.40.216

Illa-

Illatio non ſit ex diuerſis.n.23. 146
Illatio non ſit ex diuerſis n 16. 190
Illud qđ nō pōt tolli, vel extrahi de aliquo certo loco, pōt tamē aliūde portari, licet tranſeat per illū locū.n.6 76
Imperator, vel Rex non poteſt per vim delinquentem extrahere ab eccleſia. n 14. 80
Immunitas eccleſiarum ſit nec ne ſtatuta de iure Diuino, vel Humano.n 1.12
Immunitas, & Libertas eccleſiaſtica an ſint idem.n.4. 3
Immunitas eccleſiaſtica generaliter accepta definitur.n.1. 2
Immunitas ſiue libertas eccleſiaſtica cōſiſtit in ijs quæ generatim, aut perſonis eccleſiaſticis omnibus aut omnibus eccleſijs, earumve bonis conceſſa ſunt.n.2. ibid.
Immunitas materialis eccleſiæ quo ad delinquentes confugientes ad illam quomodo definiatur.n 18. 8
Immunitas materialis eccleſiæ ad quę ſe extendat.n.11.& ſeq. 7
Immunitas eccleſiæ, & perſonarū eccleſiaſticarū Dei ordinatione, & canonicis ſanctionib. eſt conſtituta.n.3 13
Immunitatē eccleſiaſticā violans puniri poteſt ab eccleſiaſtico Iudice. n. 2. verſ.& puniri poterit &c, 150
Immunitate eccleſiæ non priuantur illi qui cauſam dederunt interdicto eccleſiæ.n.15. 56
Immunitatis eccleſiæ priuilegium licet principaliter, & directè ſit conceſſum eccleſijs, tamen indirectè redundat in beneficium rei, vt contenti in tali loco n.12. 32
In omni incidenti probando leuior probatio admittitur, quæ non ſufficeret quādo principaliter ageretur.n.8 31
Inimicum ſuum occidens etiam per inſidias, non dicitur proditoriè occidiſſe.n.20. 104
*Infideles confugientes ad eccleſiam an gaudeāt immunitate eccleſ.n. 1.*148
Qui aliquem per inſidias deducit vt ab alio occidatur, non gaudet immunitate.n 9. 100
Intentio Clem. viij. in duabus epiſtolis ſui. fuit prohibere Prælatis ne detinerent perſonas facinoroſas in eccleſijs &c.n.17. 144
In pœnalibus ſtricta debet fieri interpretatio.n.3. 120
Incendiarius ſi ad eccleſiā confugiat an gaudeat immunitate? n.6. 156
Indefinita locutio æquipollet vniuerſali.n.16. 144
In obſcuris quod veriſimilius eſt inſpici ſolet n.17. 166
In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.n.20. 173
*Induſtria perſonæ electa nō pōt electus alteri demādare vices ſuas. n.25.*35
Irregularitatē nō incurrit ep̄s tradendo curiæ ſæculari delinquētē in caſibus exceptis.n.21. 211
Iudex ſæcularis ſi blandijs promiſſionibus, vel verbis iniurioſis, vel minis operetur vt reus exeat ab eccleſia ad quam confugit, non peccat ſi extra eccleſiam eum capiat.nu.1. 174
Iudex ſæcularis non habet iuriſdictionē in perſonam delinquentis dum eſt in eccleſia.n.27. 197
Iudex eccleſiaſticus ſi eſſet in culpa cuſtodiendi reum qui confugit ad eccleſiam, poſſet puniri per ſuum ſuperiorem.n.28. 213
*Iudex ſæcularis in eccleſia causā.& maximè criminalē agitare nō pōs.n.13.*7
Iudex, vel ſatellites ſi aſpectu, vel curſu inſequūtur reū qui ſe recepit in eccleſia non poſſunt ab illa dictum reum extrahere per vim.n. 3. 75

Iudex

Iudex ſæcularis ſi cum licentia epiſcopi per vim reum extrahat ab eccleſia in caſibus exceptis non peccat. Et ſimiliter in caſibus exceptis cũ licentia Summi Pontificis.n.3 175

Iudices ſæculares non poſſunt propria auctoritate,& abſq; epiſcopi licentia extrahere delinquentem ab eccleſia, etiam in caſibus exceptis. n.22. 111

Iudex qui mercede corruptus innocentem ad mortem condemnauit, inter aſſaſſinos connumerari debet.n.42. 112.

Iudex ſæcularis qui propria auctoritate Reum per vim extrahit ab eccleſia contra eccleſiæ immunitatē, ſacrilegium committit, & incurrit in pęnas ſtatutas cõtra violatores dictæ immunitatis. n.5. 175

Iudex ſi abſq; epiſcopi licentia per vim extrahat ab eccleſia delinquētem in caſibus exceptis, incurrit in pęnas ſtatutas contra violatores dictæ immunitatis. n.6. 176

Iudex ſæcularis in caſibus exceptis poteſt corporali, & condigna pęna punire reum extractum ab eccleſia cum licentia epiſcopi.n.8 17

Iudex ſæcularis debet ſuperſedere in cauſa dum diſputatur an reus gaudere debeat immunitate.n.9. ibid.

Iudex ſæcularis qui reum extractum per vim ab eccleſia (vel à conſanguineo offenſi, vel ab aliquo de familia ipſius Iudicis) capit, incurrit in pęnas ſtatutas contra violatores præſentis immunitatis.n. 10.ib.

Iuramentum eſt reſtringendum quantum fieri poteſt, vt minus obliget iurantem.n.15. 189

Iura iuribus concordare expedit.n.26 147.

Iuri canonico ſtandum eſt in materia immunitatis, & non Iuri ciuili. n.19. 103

Iuri publico non derogatur pacto, & voluntate priuatorum.n.23. 196

Iuriſdictio ex Principis priuilegio cõpetens, non perſonæ, ſed perpetuò dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed ordinaria.n.29. 38

L

Litteris ſpolians Nuncios à Legato Apoſtolico miſſos ad Romanũ Pontificem, ad effectum ſciendi arcana S.Pontificis, crimen læſæ maieſtatis committit. & ſimiliter ab oratore Regis, vel Principis miſſos, tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n.14. 133

Libertatem eccleſiaſticam tollere noluit Clem. viij. per duas epiſtolas ſuas ſcriptas &c.n.14. 144

Libertas, & immunitas eccleſiaſtica an ſint idem.n.4 3

*Loco certo quod eſt permiſſum in alio loco cenſetur prohibitum.n.31.*93

Loca pia gaudent immunitate eccleſiæ, vt domus ſeminarij, Puellarũ, Orphanorum &c.n.67. 68

Loca ſacra immunitatem ſemper habuerũt inter Hebræos, & Gentiles: & inter Chriſtianos à tempore quo eccleſiæ publicè ædificatæ fuerunt. n.2. 13

M

Machinatio quid ſit.n.4. 129

Mammilla an ſub membri nomine comprehendatur.n.40. 95

Mandans non obligatur ex mandato niſi ſecuto effectu per Mandatariũ Regulariter: Fallit.n.2. 150

Mandans committi homicidium extra eccleſiam non priuatur immunitate, quamuis ipſe mandans ſit

in eccleſia.n.34. 94
Mãdans fieri homicidium in eccleſia dum exiſtit extra eccleſiam immunitate non gaudet.n.36. 95
Mandans committi delictum non dicitur delinquere in loco vbi mandauit, ſed vbi delictum fuit expletũ. n.35. 95
Marij Italiæ opinio, eſt aliena à mente Clem. viij. in ſuis epiſtolis miſſis. n.24. 146
Melior eſt conditio poſſidentis in pari cauſa.n.20. 173
Mẽbri noĩe quid intelligatur.n.38 95
Membrum inutile abſcindens in eccleſia an priuetur immunitate.43. 96
Membra mutilans in eccleſia immunitate non gaudet.n.14. 86
Monaſteria Religioſorum gaudẽt immunitate eccleſiæ.n.49. 63
Mulier ex vnico actu fornicationis nõ dicitur publica meretrix.n.9. 84
Mutilans, vel occidens in eccleſia nõ gaudet immunitate, datò quod eccleſia non ſit conſecrata.n.21. 89
Mutilatio quid ſit. 37

N

NOmen eccleſiæ quãdoq; ſumitur strictè quandoq; largè.n.44.62
Noſtra omnia facimus, quibus auctoritatem impartimur.n.3. 169
Nudum conſilium quid ſit.n.3. 137

O

OBſideri põt à Iudice ſeculari reus qui confugit ad eccleſiã, ad præcauendũ ne liberè fugiat.n.10.170
Obſidendo reum Iudex extra eccleſiã debet ei dare facultatem exeundi extra eccleſiam debitis locis, ad requiſita naturæ reddenda.n.11. ibi.
In obſcuris quod veri ſimilius eſt inſpici ſolet.n.17. 166
Occidens aliquem pro pecunia præſente mãdante, immunitatem eccleſiæ non amittit.n.47. 113
Occidens aliquem ex mandato alterius, ſi promiſſionem ſibi factã pro homicidio non acceptauit, immunitatem non amittit.n.52. 114
Occidens, vel mutilans in eccleſia nõ gaudet immunitate dato quod eccleſia non ſit conſecrata. n.21. 89
Occidens proximum ſuum proditoriè immunitate non gaudet.n.1. 98
Occidens illum quem de non offendendo fidem dedit proditorie dicitur occidiſſe.n 10. 100
Offendens eum qui à Principe habet ſaluũ conductum, crimen læſæ maieſtatis committit, tamen immunitatẽ eccleſiæ non amittit.n.12.132
Officialis nomine intelligũtur Vicarij Generales.n.23. 196
Omnis regula patitur aliquam exceptionem.n.1. 82
Omnia noſtra facimus quibus auctoritatem impartimur.n.3. 169
Oratorium publicum gaudet immunitate eccleſiæ.n.62. 66
Oratorium publicum eſſe ex quibus coniecturis præſumatur, & in quo differat ab eccleſia.n.63. ibid.
Oratorium priuatum non gaudet immunitate eccleſiæ, dato quod ibi cũ licentia epi miſſa celebrẽt.n 64. 67
Oſtium cœmeterij immunitate gaudet. n.56. 65
Oſtium eccleſiæ immunitate gaudet. n.18. 56

P

PAlatium epiſcopi gaudet immunitate eccleſiæ, dato quod ſit ſeparatum ab eccleſia.n.69. 69
Palatium epiſcopi gaudet immunitate etiam ſi epiſcopus abeſſe contingat.n.70. 70

Palatium Epiſcopi gaudet immunitate etiam poſt mortem Epiſcopi. n.71. 71

Palatium Epiſcopi non gaudet immunitate quãdo fuerit alijs locatum, vel ad laicorum vſum deſtinatum. n.72. ibid.

Palatium Epiſcopi extra diœceſim poſitum non gaudet immunitate. n.73. ibid.

Palatium Epiſcopi vbi manet per paucos dies, vel menſes, non gaudet immunitate. n.74. ibidem.

Palatia Illuſtriſſimorum Cardinalium gaudent immunitate eccleſię n.75. ibid.

Papa poteſt citare per generales citationes. n.33. 24

Qui viuente Papa tractatum faceret de faciendo Papa, vel viuente Rege tractatum faceret de faciendo Rege, crimen læſæ maieſtatis committeret, tamen immunitatem eccleſiæ non amitteret. n 15. 133

Paſſus triginta, vel quadraginta circum circa eccleſiam gaudent immunitate, dato quod fugiens prius non ingrediatur eccleſiam. nu. 31. 59.

Paſſus triginta, vel quadraginta circum circa eccleſiam gaudent immunitate, etiam in eccleſijs quæ ſunt intra muros ciuitatis. nu. 32. ibidem.

Paſſus triginta, vel quadraginta circum circa eccleſiam, vel cappellã quæ eſt intra caſtellum non gaudet immunitate. n.34. 60

Paſſus, & Pes quid ſit. n.35. ibid.

Peccata debent tenere ſuos auctores. n.13. 55

Pecuniam accipiens non ad occidendum, ſed ad vulnerandum tantum, non amittit immunitatem eccleſię. n.44. 112

Perſonæ facinoroſæ duobus modis reperiri poſſunt in eccleſijs, Monaſterijs &c. n.18. 144

Quod certo loco eſt permiſſum in alio loco cenſetur prohibitum. n.31. 93

Pœna eſt cum culpa commenſuranda. n.1. 180

Pœna pecuniaria non debetur ante cõdemnationem. nu.41. 216

Pœna quando imponitur reſpectiuè ad aliam, intelligitur cum omnib. qualitatibus illius pœnæ ad quam ſit relatio. n.12. 189

Pœnæ, & cenſuræ contra Violatores eccleſiaſticæ immunitatis vigore præſentis Conſtitutionis Greg. xiv. n.5. 182

Pœnas, & cenſuras ſtatutas contra violatores immunitatis eccleſiæ materialis, ſed etiam contra violatores immunitatis, & libertatis eccleſiæ viuentis incurrit violatores eccleſ. immun. n.6. 185

Pœnæ contra violatores eccleſiaſticæ immunitatis de Iure ciuili quæ nã ſint. n.2. 180

Pœnæ quibus mulctentur Violatores eccleſiaſticæ immunitatis de Iure Canonico. n.3. 181

Præcipimus, hoc verbum in lege eccleſiaſtica poſitum obligat ad peccatum mortale. n.20. 210

Quoties aliquid conceditur Prælatis præſentibus, & futuris in perpetuum, non poteſt dici electam eſſe induſtriam perſonæ. n.31. 38

Prælati eccleſiarum qui data opera detinent perſonas facinoroſas in ſuis Monaſterijs &c. puniri poſſũt in ciuitate Bononiæ, & Neapolis. n.20. 145

Vbi

Vbi tractatur de præiudicio alterius, rationes partis aduerſæ ſunt intelligendæ.n.11. 31

Præſumere dolum importat,& temeritatem.n.40. 216

Præſcriptiones contra immunitatem, & libertatem eccleſiæ,& eccleſiaſticas perſonas ſunt abrogatæ per Bullam cœnæ Domini.n.23. 21

In præſcribendis iuribus corporalibus neceſſaria eſt ſcientia, & patientia eius contra quem præſcribitur. nu.31. 24

Principes ſæculares aliquid ſancire non poſſunt in materia immunitatis eccleſiæ.n.30. 23

Principis tolerantia non ſufficit vt poſſit per conſuetudinem tolli lex ipſius,ſed opus eſt expreſſo conſenſu.n.20. 23

Princeps poteſt citare per edictum. n.32. 24

Quæ priuilegia ſunt conceſſa eccleſiæ.n.3. 3

Priuilegia per viam contractus, aut remunerationis conceſſa à ſupremo Principe,reuocari poſſunt ex abſoluta ſua poteſtate.n.6. 209

Priuilegia eccleſiæ ſunt potius amplianda quàm reſtringenda.nu.42. 62.

Principis ſcientia requiritur, vt poſſit per non vſum, vel per conſuetudinem tolli lex ipſius. num. 13. & 19. 23

Priuilegium immunitatis eccleſiæ licet principaliter,& directè ſit conceſſum eccleſijs,tamen indirectè redundat in beneficium rei,vt contenti in tali loco.n.12. 32

Porticus cœmeterij gaudet immunit. n.55. 65

Porticus eccleſiæ immunitate gaudet.n.38. 61

Porticus quid ſit.n.39. ibidem.

Pomaria,& horti qui ſunt intra clauſuram monaſteriorum Religioſorum gaudent immunitate eccleſiæ. n.50. 63

Probationem quando lex requirit,intelligi debet de probatione plena, & vera non autem de præſumptiua.n.4. 29

Probatio tunc fit ad ſolam Iudicis inſtructionem, quando ex ea nullius iuri detrahitur. ſecus vero vbi de tertij præiuditio agitur.n.16. 31

Probationes ſuper prætenſo delicto an Epiſcopus teneatur recipere, vel ſtare proceſſui fabricato per curiã ſæcularem.n.2.f.28.& n.31.remiſſiuè. 214

Probatio leuior admittitur in omni incidenti probando, quæ non ſufficeret, quando principaliter ageretur.n.8. 31

Proditionis tractatum contra Principem ſciens, ſi non reuelat, crimen læſæ maieſtatis incurrit, & tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n.11. 132

Proditoriè,verbum hoc ſtrictè accipitur contra immunitatem eccleſiæ. n.21. 104

Proditio eſt deceptio cõtra fidem datam.n.11. 100

Proditorium homicidium quando dicatur.n.2. 99

Proditoriè dicitur occidiſſe,qui occidit illum, quem de non offendendo fidem dedit.n.10. 100

Proditoriè occidens non gaudet immunitate,ſiue clericus ſit,ſiue laicus.n.4. ibid.

Propter quòd vnumquodq; tale,& illud magis.n.78. 72

Punire non poteſt iudex ſæcularis Reum, dum eſt in eccleſia, poteſt tamen eum punire Iudex eccleſiaſticus in aliquibus caſibus. nu. 10. 209.

Proximus quis dicatur. n. 3. ibid.

R

RAptor virginum ſi ad eccleſiam confugiat an gaudeat eius immunitate? n. 14. 165

Ratio poſita in diſpoſitione legis debet reſtringere, & ampliare legem ad limitem ipſius rationis. num. 8. 52.

Ratio poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare conſtitutionem ad limites ipſius rationis. n. 9. 16

Ratio poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare conſtitutionem ad limites ipſius rationis. num. 5. verſ. Et ratio &c. 209

Rebellionem committens cõtra ſuum Principem, crimen læſæ maieſtatis committit, & tamen immunitatem eccleſiæ non amittit. num. 13. 132.

Receptator aſſaſſini tunc perdit immunitatem quando ſcit illum eſſe aſſaſſinum. n. 36. 109

Regula poſita per aliquem canonem, non eſt reſtringenda per ius ciuile. n. 18. 10

Qui habet regulam pro ſe, habet præſumptionem iuris, & intentionem fundatam. n. 5. 29

Regulam habens pro ſe habet intentionem fundatam. n. 16. 103

Qui ſe Regem facit cum non ſit, crimen læſæ maieſtatis committit, tamen immunitatẽ eccleſiæ non amittit. n. 9. 131

Quando qualitas relati requirit ſpecialem mentionem, non includitur in diſpoſitione referente. n. 9. 187

Quando qualitas relati requirit ſpecialem mentionem, non includitur in diſpoſitione referente in ijs quæ ſunt ſtricti iuris, vt in iuramento. n. 14. 189

Religioſa ſunt, quę religioſis locis adherent. n. 25. 57

Quando remittendus eſt reus de vno Iudice ad alium, neceſſaria eſt eorum citatio coram Iudice remittente. n. 14. 32

Reſeruatio caſus eſt pęna. num. 13. 189.

Reſeruatio caſus quando continet fauorem eccleſiæ largo modo debet interpretari, & extendi. n. 17. 191

Reſtitutio non eſt pœna, ſed actus iuſtitiæ commutatiuæ. n. 19. 195

Reſtituere tenetur reum Iudex curiæ ſæcularis quem per vim extraxit ab eccleſia abſq; licentia epiſcopi contra immunitatem eccleſię: Quę reſtitutio debet fieri eccleſiæ, vel Epiſcopo, vna cum omnibus damnis factis eccleſiæ. n. 21. ibid.

Renunciare non poſſunt clerici priuilegio fori. n. 37. verſ. Cui priuilegio &c. 215

Reſtituere ſicut tenetur Iudex ſæcularis reum eccleſiæ, ex qua per vim, & contra immunitatem eccleſiæ extraxit, An ita quoque reſtituere teneatur Reo per vim extracto, omnia damna illi ex dicta extractione illata. n. 26. 197

Rei qui caſu reperiuntur in eccleſijs, Monaſterijs &c. non debent expelli à dictis locis. n. 19. 145

Rei qui data opera reperiuntur in Monaſterijs &c. gaudent immunitate.

ſt, licet Prælati qui illos detinent puniri poſſint.n.21. ibid.

Reis licet receptaculum prohibeatur, non tamen priuantur eccleſiaſtica immunitate ſi de facto receptentur.n.22. 146

Reo qui confugit ad eccleſiam quis prouidebit de expenſis.n.12. 170

Reus dum eſt in eccleſia non poteſt damnari ad mortem, nec ad pœnam corporalem.n.13. 171

Reus per vim extractus ab eccleſia in caſibus non exceptis: vel in caſibus exceptis ſine licentia epiſcopi non poteſt damnari ad mortem, neque ad pœnam corporalem.n.14. ibidem.

Reus qui confugit ad eccleſiam, ſi inuitus abſtrahatur ab illa, poteſt agere, & petere, vt priſtinæ libertati reſtituatur.n.13. ibid.

Reus qui confugit ad eccleſiam vtrũ expoliari poſſit bonis quæ poſſidet extra eccleſiam, ſi citatus ſub pœna priuationis bonorum vt compareat coram Iudice ſæculari non cõparet? n.8. 169

Reus non poteſt obſideri in eccleſia, impediendo ne ei alimenta, & alia neceſſaria deferantur.n.9. 170

Reus qui ad eccleſiam confugit non poteſt ibi per curiam ſæcularem ligari, vel in compedibus detineri. n.2. 164

Reus qui confugit ad eccleſiam, ſi ſponte comparet apud Epiſcopum, & petit pro ſuo intereſſe audiri, non eſt tradendus curiæ ſæculari antequam audiatur.n.17. 32

Reus qui confugit ad eccleſiam non poteſt expoliari rebus, & bonis quę ſecum detulit in eccleſia. num.4. 92.

Reus Regulariter propter nullum crimen poteſt ab eccleſia violenter extrahi, & ſi de facto extrahatur, de facto etiam eidem eccleſiæ eſt reſtituendus; Quæ regula procedit etiã in enormibus delictis.num.1. & 2. 74. & 75.

Reus qui eſt in eccleſia poteſt impunè & ſine culpa reſiſtere, & ſe defendere ne extrahatur ab eccleſia. nu. 28. 198

Reus captus à familia Iudicis ſæcularis, ſi fugiens ſe ipſum exemit, & liber ad eccleſiam ſe recepit, gaudet immunitate.n.4. 75

Reus captus à familia Iudicis ſæcularis, ſi per eccleſiam ad carcerem publicum ita captus ducatur, an poſſit ab eadem eccleſia inuitus abduci.n.5. 76

Reus extractus ab eccleſia à Iudice ſæculari etiam in caſu permiſſo, tenetur Iudex illum reponere in carceribus Epiſcopi.n.27. 212

Dum agitur cauſa an debeat reus gaudere immunitate, quæritur an poſſit reus immunitati renunciare? num.24. 195

Reus qui confugit ad eccleſiam licet dum eſt in eccleſia puniri non poſſit à Iudice ſæculari, poteſt tamen puniri à Iudice eccleſiaſtico in aliquibus caſibus.n.10. 209

Reus non debet detineri in vinculis neq; in compedibus à Iudice eccleſiaſtico, quando clarè conſtat quod debet gaudere immunitate. nu.28. 213.

Reus extractus ab eccleſia non ſolum vigore præſentis conſtitutionis, ſed etiam de iure communi debet reponi in carceribus curiæ eccleſiaſtica.n.29. ibid.

Qui non reuelet coniuratos in perſonam Cardinalis, crimen læſæ maieſtatis committit: immunitatem tamen eccleſiæ non amittit. n.5. 139

S

Sacrilegi an gaudeant immunitate? n.15. 165
Sanguis humanus ſi iniurioſè effundatur ſupra tectum Eccleſiæ non polluitur eccleſia. n 43. 62
Scalæ eccleſiæ immunitate gaudent ſicut eccleſia. n.19. 56
Schiſmatici immunitate non gaudēt, quando ſchiſma habet hęreſim coniunctam. n.12. 118
Seditio quid ſit. n.6. 129
Sepeliri in eccleſia qui prohibeantur. n.16. 8
Septa cęmeterij gaudent immunitate eccleſiæ. n.54. 65
Septa Eccleſiæ immunitate gaudent. n.36. 61
Septa quæ dicantur. n.37. ibid.
Seruus confugiens ad eccleſiam, quando immunitate gaudeat. n.13. 79
Simoniaci an gaudeant immunitate ſi ad eccleſiam confugiant? nu.17. 162.
Socij, & complices aſſaſſinorum immunitate non gaudent. n.37. 110
Statuta facientes contra libertatem eccleſiaſticam, ſunt excommunicati per Bullam cœnæ Domini. n.4. 28
Statuas, vel Imagines Principis offendens, committit crimen læſæ maieſtatis, tamen immunitatem non amittit. n.8. 131
Qui ſtatuta faciunt contra immunitatem, & libertatem eccleſiæ ſunt excommunicati per Bullam cœnæ Domini. n.17. 22
Subterraneus locus eccleſiæ immunitate gaudet. n.45. 62
Suſpectus vehementer de hæreſi immunitate non gaudet. n.8. 117
Summus Pontifex ſeruus ſeruorum Dei ſe nominat. n.3. 208

T

Tacitus conſenſus S. Pontificis contra præſentem Conſtitutionē præſumi non poteſt. n.34. 25
Tangens Presbyterum portantem Eucharistiam gaudet. n.77. 72
Tangens haſtam baldacchini, vel lumen pro Eucharistia, quæ defertur gaudet. n.79. 73
Tantum eſt dictio taxatiua, quæ ex ſui natura eſt impedire extenſionem ad non expreſſa. n.25. 89
Tantum, eſt dictio taxatiua excludēs omnem aliam formam. n.8. 209
Tectum eccleſiæ immunitate gaudet. n.40. 61
Territorium exemptum ſemper eſt cōtentum ſub Diœceſi epiſcopi vicinioris. n.30. 38
Territorium exemptum ſemper eſt cōtentum ſub Diœceſi Epiſcopi vicinioris. n.38. 43
Teſtis qui mercede corruptus falſum depoſuit, & reus eſt condemnatus ad mortem propter illam falſitatē, inter aſſaſſinos connumerari debet. n.43. 112
Titulus præſentis Conſtitutionis eſt generalis comprehendens immunitatem eccleſiæ materialis, & eccleſiæ viuentis. n.2. 208
Tonſores monetarum non excluduntur ab hac immunitate. nu.11. verſ. Hinc ſequitur. 86

V

Veneno occidens aliquem dicitur proditoriè occidiſſe. n.6. 99

Verbi cognito *ſignificatio tacitè præſupponit citationem partis aduerſæ.n.10.* 31

Verba ſunt ſumenda in ſuo priori ſignificatu.n.20. 33

Verbum proditoriè ſtrictè accipitur contra immunitatem eccleſiæ. nu. 21. 104

Verbum præcipimus in lege eccleſiaſtica poſitum obligas ad peccatum mortale.n.20. 210

Verba ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundum propriam ſiguificationem.n 41. 96

Verba vbi ſunt clara non eſt habenda quæſtio voluntatis.n.27. 90

Verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur.n.27. 107

Verba in lege poſita debent aliquid operari.n.28. ibid.

Verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur.n.22. 89

Verba ſunt ſumenda in ſuo potiori ſignificatu.n.27. 37

Verba in ſuo potiori ſignificatu ſumẽda ſunt.n.4. 120

Vicarius capituli ſede vacante an poſſit cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitutionis.n.32. 39

Vicarius Capituli ſede vacante non ſuccedit in facultate conceſſa Epiſcopis per concil. Tridentinum in ſeſſ.24.c.6.ſub Decreto de Reform. n.33. ibid.

Vicarius cognoſcere non poteſt cauſas criminales abſq; ſpeciali mandato epiſcopi.n.19. ibid.

Vicarius generalis Epiſcopi appellatur quandoq; Deputatus. num. 28. 37.

Vicarius generalis Epiſcopi viciniorıs ad quem deuoluta fuerit cognitio alicuius caſus præſentis Conſtitutionis, poſſit noc ne abſque ſpeciali mãdato cognoſcere de dictis cauſis n.23. 85

Vicarius generalis Epiſcopi an poſſit ſe intromittere in cauſis reorum tũ fugientium ad eccleſiam abſque ſpeciali mandato Epiſcopi. nu. 18. 33.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis non incurrunt excommunicationem ipſo facto vigore Canonum. n.4. 208

Violentia factum quando dicatur. n. 8. verſ. Violentia &c. 84

Violatores præſentis Conſtitutionis incurrunt in pœnas ſtatutas non ſolum contra violatores immunitatis eccleſiarum, ſed etiam contra violatores eccleſiaſticæ libertatis. n.43. 216

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis quibus pœnis afficiantur de Iure ciuili.n.2. 180

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis quibus pœnis mulctentur de Iure canonico.n.3. 181

Vna lex aliam declarat.n.26.f.36.& n.15. 144

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis in quas pœnas,& cenſuras incurrunt, vigore præſentis Conſtitutionis.Greg.xiiij.n.5. 182

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis incurrunt non ſolum in cenſuras, & pœnas ſtatutas contra violatores immunitatis eccleſiæ materialis,ſed etiam contra violatores immunitatis,& libertatis eccleſiæ viuentis.n.6. 185

Vſus eſt optimus legum interpres. num. 3. verſ. Præterea vſus eſt. 154.

Vſus Romanæ Curiæ eſt mittere epi-

ſtolas aliquibus locis particularibus, ad prouidendum caſibus particularibus.n.13. 143
Vſus, & conſuetudo optimè leges interpretantur.n.10. 158
Vſu non recepta quando dicatur lex n.13. 20
Vtrum omnia delicta commiſſa in ecclesia ſint excepta, vel tantum homicidia, & mutilationes membrorum.n.14 remiſſiuè. 210
Vulnerans aliquem proditoriè animo occidendi, non priuatur immunitate, non ſequuta morte.n.13. 101
Vulnerare mandans proditoriè ex quo mors ſequuta eſt, homicidij reus eſt, dato quod expreſſè inhibuerit ne occidat.n.14. 102

Finis Indicis Alphabeticum.

ERRATA SIC CORRIGE.

F. folium. C. columnam. L. lineam notant.

F. C. L.	Errata	Correctio.
8. 2. 8.	laricis	*Laruis*
11. 1.38.	Sacramentum	*Sacramentorum*
ibid. 2.43.	cum	Dele.
12. 1. 11.	moraliter	*mortaliter*
14. 1.11.	Reſolutione	*Reſolutiuè*
15. 1.41.	& Eccleſiaſtica	*& ne Eccleſiaſtica.*
ibid. 2.21.	præmiſſi.	*præmiſſis*
23. 1. 4.	laicus incapax	*laicus eſt incapax*
29. 1.24.	conſtituto	*conſtito*
31. 2. 4.	reſolutione	*reſolutiuè*
37. 2.34.	caſis	*Caſibus*
39. 2.27.	inferiores	*inferioribus*
44. 2.33.	comonen.	*communiter*
47. 1.35.	comparabile	*Campanile*
ibid. 2. 2.	non gaudet.	*dele non*
52. 2. 8.	vel ſedis	*vel auctoritate ſedis.*
72. 2.21.	gaudent immunitate minimè ſi laici, qui habitãt domus inſeruiant	*gaudẽt immunitate, etiamſi laici, qui habitant domus minimè inſeruiant.*
76. 1.28.	tit. de ſua	*tit. de Captura n. 6. & ſi. & alij quos refert. & ſeq. Farin. in ſua*
80. 1.27.	duodecimò	*decimo*
81. 1.45.	conſuetudinem	*conſtituendum*
94. 2.38.	Et ratio eſt	*dele ly, & rõ ĩ &c. vſq. ad alia verba, & rõ ẽ*
97. 1.33.	illam, quem	*illum cui*
101. 1.16.	ſed neq; autem	*ſed neq. verſo neq. aliẽ*
105. 2.32.	excluſiuam	*excluſiuè*
111. 1.19.	poſt ly. Crim.	*Adde ſit de mãdato ad Homicidiũ n. 22. Couar. lib. 2. var. Reſol. c. 20. n. 10. verſ. 5. hĩc appa ret Farin. in ſua prac. crim. p. 2. to. 2. q. 123. qui dicũt pœnas cõtra Aſſaſſinos*
119. 1. 9.	quando iam.	*dele*
126. 2. 7.	ſubſtitis	*ſubditis*
138. 2.19.	machinat.	*machinatur*
139. 1.42.	defectio	*defenſio*
144. 2.14.	exclu.	*excludi*
156. 2. 1.	doctore	Decotore.
ibid 2.22.	doctores fraudolentes	*decoctores fraudolẽtes*
164. 2.29.	practirſi	*practicarum*
165. 2. 8.	nota.	*notata.*
181. 1.41.	interdicti	*interdici*
183. 1.21. & 29.	excõicatur	*excommunicantur.*

4.

TRACTATVS DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, aliorumq; ſacrorum locorum.

QVOAD PERSONAS DELINQVENTES quæ ad illa confugiunt.

IN QVO CONSTITVTIO GREGORII PAPAE XIV. ſuper Immunitate Eccleſiarum præcipuè commentarijs explicatur.

SVMMA CAPITIS.

Immunitas eccleſiaſtica generaliter accepta definitur .n. 1.

Immunitas ſiuè libertas eccleſiaſtica conſiſtit in ijs quę generatim, aut perſonis eccleſiaſticis omnib. aut omnibus eccleſijs, earumvè bonis conceßa ſunt. n. 2.

Quæ priuilegia ſunt conceßa eccleſia. n. 3.

Immunitas, & libertas eccleſiaſtica an ſint idem. n. 4.

Conſtitutiones quæ pęnas infligunt violantibus eccleſiaſticam immunitatem, habent locum contra violantes eccleſiaſticam libertatem, & è contra. n. 5.

Eccleſiæ vocabulum duobus modis ſumitur. n. 6.

Eccleſiæ vocabulum pro eccleſia viuente ſumptum, quot modis accipi ſolet. num. 7.

Eccleſiæ vocabulum accipitur etiã pro domo publica materiali, Epiſcopi auctoritate fũdata. nu. 8.

Eccleſiæ vocabulum quomodo accipitur in præſenti tractatu. nume. 9.

Eccleſię materialis vocabulum, duobus modis accipi ſolet, ſtrictè, & largè. num. 10.

Immunitas materialis eccleſiæ ad quæ ſe extendat. n. 11. & ſeq.

Eccleſiam aliquam materialem qui ſuis bonis, aut iuribus expoliat, ſacrilegium committit, & eſt ipſo facto excommunicatus, cuius abſolutio eſt, ſummo Pontifici reſeruata. n. 12.

Iudex ſæcularis in eccleſia cauſam, & maximè criminalem agitare non poteſt. nu. 13.

Eccleſia materialis non debet ad ſa

culares, & profanos vſus conuerti. num. 14.
In eccleſiis fieri prohibentur conuiuia, negociationes, ludi theatrales &c. nu. 15.
Polluitur eccleſia propter effuſionem ſeminis, vel ſanguinis. cap. 1. n. 15.
Sepeliri in eccleſia qui prohibeantur. n. 16.
Delinquentes confugientes ad eccleſiam, per vim ab illa extrahi non poſſunt nu. 17.
Immunitas materialis eccleſiæ quo ad delinquentes confugientes ad illam quomodo definiatur. num. 18.
Eccleſia materialis ex quibus circūſtantijs cognoſci ſoleat. n. 19.

CAPVT PRIMVM.

Pro faciliori intelligentia præſentis Tractatus aliqua prænotantur.

1 PRIMO notandum eſt, quòd immunitas eccleſiaſtica generaliter accepta varijs modis definitur à Doctoribus. Primò ſecundum Goffredum in ſua Summa titulo de Immunitate eccleſiarum. Immunitas eccleſiæ eſt libertas conceſſa eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, & rebus ad eas ſpectantibus.

Secundò: Immunitas Eccleſiæ (ſecundum Suarez, Tom. 1. de Religione tract. 2. lib. 3. cap. 8. nu. 1.) nihil aliud eſt, quam exemptio Eccleſiæ ab oneribus, vel operibus, aut vſibus eius ſanctitati, & libertati repugnantibus.

Tertiò ſecundum Vgolinum in ſecunda Parte expoſitionis Bullæ Cœnæ Domini cap. 15. verſ. Nec non qui ſtatuta &c ita definitur. Immunitas, ſiuè libertas Eccleſiaſtica (quod idem eſt, vt infra videbimus in ſecundo notando) eſt ius quoddam inhærens generatim Eccleſijs, Eccleſiaſticiſque perſonis vtendi priuilegijs, ipſis à Deo, ab homineve conceſsis, tàm quo ad ſe, quàm quo ad res ſuas, quatenus talia ſunt.

(Aduertendum tamen eſt, quod licet Vgolin. in loco prædllegato definiat libertatem Eccleſiaſticā, tamen non facit differentiam inter immunitatem, & libertatem: quod colligitur ex illis verbis definitionis *inhærens Eccleſijs Eccleſiaſticiſq; perſonis*, Et Goffredus, & Suarez quamuis definiant Immunitatem eccleſiæ, colligitur tamen ex eorum definitionibus, quod nullam faciunt differentiam inter immunitatem, & libertatem.)

Quæ definitiones licet optimæ ſint, vltima tamen mihi magis placet pro cuius explicatione, ſciendum eſt, quòd.

Dicitur ius pro facultate, & poteſtate.

Dicitur inhærens generatim, 2 quoniam immunitas, ſeu libertas eccleſiaſtica conſiſtit in ijs, quæ generatim, aut perſonis eccleſiaſticis omnibus, earumvè bonis, aut Eccleſijs, earumvè bonis conceſſa ſunt; vt docet Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 19. verſ. 5. Caiet. in Summula verbo Excommunicatio ca. 31 Graffius in ſuis deciſ. tom.

tom. 1. lib. 4. in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini num. 120. Innoc. in cap. Nouerit de ſentent. Excommunicationis, & alij, quos refert, & ſequitur Sayrus de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 3. cap. 19. nu. 9.

Dicitur vtendi priuilegijs, ipſis à Deo, ab homine vè cōceſsis, nam Innoc. in dicto c. Nouerit de ſentent. Excommunicationis dicit dicta priuilegia fuiſſe conceſſa ſupradictis à Deo, à Romano Pontifice, & ab Imperatore, quem Doctores communiter ſequuntur, & Sayrus in loco prææallegato, & exēplis patet; nam.

3 A Chriſto Domino in noua lege, Eccleſia habet priuilegium de ſpiritualibus iudicandi, & diſponendi, tam quoad poteſtatem ordinis, quam Iuriſdictionis Eccleſiaſticæ.

Nam ordinis poteſtatem in vltima Cœna Chriſtus Dominus tribuit, dum dixit, Hoc facit in meam commemorationem. Luc. 22. Poteſtatem Iuriſdictionis in foro pœnitentiæ tribuit per illa verba. Accipite Spiritum ſanctū, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Io. 20. & Concil. Triden. de Sacramento Pœnitentiæ ſeſſ. 14 cap. 1. Poteſtatem verò Iuriſdictionis fori contentioſi tribuit Eccleſiæ, dum dixit Beato Petro Apoſtolo, & ſuis ſucceſſoribus, Petre paſce oues meas. Io 21. vt late probat Illuſtriſsimus Cardinalis Bellarminus in Cōtrouerſia de Romano Pontifice lib. 1. cap. 15.

Alia vero priuilegia conceſſa à Deo Eccleſiæ, enumerat Sayrus de Cenſuris eccleſiaſticis lib. 3. cap. 19. num. 9. verſ. Hæc autem priuilegia, &c.

A Romano Pontifice habet ſimiliter priuilegia, vt in cap. Si quis ſuadente diabolo 17. quæſt 4 quod priuilegium pertinet ad omnes perſonas Eccleſiaſticas, vt ab alijs percuti non poſsint. Item vt in legatis Eccleſiarum duo teſtes ſat ſint, vt in c. Relatum extra de teſtamentis.

Ab Imperatore demum priuilegia conceſſa ſunt, vt patet in toto titulo. C. de Sacroſanctis eccleſijs, & in tit. de Epiſcopis; & Clericis, & in tit. C. de ijs qui ad Eccleſias confugiunt. De quibus videre poteris Sayrum de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 3. cap. 19. num 9 verſ. ſic etiam ab Imperatoribus &c. & Vgolinum in explanat. Bullæ Cœnæ Domini p. 2. c 15. verſ. Nec non qui ſtatuta &c. §. 1. fol. mihi 378.

Immunitas verò ſpecialiter accepta, quo ad propoſitum noſtrum definitur infra hoc eodem capite num. 18.

Secundò. notandum eſt, quòd 4
eccleſiaſtica Immunitas, & libertas idem ſunt, vt patet ex c. fin de Rebus eccleſiæ non alienandis, in illis verbis *immunitatem eccleſiaſticæ libertatis*, Quæ verba importare videntur quandam communionem inter Immunitatem, & eccleſiaſticam libertatem, & in c. Aduerſus extra de Immunit. eccleſiar., libertas perſonarum Eccleſiaſticarum dicitur eccleſiaſtica immunitas, & ſimiliter in

Concil. Triden.ſeſſ.25.cap.20.ſub Decreto de Reformat. ibi, *Eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem &c.* Et ita docet Silueſt.in verbo Immunitas il primo in principio, Angelus in verbo Immunitas in principio, Goffredus in tit. de Immunit. Eccleſiæ num.1. in fine; Cardinalis Zabarella in c. Perpendimus in princ. de ſentent.excommunic. Cardin. Tuſchus tom. 3. lit. E. concluſ. 8. num.5. & Couarr. in lib. 2. variar. reſol. cap. 20. num. 1. Vnde conſtitutiones, quæ pœnas infligunt violantibus eccleſiaſticam Immunitatem, habent locum contra violantes Eccleſiaſticam libertatem, & è contra, vt docet Couar. in loco pręallegato,&Marius Italia in ſuo tractatu de Immunit.Eccleſiarum in Bullam Gregorij xiv. lib.1.cap.6.§.2.num.18. verſ.Cum igitur.hæc differant &c.

5 Nec obſtat Caiet. doctrina,qui in ſua ſummula verbo Immunitas verſ.6.&c.ponit differentiam inter Immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam,dicens,quòd libertas ad perſonas,Immunitas verò ad Eccleſias,& ad res pertineat; adducendo ad eius doctrinam confirmandam tex.in Extrau.1.de Priuilegijs, verſ.Incendiarios &c. ibi *eccleſiarum Immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ violatores*, Nã reſpondetur, quod in illo textu, licet diſtinguatur immunitas eccleſiarum à libertate eccleſiaſtica; non tamen probat immunitatem,& libertatem eccleſiaſticam differre; vt docet Couarr. in lib.2. variarum reſolut. cap. 20. num.1. vel melius reſpõderi poteſt, quòd licet Caietanus opinio ſit vera ſi nominum ſignificationem ſpectemus, tamen quoad præſentem tractatum,pro eodem vſurpantur in Iure, & precipuè quo ad pœnas inflictas. Marius verò Italia in ſuo Tractatu de Immunit. Eccleſiarum in præſentem Conſtitut. Greg.xiv.lib.1.c.6.§.2.n.6.& ſeq.& præcipuè n.10. putat differre immunitatẽ Eccleſiaſt. ab immunitate Eccleſiarũ,& à libertate eccleſiaſtica (ſi proprijs terminis loqui volumus) quia immunitas Eccleſiaſtica verè,& propriè dicitur hęc de qua tractatur in præſenti conſtitutione, hac ratione, quia nullam confert Eccleſijs vtilitatem, ſed ad eas confugientibus,qui delictis fuerint irretiti, vnde illud, quod eis cõpetit, dicitur Eccleſiaſticũ,hoc eſt Immunitas Eccleſiaſtica eorundẽ delinquẽtiũ: ita Italia vbi ſup.nu.12. Immunitas Eccleſiarum propriè eſt exemptio loci ſacri;ita Italia vbi ſup.n.11.& 13. Libertas vero Eccleſiaſtica propriè eſt exemptio perſonæ Eccleſiaſticæ, non ſolum in ſua perſona, ſed in omnibus quibus per liberum arbitrium vtitur,& quę poſsidet;ita Italia vbi ſupra num. 8. & 14. ſed licet ſupradicta propriè ſumpta differant ſecundum ipſum, (vel potius diſtinguantur ſecundum Couarr.in lib.2.variarum reſolut. cap. 20. num. 1.) tamen num.18 verſ.cum igitur &c. dicit idem Italia quod violatores præſentis cõſtitutionis incidunt in pœnas, nõ tantum violationis immunitatis eccleſiarum, verum etiam, & liberta-

bertatis,& Eccleſiaſticæ immunitatis. Et meo iudicio verum dicit; nam in præſenti conſtitutione Summus Pontifex confundit hos terminos, & pro eodem accipit, quia in Rubrica dicit, Conſtitutio &c. *ſuper Immunitate Eccleſiarum*, & in Prohemio loquens de hac Immunitate, dicit *libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem, & confuſionem*; & in fine, *omnes cenſuras, & pœnas, quæ contra violatores libertatis, & Immunitatis Eccleſiaſticæ per Sacros Canones &c. ſunt ſtatuta*, declarat incurrere violatores præſentis Conſtitutionis, vt clarius infra videbimus, tractando de pœnis, quæ incurrunt violatores præſentis conſtitutionis.

Tertiò: notandum eſt, quòd Eccleſię nomen varijs modis tam in ſacra Scriptura, quàm apud ſacros Canones accipi, legimus; Ideò vt manifeſtius fiat ſub qua ſignificatione de Eccleſia ſumus locuturi, opportunũ nobis viſu ẽ, varietatẽ acceptionis illius pnotare.

6 Sed ante omnia aduertendum eſt, quod eccleſiæ vocabulum duobus modis ſumitur, vno modo pro Eccleſia viuente, Altero vero modo pro Eccleſia materiali; ita docet Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. nu. 1.

7 Eccleſiæ vocabulũ pro Eccl. viuẽte ſũptũ ſex modis accipi ſolet.

Primò. nomen Eccleſiæ accipi ſolet pro vniuerſitate omnium fidelium hominum ſicut ad Eph 5. vbi Apoſtolus ita loquitur, Chriſtus caput Eccleſiæ eſt; ipſe, Saluator corporis eius; & infra, Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea. Clarum eſt enim quod Chriſtus mortuus eſt pro hominibus, pro quorum ſalute natus eſt.

Secundò. nomen Eccleſiæ accipitur pro vniuerſitate vnius prouinciæ, ſicut ad Romanos vltimo, ſalutat vos Caius hoſpes meus, & vniuerſa Eccleſia, Gloſſa, Prouinciæ vnde Caius erat; Item 2. Ad Corinth. 1. Paulus Eccleſiæ Dei, quæ eſt Corinthi, id eſt omnibus fratribus Eccleſiæ Corinthiæ, & hoc modo diſtinguitur Eccleſia Toletana à Gallicana, & à Germanica.

Tertiò. Eccleſia accipi ſolet pro pręſidentibus tantum in Eccleſia, ſicut Matth. 18. Si peccauerit in te frater tuus &c. dic Eccleſiæ; Gloſ. Chryſoſtomi, id eſt his qui præſunt; & hoc modo accipitur in c. Si peccauerit 2. quæſt. 1. vbi Glo. ſuper illud dic Eccleſiæ, exponit id eſt Sacerdoti.

Quartò. accipitur Eccleſia pro ſolis Eccleſiaſticis viris, ſiuè pro ſolis Clericis, ſicut in cap. 1. 63. diſt. vbi dicitur, Quod quiſquis ſecularium Principum, vel potentatum, vel alterius dignitatis laicus aduerſus communem, ac conſonantem, atq; canonicam electionem Eccleſiaſtici regiminis agere attentauerit, anathema ſit donec obediat, & conſentiat quicquid Eccleſia de ordinatione, ac electione proprij Præſulis ſe velle monſtrauerit.

Quintò. accipitur Eccleſia magis ſtrictè non pro omnibus clericis, ſed pro maiori parte Cleri-

corum; Probatur per tex. in cap. Apoſtolica.56.diſtin. vbi dicitur, quod qui ab Eccleſia electus eſt, ſi altero dignior inuentus fuerit, & canonicè electus conſecretur; vbi Glo.inquit. Hic accipitur Eccleſia pro maiori parte eligentium.

Sextò. accipi ſolet Eccleſia ſtrictius pro ſolis Canonicis matricis Eccleſiæ: & ſic ſumitur in cap. Cum clerici, extra de Verborum ſignif. vbi dicitur, quod cum quis præſtat iuramentum fidelitatis alicui Eccleſiæ, nõ intelligitur totus clerus illius diœceſis, ſed tantum Epiſcopus, & Canonici matricis Eccleſiæ.

Eccleſia igitur ſupradictis ſex modis accepta appellatur Eccleſia viuens, ita eam appellat Suarez. de Relig. tomo 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num 1.

8 Altero vero modo Eccleſiæ vocabulum accipitur pro domo publica materiali, Epiſcopi auctoritate per impoſitionem primi lapidis fundata, & conſecrata; in qua fideles conueniunt ad offerenda ſacrificia Deo, & percipienda diuina ſacramenta; vt patet ex Pontificali Romano tit. de Benedictione, & impoſitione primi lapidis pro Eccleſia ædificanda, & tit. de Eccleſiæ dedicatione, ſeu conſecratione.

Quæ domus rationabiliter vocatur Eccleſia.

Primò. quia in tali domo fit fidelium cõuocatio ad audiendam fidei doctrinam; Et pro hac cauſa conſtitutus fuit locus ſcilicet Cathedra in Antiochia Beatiſsimo Petro; Vnde de eo cantatur illud Pſalmi 16. Exaltent eum in Eccleſia plebis, & in cathedra ſeniorum laudent eum; & de Chriſto dicitur Luc. 18. Et erat quotidie docens in templo.

Secundò. rationabiliter dicitur Eccleſia, quia ibi fit congregatio, & conuentus fidelium ad orandũ, & benedicendum Deum, atq; ad impetrandum diuinitatis auxilium. Vnde Iudith. 6. conuocatus omnis populus per totam noctem intra Eccleſiam orauerunt petentes auxilium à Deo. Et 1. ad Corinth. 2. dicit Apoſtolus, An Eccleſiam Dei contemnitis? Gloſ. 1. domum orationis.

Tertiò. Locus ille materialis merito Eccleſia dicitur, quia in ea fideles congregantur ad offerẽda ſacrificia Deo, & ſuſcipienda diuina Sacramenta, quibus ipſa formatur, & decoratur Eccleſia: Vnde Deuter. 12. dicit Dominus, Ad locum quem elegerit Dominus Deus noſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, & habitet in eo, venietis, & offeretis in loco illo holocauſta, & victimas veſtras, decimas, & primitias manuum veſtrarum, & vota atq; donaria. Et idem c. 16.

Nos verò de hac tam varia acceptione nominis Eccleſiæ, ſub ea ratione de Eccleſia in præſenti tractatu principaliter agemus, 9
qua Eccleſia accipitur pro domo publica materiali, Epiſcopi auctoritate fundata, in qua fideles Chriſtiani conueniunt ad orandum, ad offereda ſacrificia Deo, & percipienda diuina ſacramenta: Licet de Eccleſia viuente primo, &

quarto modo accepta aliqua breuiter ſint dicenda, prout præſens conſtitutio Gregorij Papæ XIV. quam principaliter commẽtarijs adornamus, occaſionem nobis prebebit.

10 Supradictæ Eccleſiæ materialis vocabulum duobus modis accipi ſolet. Vno modo ſtrictè, Altero modo largè, vt docet Panor. in c. Eccleſiæ de Immunit. Eccleſiæ num. 2.

Strictè nomen Eccleſiæ, accipitur pro Eccleſia conſecrata, nam ſicut electus in Epiſcopum in conſecratione, propriè nomen aſſumit Epiſcopi: ſic etiam domus materialis Deo dicata, vbi fideles conueniunt ad orandum, & ad offerenda ſacrificia, & percipienda diuina ſacramenta in conſecratione propriè nomen aſſumit Eccleſiæ, ita docet Glo. prima in c. 1. de Religioſis domibus.

Largè verò nomen Eccleſiæ ſumitur pro domo materiali non cõſecrata, authoritate tamen Epiſcopi, vel ſedis Apoſtolicæ Diuinis obſequijs deſtinata: vt in c. fin. de conſecr. Eccleſiæ, vel Altaris, & in c. Eccleſiæ de Immun. Eccleſiæ. Quæ appellari ſolet Baſilica, vt in c. 1 de Religioſis domibus.

11 Quartò notandum eſt, quod immunitas materialis Eccleſiæ ad multa ſe extendit.

12 Primò. enim contra hanc immunitatem facit qui exactionibus illam grauat. cap. Non minus extra de Immunit. Eccleſ. Vel qui ſuis bonis, aut iuribus illam expoliat, nam ſacrilegium committit, & eſt ipſo facto excommunicatus; cap. Sacrilegium, & c. Qui rapit 17. quæſt. 4. cap. conqueſti ſunt, extra de ſen. excõmu. cuius ex cõs abſolutio eſt S. Põtifici reſeruata, non ſolum per Conc. Trident in ſeſſ. 22. cap. 11. ſub Decreto de Reformatione, ſed etiam per Bullam Cœnę Domini, vt docet Vgolinus in 2 par. Expoſitionis dictæ Bullæ cap. 17. §. 1. verſ. Quinto &c. Sayrus de Cenſuris Eccleſiaſticis lib 3. cap. 21. num. 4. verſ. Tertia eſt, & Suarez tom. 5 de Cenſuris, diſp 21. ſect. 2. n 97.

Secundò ad hanc immunitatem ſpectat, vt iudex ſęcularis, vel alius ſæcularis Miniſter in Eccleſijs, vel Cemeterijs cauſam non agitet, & maximè criminalem; cap. Decet in fine de immunitate Eccleſiæ in 6 Et multo magis cauſſam ſanguinis non exerceat, c. Cum Eccleſia extra de Immunit. Eccleſiæ: Nec in domo Eccleſię placitum faciat, (id eſt ius in ea non reddat) neque hoſpitium ſibi vendicet, cap. 1. extra de immunit. Eccleſiæ, Sed hoc vltimum procedit, quando ex conſuetudine, vel propria authoritate quaſi ex iure publico eligit ſibi manſionem ibi: ita docet Suarez tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 4 & Sylueſt. in verb. Immunitas 1. q 2. n. 3. Secus vero ſi Iudex haberet illam domum concedentẽ ab Eccleſia, vel gratis conceſſam, vt docet Sylu. vbi ſupra. 13

Tertiò. Eccleſia non debet ad ſęculares vſus, vel profanos conuerti, non ſolum quamdiù integra eſt, & ſuum vſum loci ſacri habet, verum etiam poſtquam diruta eſt c. ligna Eccleſiæ de Conſecr. diſt. 1. 14

c. Ad hæc de Religioſis domibus, cap.Semel de Reg.iur.in 6.Suarez tom.1.de Relig.tract.2.lib.3.c.8.n. 5.& Sylueſt. in verb.immunitas 1. q.2. n.7. verſ.7.&c.

Vnde Eccleſia,& præcipuè con ſecrata,vel publica Oratoria, vel Monaſteria, & alia huiuſmodi, conuerti non debēt ad ſæcularem habitationem, & vſus profanos. c.Quæ ſemel, & cap.Quoniam 19. quæſ.3. Hoſpitale etiam ad alium vſum conuerti non poteſt, vt habetur in cap.Ad hæc de Religioſis domibus; Si vero deſtruatur Eccleſia, Oratorium, Monaſterium &c.tunc de lignis,& lapidibus cōſtrui poteſt dormitoriū, vel alius locus honeſtus; vel à Monachis ligna comburi poterunt in coquina.

Nunquam tamen ad priuatos vſus conuerti debent;Et licet ædificium ſit dirutum, locus tamen remanet ſacer. ita docet Gloſſ. in dicto c. Quæ ſemel 19.q.3. Sylu. in verbo Eccleſia 2.q 5. n.7.

Quartò. quia Eccleſia eſt locus ſpecialiter deputatus,& conſecratus ad ſacrificium Deo offerendū, & ad Orationem, & alios actus diuini cultus, ex hac parte debitum illi eſt,vt ſit immunis ab omni immunditia, & nihil pœnitus in ea agatur, quàm quòd diuinis miniſterijs conueniat. cap. finali 42.diſtinct.

Vnde regulariter conuiuia in Eccleſia fieri prohibentur,c.Nulli Epiſcopi 42. diſt. Propter effuſionem etiam ſanguinis, vel ſeminis polluitur; c.Eccleſijs. d.68. c.Propoſuiſti de conſecr.Eccleſiæ.

Publica parlamenta, Negotiationes, & præcipuè Nundinarum, ac Fori cuiuſcunq; tumultus; Vana,& profana colloquia in Eccleſijs fieri prohibentur, vt patet in c. Decet de immun.in 6.Et multo magis in eccleſijs fieri prohibentur ludi theatrales, cum laricis, & ſimilibus;cap.cum decorem,extra de vita,& honeſtate Clericorum.

Quintò ad ſanctitatem, & im- 16 munitatē etiam Eccleſiæ ſpectat, vt non niſi fideles,& qui in fide viua deceſsiſſe præſumuntur ibi ſepeliantur: Nam nulla participatio eſt fidelis cum infideli 2.ad Corinth.6.

Vnde primò, infideles in ea ſepeliri non poſſunt; cap.Sanè 24.q. 2. cap.Eccleſiam de Conſecr. d. 1. Bartholomæus Fumus in ſua Summa Armilla Verbo ſepultura nu. 18.verſ.11.Suarez de Relig.tom.1. tract.2.lib 3.c 8.n.6.

Secundò. Nec excommunicati maiori excommunicatione;c.Sacris extra de Sepulturis Clemen. 1. de Sepulturis,& docēt Commun. Doctores teſte Vgolino in ſuo tract.de Cenſuris Eccleſiaſticis in genere Tabula ſecunda,cap.9.§.5. & Sayro de Cenſuris lib. 2. cap.4. num.10.

Dixi maiori excommunicatione,nam ſecus eſt di minori,vt docet Suarez de Relig.tom.1.tract.2. lib.3.cap.8.nu.6.

Excommunicatio enim minor nō habet de iure hunc effectum, vt priuet Eccleſiaſtica ſepultura.

Tertiò,interdictis nominatim, vel tempore interdicti in caſibus à iure non conceſſis prohibitum

eſt ſepeliri in eccleſia, Clem. 1. de ſepulturis,& docet Sayrus de Cenſuris.lib.5.cap.8. num. 3.& 10.

Quartò Vſurarijs manifeſtis ſimiliter prohibitum eſt in loco ſacro ſepeliri,cap.Quia in omnibus de Vſuris, Clem.1. de Sepulturis, Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib.3. cap.8. num.7.

Quintò, Qui propter deſperationem ſe occidunt, vel pro ſuis ſceleribus impœnitentes moriuntur, priuantur eccleſiaſtica ſepultura c.Placuit 23. quæſt.5.

Sextò,Qui in torneamentis moriuntur ſunt priuati eccleſiaſtica ſepultura,cap.1. extra de Torneamentis.

Septimò, Morientes in duelli conflictu ſimiliter eccleſiaſtica ſepultura ſunt priuati,vt per Conc. Trident. in ſeſſ.25.cap.19. ſub Decret.de Reformat.

Octauò,Manifeſti Raptores morientes ſine contritione,& reſtitutione ſunt priuati eccleſiaſtica ſepultura, c. 2. de Rapt. Bartholomæus Fumus in ſua Summa Armilla verbo ſepultura num. 18.

Nonò, Non confitentes, & non cõmunicantes ſemel in anno ſunt etiam priuati eccleſiaſtica ſepultura,(niſi in morte ſigna contritionis oſtenderint)c.Omnis de Pœn. & Remiſs.Barthol.Fumus in loco præallegato verſ.6.&c.

Decimò, Corpora exenterata, vel conciſa in eccleſia, vel cœmeterio ſepeliri non debent, Extrauag. Deteſtandę de ſepulturis,Bartholomæus Fumus in ſua Summa Armilla verbo excommunicatio,excommunicatione 58, & verbo ſepultura num.18. verſ.12.

Vndecimò, Monacus moriens proprietarius in eccleſia, vel cœmeterio ſepeliri non debet, C.ſuper quodam de ſtatu monachorum.

Duodecimò,Morientes in mortali peccato notoriè, in eccleſia, vel cęmeterio ſepeliri non debēt. c.Cum graui 13. quæſt.2.

Sextò,Ad Immunitatem quoq; 17 eccleſiæ ſpectat, vt delinquentes qui ad illam confugiunt, per vim ab ea extrahi non poſsint, niſi in caſibus de Iure exceptis; & ſi violenter in caſibus non exceptis inde extracti non fuerint, ſed ab ipſo Epiſcopo, vel eius Officiali, Iudicibus, Laicis ſponte traditi fuerint, Non poſsint amplius ex illo delicto condemnari ad mortem, vel ad aliam pœnam corporalem, vel corporis afflictiuam,ſed ad pęnam pecuniariam, vel ad aliam quæ non ſit corporis afflictiua; ita habetur in c. Miror, c. Reum, c. Frater, c.Deffiniuit 17.q.4.c.Inter alia extr de Immun.eccleſiæ,& Doctores communiter, vt infra probabimus cap.2 nu.1. & de hac Immunitate erit noſtra tractatio, Cum de illa principaliter tractetur in Conſtitutione Greg. Papæ. XIV. quæ incipit Cum alias &c. quam commentarijs adornare intendimus.Hæc autem Immunitas ita definiri, vel deſcribi poterit.

Immunitas materialis eccleſiæ 18 quo ad delinquentes confugientes ad illam,eſt facultas quædam conceſſa omnibus eccleſijs, vt delinquentes ad illas confugientes per vim extrahi non poſsint. ita

docet

docet Remigius de Gonni in ſuo Tractatu de Immun.eccleſiæ Præſuppoſitione prima nu. 3. in fine, & à Mario Italia in ſuo Tract. de Immunitate eccleſiarum lib. 1. c. 1. §. 1. aliter definitur, nempè eſſe corporalis pœnæ relaxationem, qua antea confugientes adſtringebātur, in aliam ſatisfactionem arbitrio Epiſcopi transferendæ,& ibi ſingula huius definitionis verba diſcutit, & declarat: vtraque enim bona eſt.

19 Quintò notandum eſt,quòd eccleſia materialis Deo, & diuino cultui dedicata cognoſci ſolet ex pluribus circunſtantijs, vt docet Feder. Conſil. 125. quem refert & ſequitur Syluester verbo loca ſacra nu.5. & Decianus in ſuis tract. crim.tom.2.lib.6. c.25. n.29.

Primò ſi ſit epiſcopi, vel ſedis Apoſtolicæ auctoritate conſtructa,per impoſitionem primi lapidis, vt in c Nemo il primo de Cōſecrar.diſt. 1.& in Pontificali Romano Tit.de Benedictione,& impoſitione primi lapidis pro eccleſia ædificanda; Nam facta *impoſitione primi lapidis illo modo, ille locus* dicitur Deo dicatus, & quandoq; Baſilica, quandoq; vero eccleſia ſecūdum communem vſum appellari ſolet.

Secundò, Si ſit ab epiſcopo conſecrata, vt in pontificali Romano Tit. de eccleſiæ dedicatione, ſeu conſecratione:& tunc propriè appellatur eccleſia, vt docet Gloſ.1. in c.1. de Religioſis domibus.

Tertiò,Si ſit benedicta à Sacerdote cum licentia Ordinarij, vt in Rituali Romano iuſſu Beatiſsimi Pauli V. editum Anno Domini 1614. Tit. Ritus benedicendi nouam eccleſiam,ſeu oratorium publicum: & colligitur ex c. Ad hæc de Religioſis domibus, ibi, *ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis*; Nam ſicut veſtes ſacerdotales,corporalia,& vaſa benedicta ab epiſcopo, (vel alio poteſtatem habente) ad vſus ſacros,& ad diuinum cultum, dicuntur Deo dicata,& ad profanos vſus amplius deſeruire non poſſunt: ita etiam Domus benedicta (à poteſtatem habenre cum licentia Ordinarij,& cum orationibus ſtatutis) ad Diuinum cultū,dicitur Deo dicata ex eo, quia ad profanos vſus amplius deſeruire non debet iuxta dictum tex.

Quartò, Si publicè,& longo tēpore ſacrificium Miſſæ,& alia diuina officia ibi à Miniſtris eccleſiæ ſint celebrata, omnibus admiſsis ad audiendum; ita docet Syluest. verbo loca ſacra nu.4. & 5 Panor. in c. Inter dilectos de Donat. Archid. in c.Nemo il primo de Conſecr.diſt.1.num.3. & ratio eſt,nam dum celebratio Miſſæ,& diuinorum officiorum eſt publicè & longo tempore facta, præſumitur facta cum licentia Ordinarij expreſſa, vel racita; Et cum omnes publicè admittebantur ad audiendum,clarum eſt eſſe publicum oratorium, & per conſequens eccleſiam, largo ſumpto vocabulo; & tacitè ſaltem Deo dicatam per illam celebrationem diuinorum publicè factam, Nam non niſi in eccleſijs ſolent publicè celebrari, omnib.admiſsis ad audiendū,iuxta conſuetudinem vniuerſalem.

Quia

Quintò, Si habeat campanam in campanili, vel ſupra tectum; vt docet Sylu. verbo loca ſacra nu. 4. & Panor. in cap. Inter dilectos de Donationibus n. 8. in fine.

Sextò, Si habeat ſepulturam, vel cœmeterium, vt docet Sylu. in verbo loca ſacra nu. 4. & 5.

Septimò, Si Sanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum ordinarie conſeruetur in dicto loco, ad publicam venerationem, & adorationem; Et ratio eſt, quia ex conſuetudine vniuerſali non niſi in eccleſijs conſeruari ſolet.

Octauò, Si habeat altare lapideum immobile conſecratum; vt docet Syluest. in verbo loca ſacra num. 4.

Nonò, Si domus illa in qua ſacrificium Miſſæ celebratur, ſit dotata pro ſuſtentatione Miniſtrorum, Nam eccleſiæ dotari ſolent, vt patet in cap. Nemo il primo de Conſecr. diſti n. 1. & in Pontificali Romano ſit. de Benedictione, & impoſitione primi lapidis, pro eccleſia ædificanda, Non autem priuata oratoria.

Vnde ex dote conſtitura præſumitur eſſe dedicatam Deo in eccleſiam.

Decimò, Si ſacramenta publicè ibi miniſtrentur per longum tempus; Nam ex conſuetudine vniuerſali miniſtrari ſolent in eccleſijs; ergo ex illa publica adminiſtratione Sacramentum præſumitur eccleſiam eſſe Deo, & cultui Diuino dedicatam cum licentia Epiſcopi.

Examinantur quinque dubitationes pro generali intelligentia præſentis Tractatus, & Conſtitutionis Gregorij xiiij.

SVMMARIVM.

Immunitas eccleſiarum ſit nec nè ſtatuta de iure Diuino, vel Humano. num. 1.

Loca ſacra immunitatem ſemper habuerunt inter Hebreos, & Gentiles; & inter Chriſtianos à tempore quo eccleſiæ publicè ædificatæ fuerunt. num. 2.

Immunitas eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum Dei ordinatione & Canonicis ſanctionibus eſt conſtituta. num. 3.

Statuta facientes contra libertatem eccleſiaſticam, ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ Domini. n. 4.

Cum de Immunitate eccleſiæ tractatur, ſtandum eſt potius Iuri Pontificio quam Cæſareo. n. 5.

Cognitio cauſarum Immunitatis eccleſiæ, ad S. Pontificem, & alios Prælatos eccleſiaſticos ſpectat, num. 6.

Conſtitutio Gregorij xiiij. an ſit vniuerſaliter ſeruanda, in omnibus locis? nu. 7.

Conſtitutiones ex proœmio regulantur. nu. 8.

Ratio poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare Conſtitutionem ad limites ipſius rationis. nu. 9.

Lex eſt vniuerſalis, & ſub ea omnes comprehenduntur. nu. 10.

Conſtitutio Gregorij xiiij. non corrigit Ius commune, ſed cum confirmat,

mat, & auget. nu. 11.
An ſit vſu recepta præſens Conſtitutio. nu. 12.
Lex quando dicatur non fuiſſe vſu recepta. num. 13.
Conſtitutio præſens Greg. xiiij. non eſt nouum ius, ſed tantum Iuris Diuini, & antiquorum Canonum declaratiua. n. 14.
Conſtitutionem præſentem non obſeruantes moraliter peccant, & cenſuras, & pœnas incurrunt. nu. 15.
Conſuetudines antea introductæ contra immunitatem eccleſiæ an ſint abrogatæ per præſentem Conſtitutionem, Greg. xiiij. n. 16.
Qui ſtatuta faciunt contra Immunitatem, & libertatem eccleſiæ ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ Domini. n. 17.
Conſuetudo irrationabilis de Iure non valet. n. 18.
Principis ſcientia requiritur, vt poſſit per non vſum, vel per conſuetudinem tolli lex ipſius. nu. 13. & 19.
Principis tolerantia non ſufficit, vt poſſit per conſuetudinem tolli lex ipſius, ſed opus eſt expreſſo conſenſu. num. 20.
Lex improbans aliquid tanquam irrationabile, dato quod nullam mentionem faciat de conſuetudine, non valet conſuetudo quæ in contrariũ eſſet introducta, vel introduceretur, quia irrationabilis eſſet. n. 21.
Conſuetudines introductæ contra libertatem Clericorum ſunt abrogatæ per præſentem Conſtitutionem. num. 22.
Præſcriptiones contra Immunitatem, & libertatem eccleſiæ, & eccleſiaſticas perſonas ſunt abrogatæ per Bullam Cœnæ Domini. num. 23.
Laicus eſt incapax iuris, & poteſtatis ſpiritualis. n. 24.
Conſuetudo, vel Præſcriptio contra præſentem Conſtitutionem de nouo introduci non poteſt. nu. 25.
Conſuetudo ſemel abrogata tanquam irrationabilis, non poteſt de nouo introduci eadem cauſa. n. 26.
Conſuetudo, vel Præſcriptio contra legem Diuinam eſt nulla n. 27.
Conſuetudo ſtatuto equiparatur. nume. 28
Conſuetudo non inducitur ſuper his ſuper quibus populus expreſſè ſtatuere non poteſt. nu. 29.
Principes ſæculares aliquid ſancire non poſſunt in materia Immunitatis eccleſiæ. n. 30.
In præſcribendis iuribus incorporalibus neceſſaria eſt ſcientia, & patientia eius contra quem præſcribitur. num. 31.
Princeps poteſt citare per edictum. num. 32.
Papa poteſt citare per generales citationes. n. 33.
Tacitus conſenſus S. Pontificis contra præſentem Conſtitutionem præſumi non poteſt. nu. 34.

CAPVT II.

His prænotatis, nunc examinanda ſunt aliqua, quæ pro generali intelligentia præſentis Tractatus, & Conſtitutionis Gregorij xiiij. facere videntur.

1 QVæritur Primò An Immunitas hæc eccleſiarum, de qua tractamus, ſit ſtatuta de Iure Diuino, vel Humano? Duæ ſunt Do-

Doctorum opiniones.

Aliqui enim dicunt non eſſe ſtatutam de iure naturali, nec Diuino, ſed eſſe de iure humano eccleſiaſtico, & ciuili, vt Couar. in lib. 2. var. reſolutionum ca. 20 n. 2. Tiberius Decianus in 2. Tom. quæſt. Crim. cap 25. n. 2. Abulenſis in ca. 20. Ioſue q. 7. Suarez de Religione Tom. 1. Tract. 2. lib. 3. c. 8. n. 9. verſ. An ſit, & alij.

E contra verò alij dicunt eſſe de iure naturali, & diuino, vt Ioannes Igneus in l. 1. in princip. n. 26. ff. Ad Syllan. Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiarũ Præſuppoſitione 2. nu. 5. Illuſtriſs. Cardin. Tuſchus Tom. 3. receptarũ Concluſionum lit. E, concluſ. 8. n. 4. & Tom. 4. lit. I, concluſ. 59 n. 1. Ioãnes Gutierrez in lib. 1. Practicarũ quæſt. q. 1. n. 8. Petrus Pechi. in ſuo Tract. de Areſt. c. 6. n. 5. Anaſtaſius Germonius de Sacr. immuni. lib. 3 cap. 56. n. 3. & alij quos refert Decianus in loco præallegato, & nouiſſime, & exactè Marius Italia in ſuo Tract. de immun. eccleſiarum in præſentẽ Bullam Greg. xiv. lib. 1 c. 2. per totum.

Sed relinquendo deciſionem præſentis quæſtionis S. Romanæ Eccleſiæ, hæc ta men ſunt certa.

2 Primò, quòd non ſolum in lege veteri apud Hebræos ante Chriſti aduentum, ſed etiam apud Gentiles loca ſacra hac immunitate gaudebant, vt latè probat Couar. in loco præallegato Emanuel Rodericus in ſuis quæſt. Regularibus tom 2. quæſt. 50. art. 1 & latiſſime Marius Italia in loco præallegato.

Secundò eſt certum, quòd à tẽpore, quo eccleſiæ inter Chriſtianos ſolemni dedicatione publicè ædificatæ fuerunt, ſemper loca ſacra hanc immunitatem habuerunt, vt docet Suarez in loco præallegato, cap. 8. n. 12. Archiepiſcopus Florentinus in 2. p. ſuæ Hiſt. §. 2. quem refert, & ſequitur Emanuel Rodericus in loco præallegato.

Ex quibus colligitur Gentiles ſolo lumine naturali ductos hunc honorem Aris, & Templis Deorũ dediſſe: Et Hæbræi non ſolum lumine naturali, ſed etiam lumine legis à Deo Moyſi data idem ſeruauerunt in eorum Templo; Imperatores etiam Chriſtiani idem ſemper ſeruauerunt cum eccleſijs, & locis ſacris Chriſtianorum non ſolum lumine naturali docti, & exemplo legis veteris, ſed etiam lumine diuino, tanquam quid cõſentaneum voluntati Chriſti, qui ſemper voluit ſancta ſanctè tractari.

Tertiò eſt certum, quòd in Concilio Trid. ſeſſ. 25. cap. 20. ſub Decreto de Reformatione habentur hæc verba, *Eccleſiæ, & perſonarum Eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam eſſe*. 3

Quartò eſt certum, quòd qui ſtatuta faciunt ex quauis cauſa, vel factis vtuntur, vnde libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo leditur, deprimitur, vel reſtringitur, ſunt excommunicati per tex. in c. Grauem, de ſent. excommunicationis, & per Bullam Cœnæ Domini in excommunic. 15. verſ. Nec 4

non qui ſtatuta &c.

Quintò eſt certum opinionem illorum qui tenent præſentem Immunitatem eſſe de iure naturali, & Diuino eſſe communem.

Quæritur ſecundò, in materia immunitatis eccleſiaſticæ, Vtrum ſeruandum ſit ius Canonicum, vel ciuile, non ſolum in ſtatu eccleſiaſtico, ſed etiam in terris Imperij?

5 Reſolutione reſpondendo dico, quòd dum tractatur de immunitate eccleſiarum, non ſolum in foro eccleſiaſtico iudiciali, & pœnitentiali, ſed etiam in foro ſæculari, & apud iudices, & Magiſtratus ſæculares, etiam in terris non ſubiectis eccleſiæ, ſtandum eſt potius iuris Pontificij decretis, & ſtatutis, quam iuris Cæſarei ſanctionibus; & ratio eſt, quia cum hæc immunitas pertineat ad honorē, & reuerentiam exhibendam locis ſacris, eſt res ſpiritualis, & ad Religionē ſpectans & per conſequens
6 ad Summum Pontificem, & alios Prælatos eccleſiaſtic. ſpectat eius cognitio, & ſecundum leges eccleſiaſticas debet iudicari, quæ leges alijs legibus ſæcularibus ſunt præferendæ in hac, & ſimilibus materijs; vt docet Suarez de Religione tomo 1. tract. 2 lib 3. cap. 8. nu. 14. in fine, & Comm. Doctores, quos refert, & ſequitur Couarr. in lib. 2. var. reſol. cap. 20. n. 3 & Decianus in ſuis tract. Crimin. tom. 2. lib 6. cap. 25. nu. 7. & Farinacius in ſua pract. crim. part. 1. tomo 2. tit. de Carceribus, & Carceratis q 28. nu. 6 Cardinalis Tuſchus tom. 4 concluſ. 59. num. 10. & num. 26. lit. I, Ambroſinus in ſuo Tract. de immun. eccleſiæ in Bullam Greg. XIV. cap. 1. nu 4.

Quæritur tertiò, An præſens conſtitutio Greg. xiiij. ſit vniuer- 7
ſaliter ſeruanda, vel tantum in illis locis, & prouincijs in quibus eorum Dominis, & Principibus ſunt conceſſa aliqua priuilegia extrahendi ab eccleſijs confugientes ad eas, adeò quòd in reliquis Regnis & locis nihil ſtatuere voluerit Sūmus Pontifex?

Duæ ſunt Doctorum opiniones, vna eſt Ioannis Gutierrez in lib. 3. Practicarum quæſtionum quæſt. 1. num. 36. qui in § Hæc conſtitutio &c. dicit, quod hęc conſtitutio nō corrigit in aliquo ius commune Pōtificum in Vrbibus, & oppidis apud quæ nullæ facultates, & indulta extrahendi delinquētes ab eccleſijs, aut fraudulentos decoctores, à Sede Apoſtolica emanarunt, aut conceſſa fuerunt: in illis etenim ius commune remanet intactum, ſed tantum reducit & moderatur ad vnam formam prædictam, diuerſas facultates, & indulta à Summis Pontificibus Sedeq; Apoſtolica, eiuſvè legatis conceſſa Principibus ſæcularibus eorumque Curis extrahendi delinquentes ab eccleſia: Vbi autem ſupradictæ facultates & indulta conceſſæ non ſunt, conſtitutio non loquitur, ſicq; remanet in ſuo robore ius commune Canonicum, quia quod non mutatur ſtare, non prohibetur, vt in l. Sancimus C. de Teſtamentis, & in l. Præcipimus C. de Appellationibus. Probatur dicta opinio.

Primò, Quia conſtitutio, aliavè 8

quæ-

quæuis diſpoſitio ex prohęmio regulatur, atque ab eo cauſam finalem accipit, l. fin. ff. de Hæred. inſt. c. Quia propter, de elect. Sed Summus Pontifex in Prohęmio præſentis Conſtitutionis expreſsè fundatur in eo, quòd experientia docuerit, nempè ob diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi indultorũ, & quia pleriq; eorumdem Principum miniſtri illa diuerſimode, & latius quam par erat, & ad ſuum libitum interpretandi occaſionẽ arripuerunt, illiſq; abuti ceperũt, non mediocrem ſubortam eſſe in aliquibus locis libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ perturbationem, & confuſionem: Et ſimiliter aliud abſurdum ſæpè numero ſequutum eſſe, nempè vt infime interdum conditionis laici penitus iuris, & literarum ignari, & imperiti, exercentes officium iuriſdictionis, vel tanquam miniſtri curiæ ſæcularis, facultatem, & indultorum huiuſmodi limites longe exceſſerint, atque ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione cõcedentis omninò alienos detorſerint, & illorum prætextu quicquid ſibi in mentem venit, & attentare præſumpſerint, in graue iuriſdictionis, & immunitatis eccleſiaſticæ præiudicium; Ergo his abſurdis obuiari cupiens Summus Pontifex, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam deducere, omnemq; dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem, dilucida declaratione ſubmouere, abuſus tollere, & eccleſiaſtica iura plane conculcentur, & negligantur, opportune prouidere, decreuerit reducere, & moderari prædictas facultates, & indulta ad vnam tantum formam: Et ſic non, vt iura Pontificia de hoc loquentia corrigat, vbi prædictæ facultates, & indulta conceſſa non fuerint; ſed tantum ea declarando, & moderando, vbi fuerint, ſtatuit, quæ in præſenti Conſtitutione ſtatuta ſunt.

Secundò. Probatur ex fine præſentis Conſtitutionis, ibi, Quę omnia, & ſingula, &c. vbi loquens Summus Pontifex de prædictis facultatibus, & indultis ne obſtent, inquit, quæ omnia, & ſingula, ac eorum tenorem pro expreſsis habentes, quatenus præmiſsis in aliquo aduerſantur, aut plures quàm expręſſos caſus contineant auctoritate, & tenore præmiſsi omninò, ac perpetuo tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Cõſtitutionis reducimus, & nolumus cuipiam de cętero ſuffragari: Ex quibus verbis colligitur intentionem Summi Pontificis in dicta Conſtitutione fuiſſe reducere dictas facultates, & indulta ad formam dictæ conſtitutionis, & per conſequens illam habere locum in locis, vbi dictæ facultates, & indulta conceſſa fuerunt, & non in locis vbi conceſſa non fuerunt.

Altera opinio eſt (Proſperi Farinacij in ſuo Conſilio criminali 76. quem ſequitur Illuſtriſsimus, & Reuerendiſsimus Cardin. Tuſchus in Tom. 3. Practicarum Concluſionum lit. E Concl. 11. num. 9. & Stephanus Gratianus in ſuis Diſcept. Forenſ. Tom. 2. cap. 380. nu. 29. cum teſtibus ſequentibus) dicen-

dicentium intentionem Summi Pontificis Greg.xiiij. fuiſſe non ſolum prouidere locis, vbi conceſſa fuerunt priuilegia,& indulta prædicta, ſed etiam vniuerſaliter ad coercendam peruerſorum hominum malitiam,malas interpretationes,& extēſiones à Doct. Canonib. datas,& ad tollendos abuſus, contra immunitatem,& libertatē eccleſiaſticam introductos.

Probatur ſupradicta opinio Primo ex prohęmio dictæ Conſtitutionis à verſu quare pro commiſſo nobis & c.ex quo intentio,& cauſa finalis legiſlatoris colligitur,vt ſupra probatum eſt; (ſed vt melius intelligatur hæc ratio aduertendum eſt,duplicem cauſam poni in prohęmio à Summo Pontifice, quæ eum mouit ad hanc conſtitutionem condendam, vnam impulſiuam, & alteram finalem: Cauſa impulſiua eſt illa,quam poſuit in narratione, quæ incipit à principio Conſtitutionis, & finit in verſ.Quare pro commiſſo &c & ſunt abſurda illa, narrata in prima ratione præcedentis opinionis, nempè ad tollendos abuſus, & malas interpretationes miniſtrorum iuſtitiæ ſæcularis circa facultates ipſis conceſſas per fœlicē memoriam Pij V. & Sixti V. &c. cauſa vero finalis,quę eum mouit eſt illa,quam poſuit in diſpoſitione, quæ incipit à verſu. Quare pro commiſſo nobis &c.& finit in verſ. Hac itaque,&c.quæ eſt non ſolum obuiandi abſurdis, ſcandalis, & differentijs ſupradictis, reuocando facultates ſupradictas Pij, & Sixti V. & quorumvis aliorū Pontificum: Sed etiam reducendi ad vniformem regulam immunitatem eccleſiaſticam, & tollere omnem dubietatem, & malas interpretationes,& abuſus,qui immunitatem eccleſiaſticam conculcauerunt; Et ratio poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare Cōſtitutionem ad limites ipſius rationis, vt patet in l.Cum pater §.Dulciſsimis ff.de legatis 2.& docet Hoſtienſis, quem refert, & ſequitur Panormitanus in c.eccleſiæ de immunitate eccleſiæ n.5.& 6.& Nauar.in commentario Conſtit.Greg.xiij. de Datis & Promiſsis Not.3.n.7.in fine) Vnde Proſper Farinacius in ſuo conſilio Criminali 76. id colligit ex hoc prohęmio dicens num.9.(hæc ſunt verba Farinacij) & ad id dicendum moueor,quia;vt ex illius prohęmio benè colligitur, Summus ille Pontifex benè nouerat Doctorum controuerſias,& altercationes, pluresq; ac diuerſas extenſiones,& interpretationes Canonibus ab eiſdē Doctoribus datas,ac inde etiam plures inductas conſuetudines,ſeu potius abuſus, priuilegia,ac indulta,in præiudiciū immunitatis eccleſiaſticæ, (& poſtea nu.13. ſequitur.) Hinc ad tollēdum iſtos varios intellectus, extenſiones,interpretationes,abuſus, ac etiam alia quævis priuilegia,& indulta in præiudicium eccleſiaſticæ immunitatis ſucceſsit Bulla Gregoriana, quæ ſpecificauit caſus in quibus delinquentes poſſunt ab eccleſia extrahi,eamq; propterea non eſſe ad alios caſus extendendam,quam ad expreſſos 9

in ea, hæc Farinacius, quæ confirmantur ab Illuſtriſs. Cardinale Tuſcho tom. 3. practicarũ concluſionum lit. E, concluſ. 11. num. 9. & à Stephano Gratiano in ſuis Diſcept. Forenſ. tom. 2. c. 380. nu. 29, cum tribus ſeq.

Secundò. Si hæc conſtitutio reduceret, & moderaretur tantum ad vnam formam prædictam, diuerſas facultates tantum, & indulta à Summis Pontificibus prædictis conceſſa Principibus &c. Sequeretur hoc abſurdum, quod eſſent duæ formæ diuerſæ immunitatis eccleſiaſticæ, vna pro dictis locis, & perſonis quibus erant dictæ facultates conceſſæ, & altera pro alijs locis, & perſonis quibus talia indulta nõ erãt cõceſſa, & hæc eſſet forma tradita à iure communi, quod eſt alieniſsimum à mente Summi Pontificis.

Tertiò, Lex eſt vniuerſalis, & ſub
10 ea omnes comprehẽduntur, dum exceptuati non ſunt l. 1 & l. iura ff. de legibus; c. 1. de Conſtitutionibus, Vaſquez in 1. 2. D. Th. tom. 2. diſp. 151. cap. 3. Ergo cum nullus excipiatur in dicta conſtitutione ab obſeruantia dictæ formæ, ſequitur quod comprehendat omnes.

Ad rationes verò adductas pro prima opinione reſponderi poteſt, & ad primam dico, Verum eſſe conſtitutionem ex prohęmio regulari, ſed non ex cauſa impulſiua, quæ affertur in minori propoſitione dictæ rationis, ſed ex cauſa finali, quæ in prima ratione pro opinione ſecunda allata eſt.

Ad ſecundam rationem dico, quòd illa eſt clauſula derogatoria quæ ordinariè poni ſolet in omnibus conſtitutionibus, & derogat non ſolum indultis, & priuilegijs ſupradictis conceſsis Principibus &c. Sed omnibus contrarijs. & ſic non ſolum non obſtat, immo probat opinionem Farinacij.

Nec per hanc Conſtitutionem
corrigitur ius commune pontificium, vt præſupponit Ioannes Gu- 11
tierrez: immo confirmatur, & augetur: Nam omnes caſus excepti per Canones à communi regula immunitatis, excipiuntur etiam per præſentem conſtitutionem: immo crimen leſæ maieſtatis in perſonam Principis non erat expreſsè exceptum in iure, Nec crimen Aſſaſinij, & tamen per præſentem conſtitutionem ſunt expreſsè excepta. Vnde clarè conſtat, quod non corrigitur ius commune Pontificium, ſed tantum tolluntur extenſiones, & interpretationibus Canonibus factæ à Doctoribus, & conſuetudines (ſeu potius corruptelæ) introductæ, quæ immunitatem eccleſiaſticam ad nihilum reduxerant: & tollitur facultas aliter interpretandi in futurum: Et ſic vna forma immunitatis, iuxta Canones benè interpretatos, traditur omnibus, & rationabiliter, cum vna ſit eccleſia vniuerſalis.

Quæritur quarto, An præſens
Conſtitutio ſit vſu recepta? Et ſi 12
non eſſet vſu recepta, An peccent mortaliter illam nõ recipientes?

Reſpondeo, primum quæſitum eſſe facti: ſecundum vero eſſe iuris.

Quo ad primum dico, quòd in aliquibus partibus Italiæ, vbi ver-

ſatus ſum; obſeruaui fuiſſe vſu receptam.

De alijs vero locis audi, quę dicit Marius Italia in ſuo tract. de immunit. eccleſiarum lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 35. Hinc non eſt dubitandum de hac extrauaganti noſtra Conſtitutione, An ſit in viridi obſeruantia, nec ne, Cum expreſsè per dictum Clem. viij. ſit confirmata. Nam fortaſsis opponi poſſet, quod ab initio non fuerit vſu
13 recepta, vel moribus vtentium approbata; vnde per lapſum decennij, ex quo fuit promulgata, videretur quaſi reuocata: ſed illud procedit, quoties legiſlator ſciens, ſeu videns tacet, diſsimulat, & nõ obſeruantes impunes relinquit, (quod non eſt in caſu noſtro, vt infra nu. 34. patebit) quia tunc videtur tacitè reuocata, quemadmodum poſt Medinam in Codice de Rebus reſtit. q. 36. Couar. in lib. 2. var. reſolut. c. 25. ſub num. 6. Gemmianum in c. In iſtis §. leges diſ. 4. & alios tradit. Quaranta in Summa Bullarij verbo alienatio rerũ eccleſiæ nu. 48 poſt med. Quibus adde Præpoſitum in dicto §. leges ā quo materiam [illegible] habebis. Vide quoque Petrum Benintendi in deciſ. Cann. concluſ. 13. nu. 9. & 10. & Ludouicum Gomezium ſuper Regul. Cancellariæ, in Prohęmio quæſt. 2. poſt verſ. Quarto pro iſta &c. qui omnes loquũtur in terminis, quãdo lex ligat, vel non, ad quos te remitto. Hæc Italia.

14 Quoad ſecundum verò quęſitũ, quod eſt iuris, dico quod præſens Conſtitutio non eſt nouum ius: ſed tantum eſt iuris Diuini, & antiquorum Canonum declaratiua, (vt docet Cardinalis Tuſchus tõ. 3. lit. E. concluſ. 11. n. 9. & 55.) reprobans, & annullans abuſus, & corruptelas contra immunitatem, & libertatem eccleſiaſticam introductas, & malas Doctorum interpretationes, vt probatum eſt ſupra nu. 9. Vnde cum non contineat ius nouum, ſed ius antiquum vſu receptum ab omnibus; Nec nouas imponat pœnas; ſed tantum antiquas confirmet: ſequitur quod non requiratur, vt vſu de nouo recipiatur. Nam omnes tenentur obſeruare ea quæ continet, Cum ſint ab antiquis Canonibus iam vſu receptis per prius ſtatuta. Et ſic illam non obſeruantes quocũque tempore, etiam tranſacto decemnio mortaliter peccant, & in- 15
currunt in cenſuras, & pœnas, quæ contra libertatis iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores per Sacros Canones, & Conciliorum Generalium, & Summorum Pontificum Conſtitutiones ſunt promulgatæ.

Sed dato, & non conceſſo, quod eſſet ius nouum, Cum ex ſupradictis appareat eſſe vſu receptam, & eſſe in viridi obſeruãtia, ſequitur, quod mortaliter peccẽt tranſgreſſores, & incurrant in cenſuras, & pœnas ſupradictas.

Quæritur quinto. An conſuetu- 16
dines (ſeu potius corruptelæ) quæ ante præſentem Conſtitutionem erant introductæ contra immunitatem eccleſiæ, ſint abrogatæ per præſentem Conſtitutionem Gregor. xiiij. vel alia iura? Vt exempli gratia cõſuetudo, vt Iudices Laici pro-

propria auctoritate extrahăt per vim delinquentes ab eccleſia, in caſibus de iure exceptis, & aliæ ſimiles.

Et videtur dicendum non eſſe derogatas, primo quia in dicta Conſtitutione nulla fit mentio de Conſuetudinibus.

Secundò. Quia Summus Pontifex in præſenti Conſtitutione nihil aliud fecit, niſi reuocare Bullas Pij V. & Sixti V. omniaq; indulta, & priuilegia per Romanos Pontifices Principibus ſæcularibus conceſſa circa capturas delinquentium, qui ad eccleſiam confugiſſent: Vnde colligi videtur, quod quando Curia ſęcularis non innititur dictis Bullis, nec Apoſtolicis priuilegiis, & indultis, ſed in aliqua conſuetudine immemorabili quæ iuriſdictionem tribuat, in hoc caſu præſens Conſtitutio non reſiſtit, neque tollit dictam conſuetudinem, & iudices ſæculares tuta conſcientia illa vti poſſunt.

In contrarium tamen eſt veritas, nam omnes conſuetudines ſunt reuocatæ, & ad vnam tantum formam ſunt redactæ, & moderatæ per pręſentem conſtitutionem.

Probatur primò, quia lex eſt generalis, & omnes comprehendit, qui non ſunt excepti, vt docet D. Thom. in 1.2 q. 96. ar. 5. Syluest. in Summa verbo lex num. 14. Sot. de iuſt. & iure lib. 1. q. 2. art. 4. concl. 2. in fine. Sed nullus excipitur à forma tradita in præſenti cōſt. Ergo omnes comprehendit, & ligat ad eius obſeruantiam.

Secundò in forma tradita in præſenti Conſtitutione appoſita eſt dictio tantum ibi, *Ita ad vnā tantum formam reducimus, & moderamus.* Quæ dictio eſt taxatiua excludens omnem aliam formam. l. Properandum, §. 1. C. de Iudic. l. ſi cum exceptio §. Quod ſi domo. ff. Quod metus cauſa. §. 1. in fine inſtit. de Stipulatione Seruorum; Ergo excludit formam contrariā, vel diuersā à præſenti forma, quæ per conſuetudinem, vel corruptelam fuerat introducta.

Tertiò. Quia intentio Summi Pontificis in præſenti Conſtitutione fuit non ſolum reuocare Bullas Pij, & Sixti V. aliaque priuilegia; & indulta per Romanos Pontifices Principibus conceſſa, contra delinquentes confugientes ad eccleſias; ſed etiam reuocare omnes conſuetudines, & Abuſus introductos, præter vel contra formam in præſenti Conſtit. traditam, vt patet ex verſ. Quod ſi quis ibi, *Aut alio quouis prætextu quicquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit*, Et clariſsimè docet Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. quæſt. 28. tit. de Carceribus, & Carceratis num. 74. in fine, his verbis; Poſt huius libri impreſſionem ſuperuenit Bulla Gregorij xiiij. ſuper immunitate eccleſiarum, qua quidem Bulla immunitatis eccleſiaſticæ Priuilegium in hoc confirmatur, præterquam in caſibus ibi expreſsis, cum Decreto irritanti, alijſque ampliſſimis clauſulis, per quas ſine dubio cuicunque conſuetudini derogatum extitit.

Quartò, Per decretum Concilij Triden. in ſeſſ.25. cap.20. ſub Decreto de reformatione renouatur obſeruantia libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ ſecundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum, ideo conſuetudines præfatæ contra talem immunitatem per diſpoſitionem dicti Concilij ſunt ſublatæ, vt docet etiam Farinacius in loco præallegato, & Ioã. Franciſcus Leo in ſua praxi Archiepiſcopali c,13. de immu.eccl. n.27.verſ.Minuſq; &c.

17 Quintò, Qui ſtatuta faciunt ex quauis cauſa, ac etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, vel factis vtuntur, vnde libertas eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, deprimitur, vel reſtringitur, ſunt excommunicati, per tex. in c. Graue de ſent. excommunicationis, & per Bullam Cœnæ Domini in excõmunicatione 15. verſ. *Nec non qui ſtatuta, &c.* Sed conſuetudines ſupradictæ æquiparantur ſtatutis c. Cum dilectus de Conſuetud. Clé. 1. in fine princ. & ibi Card. in vlt. Notab. de variis, l. De quibus ff. de legibus, l. Magiſtratus ff. Ad Munic. Decius in c, Quæ in eccleſiarũ n.13. de Conſt. Aym. conſil.96.n.6. Ergo cum per dictas conſuetudines lædatur, deprimatur, & reſtringatur immunitas, ſeu libertas eccleſiaſtica, ſequitur, quod ſint nullæ (vt patet etiam ex lib.3. Regularum iuris ciuilis, & Pontificij, Regula Conſuetudo, quæ eſt contra eccleſiaſticam libertaté, vel illi oneroſa non valet fol. mihi 302. col.2. & clarius patebit ex ſequenti ratione,) & qui illis vtuntur ſunt excommunicati per Bullam Cœnæ Domini.

Sextò, Conſuetudo irrationabilis de Iure non valet c.1. in fine vbi Gloſ. in verbo irrationabilia de Conſtit. in 6. Aym. conſ.96. nu.3. & cõſ. 116. n.4. Hoſtienſis in Summa tit. de conſuetud. §. Quid ſit conſuetudo ſub nu.2. Sed conſuetudines canonibus inimicę irrationabiles præſumuntur, c. Venerabilis in fine, vbi notat Panor. ſub nu.4. de conſuet. c. Ad audientiam eod. tit. Baldus in l. De quibus ff. de legibus ſub n.28. Et multò magis irrationabiles præſumuntur quando ſunt contrariæ immunitati eccleſiæ, (quæ originem habuit à iure diuino, vt latè probat Emanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus Regularibus tom.2. quæſt.50. art. 1.) Cui nec Imperator, nec alius Princeps præiudicare poteſt per ſuas leges, vt docet Panor. in c. Inter alia n.19. de immunitate eccleſiæ, & dicunt omnes Doctores in c. Solitæ de Maiorit. & obed. & in c.1. & c. Cum de conſtit. & Ambroſinus de immunitate eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. cap.1. nu.4. cui conſentire videtur Couar. in c.31. Pract. quæſt. nu.4. concl.4. dum dicit, Quamuis exemptio Clericorum à iuriſdictione, iure ſæculari tantum humano ſit inducta, (nota quæ ſequuntur) Princeps tamen ſęcularis vt cunq; ſummus ſit non poterit huic immunitati, aut exéptioni proprijs legibus, propriavè auctoritate derogare: Et ratio eſt, (vltra illas quas ipſe adducit ln prædicto loco) quia priuilegium datum per Imperatoré 18

non

Non ſubdito, non poteſt poſtea ſi-
ne eius conſenſu reuocari, vt tra-
dunt Innoc. & omnes in c. Nouit
de Iudicijs, & probatur in l. Priui-
legia C. de Sacroſanctis eccleſijs,
& in c. Ad Apoſtolicam de ſimo-
nia, & ſequitur Roman. in Authẽt
ſimiliter. (Ad legem Falcid. in §.
ſpeciali cõtract. & alij quos refert
Io. Gutierrez in lib. 3. pract. quæ-
ſtionum q.5.n.3. Ergo cum dictæ
conſuetudines ſint Canonibus cõ
trariæ præſumi debent irrationa-
biles, & potius abuſus, & per con-
ſequens quod de iure non valeãt;
Et dum Imperator per ſuas leges
ei præiudicare non poteſt: Nec
etiam populus per ſuum abuſum
præiudicare poterit.

Septimò, Vt conſuetudo legi
19 contraria valeat debet eſſe intro-
ducta ſciente Principe, Cum ſcien
tia Principis requiratur, vt poſsit
per conſuetudinem tolli lex ip-
ſius: Nec ſufficit tolerantia, ſed
20 opus eſt expreſſo conſenſu, Quia
alias ſequeretur abſurdum, quod
lex inferioris tolleret legem ſupe-
rioris. Sed impoſsibile eſt quod ſi-
milis conſuetudo introducta ſit
ſciente Summo Pontifice, Quia
cum vbiq; locorum eſſe præſentia-
liter non poſsit eius ſcientia non
præſumitur. Ergo talis conſuetu-
do non valet. Maior, & Minor pro-
poſitio latiſsime, & multis autho
ritatibus probantur per Alexan-
drum Ambroſinum in ſuo Tract.
de immun. eccleſiarum in Bullam
Greg. xiiij. cap. 14. à n. 8. vſq; ad fi-
nem capitis. Et per totum caput
exactè probat hanc opinionem,
& ſimiliter Marius Italia in ſuo
Tract. de immun. eccleſiarum lib.
1. c. 6. in Initio, & præſertim num.
3. & Franc. Leon in Theſauro fori
eccleſiaſtici p.p. cap. 13. num. 27.
& 28.

Nec obſtant in contrarium ad-
ducta, nam Ad primum Reſpon-
detur. Quod licet nulla mẽtio fiat
de Conſuetudinibus, tamen exclu
duntur per dictionem tantum:
Nam dum præcipit Summus Pon-
tifex, vt hæc tantum forma ſerue-
tur, tacitè excludit omnem aliam
formam quouis modo introdu-
ctam.

Præterea, quando lex aliquid 21
improbat tanquam irrationabi-
le, dato quod nullam mentionem
faciat de Conſuetudine, non valet
conſuetudo, quæ in contrarium eſ
ſet introducta, vel introduceretur;
quia irrationabilis eſſet ita Pau-
lus de Leonzis in Clement. 1. de
elect. & Gemin in c. 1. de Conſt. n.
30 in fine.

Ad ſecundum verò negatur aſ-
ſumptum, Nam contrarium ap-
paret ex ſupradictis i tertia ra-
tione.

Vnde reiectis contrarijs rema-
net firma concluſio, quod conſue-
tudines quæ ante præſentem Con
ſtitutionem erant introductæ con
tra immunitatem eccleſiæ ſint ab-
rogatæ. Et forma tradita à Sum-
mo Pontifice in præſenri Conſtitu
tione ſit ab omnibus ſeruanda.

Ex rationibus ſupradictis Pri- 22
mò Corollarie ſequitur, quod con
ſuetudines etiam longi temporis
(ſeu potius corruptelæ) introdu-
ctæ contra libertatem Clericorũ,
ſub quorum prætextu iudices lai-

ci trahebant perſonas eccleſiaſticas ad ſua Tribunalia, tàm in cauſis ciuilibus, quàm criminalibus, ſunt abrogatæ, non ſolum per præſentem conſtitutionem, ſed etiam per alia iura. Probatur hæc ſententia.

Primò ex c. Clerici de Iudicijs, vbi definitum eſt, non poſſe conſuetudine aliqua præiudicium generari Sacris Canonibus, in quibus generaliter traditur, quòd de omni crimine Clericus debet coram eccleſiaſtico iudice conueniri, & ex ſententia Panor. ibidem num. 6. & Decij num. 58. quod de cauſis criminalibus dicitur, habet locum etiam in cauſis ciuilibus.

Secundò, Probatur ex Decreto Concilij Trid. in ſeſſ. 25. c. 20. ſub Decreto de Reformatione, per quod Decretum renouatur obſeruantia libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ ſecundum formam Canonum, & aliorum Conciliorum: Sed per Canonem. Qualiter & quando de Iudicijs, prohibetur ne Clerici trahantur à laicis ad iudicium ſæculare: Ergo conſuetudines præfatę contra talem immunitatem per diſpoſitionem dicti Concilij ſunt ſublatæ.

Tertiò, Probatur per Bullam Cęnæ Domini capite 15. & § Non obſtantibus poſt caput 20. vbi annullantur dictæ cõſuetudines etiã immemorabiles.

Quartò, Probatur ex Deciſione Romanæ Rotæ in antiquis tit. de conſuetudine deciſ. 10. quæ decreuit, Non valere conſuetudinem Anglicanam, quod Rex habeat cognitionem, & iuriſdictionem in Clericos quia eſt contra libertatē eccleſiaſticam, Sacrorum Patrum inſtituta, & contra legem diuinã, & præceptum prohibitiuum, & negatiuum, ac contra generale ſtatutum eccleſiæ, præſertim introductum in honorem totius ordinis Clericalis; Nec ſufficit ſcientia, aut tollerantia Papæ in hoc, quod ſi propter ſcandalum tolerauerit, non propter hoc approbata cenſetur: Nam priuilegium hoc Clericis fuit conceſſum à Chriſto, cui Papa non poteſt derogare per conſenſum, vel tollerantiam. Hæc Rota.

Quintò, Accedit etiam auctoritas Doctorum, qui dicunt non poſſe laicos vi conſuetudinis poteſtatem aliquam habere in Clericos; ita docet Panor. in c. Clerici de Iudicijs nu 5. & 6. Antonius de Butrio ibidem n. 2. & 11. Decius ibidem num. 58 & in c. 2. eiuſdem tit. n. 167. & conſil. 150. n. 4 Felinus in c. 2. ſub nu. 3 de Maioritate, & obedientia, Baldus in ſupradicto cap. Clerici de Iudicijs ad fin. & alij quos refert, & ſequitur Azorius in Tom. 1. inſt. Moralium lib. 5. cap. 12. quæſt. 1. §. Sed dubitari poſſet. circa medium.

23 Secundò, corollarie ſequitur præſcriptiones etiam longi temporis (ſi quæ ſunt) contra ſupradictam immunitatem, & libertatem eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum eſſe abrogatas, & annullatas non ſolum per præſentem conſtitutionem Gregorij Papæ xiv. ſed etiam per Bullam cœnæ Domini, quæ quot annis renouari ſolet,

ſtt, vt patet ex §. Non obſtãtibus, ibi, ac præſcriptionibus quantum cumq; longiſsimis. Et ratio eſt (vltra ſupradictas) quia Laicus incapax iuris, & poteſtatis ſpiritualis,
24 nec poteſt illam ciuiliter poſsidere, & per conſequens vllo tempore præſcribere c. Cauſam de Præſcriptionibus, vbi omnes notant, Panor. in c. Quanto num. 2. de Conſuet. Decius in c. Decernimus de Iudicijs num. 38 Fęlin. in c. Non licet col. pen. verſ. Quinto conſidera de Præſcript.

25 Tertiò Corollarie ſequitur, In futurum non poſſe introduci de nouo conſuetudinem, vel præſcriptionem contra præſentem conſtitutionem.

26 Probatur primò, quia cum præteritæ ſint abrogatæ tanquam irrationabiles, per Canones, per Conc. Trid. per Bullam Cœnæ Domini, & per præſentem conſtitutionem, vt patet ex ſupradictis, non poſſunt de nouo introduci eadem cauſa, vt docet Abbas in c. fin. de conſuet. nu. 22. & ibi Anton. de Butrio in Reper. nu. 53 Idem Abbas, & moderni in c. 2. de probat. Bart. cum quo tranſeunt alij Doctores in l De quibus n. 4. in fine ff. de legibus, & Alexander Ambroſinus in terminis noſtris in ſuo tract. de immun. eccleſiarum in pręſentem conſt. c. 14. nu. 7. & ratio eſt. Nam conſuetudo quæ eſt lex non ſcripta, debet eſſe rationabilis ſicut lex c. 1. in fine vbi Gloſ. in verbo irrationabilia de conſtit. in 6. & c. Erit autem lex diſt. 4.

27 Secundo conſuetudo, vel Præſcriptio contra legem diuinam eſt nulla c. Cum tanto extra de conſuetudine, ſed Doctores comm. dicunt immunitatem, & libertatem ſupradictam eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum eſſe de iure diuino, vt latè probat Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Præſuppoſito ſecundo, & Marius Italia in ſuo tract. de immunit. eccleſiarum in præſentem Bulla Greg. xiiij. lib. 1. c. 2. per totum. Ergo nec conſuetudo nec Præſcriptio poteſt introduci contra illam.

Tertiò conſuetudo ſtatuto æquiparatur l. De quibus ff. de legibus l. Magiſtratus ff de Munici, c. cum dilectus de conſuet. Decius in cap. Quæ in eccleſiarum nu. 13. de conſtit. Aym. conſ. 96. n. 6. Et ideo non 28
inducitur ſuper his ſuper quibus populus expreſsè ſtatuere non poteſt, Bart. in conſil. 136. in fin. Aym. conſ. 134. n. 25. & latius de Antiq. temp. in 4. p. ſect. 1. num. 13. cum ſequentibus, ſed in materia iſta immunitatis eccleſiaſticę non ſolum 29
populus, ſed nec etiam Principes ſæculares aliquid ſancire poſſunt, vt docent Doctores in c. ſolitæ de Maior & obed. & in c. 1. & c. Cum de conſtit. Ergo nec conſuetudinẽ inducere valent. 30

Quartò, Per Bullam Cœnæ Domini quæ quot annis publicatur, & innouatur, damnantur, & annullantur dictæ conſuetudines, & præſcriptiones, (ſeu abuſus) Ergo cum interrumpantur non poſſunt introduci; Nam ad inducendum conſuetudinem, vel præſcriptionẽ requiritur ſpatium longi temporis continuatum, c. Illud & c. Audi

tis extra de Præſcriptionibus.

Nec obſtat id, quod dicit Couar. in Regula Poſſeſſor malæ fidei de Reg. iuris in 6. in 2. p. rel. § 12. n. 5. nempè quod præſcriptio contra Romanam Eccleſiam non interrumpatur per excommunicationem à Romano Pontifice latam die Iouis Sancti, Nam reſpondetur.

Primò, quòd Felinus in ca. Non liceat nu. 19. verſ. Quinto conſidera col. vltima de Præſcriptionibus contrarium dicit, quem ſequitur Creſcent. deciſ. 4. n. 3 Card. Lanc. Bononien. & Mediolanen. Optionis 19. Ianuarij 1579. in fine, & Stephanus Gratianus in ſuis Diſcept. Forenſ. c. 52. n. 6. tom. 1.

Secundò, quòd doctrina Couar. (quando probabilis putaretur) procederet in præſcribendis Iuribus corporalibus, non autem in præſcribendis iuribus incorporalibus, (vt in caſu noſtro) in quibus
31 præſcribendis neceſſaria eſt ſcientia, & patientia eius contra quem præſcribitur, vt docent communiter Doctores, quos refert, & ſequitur idem Couarr. in dicta Regula Poſſeſſor malæ fidei in initio ſecundæ partis relect. num. 8. Et per publicationē dictæ Bullæ Cęnæ Domini demonſtratur non adeſſe patientiam Romani Pontificis, nam excommunicat Præſcribentes.

Tertiò, Doctrina Couarr. in ſupradicto §. 12. nu. 5. ſecundæ part. rel. (quando probabilis putaretur) haberet locum in poſſeſſore bonæ fidei: ſed in caſu noſtro Præſcribentes contra Immunitatem, & libertatē Romanæ eccleſiæ ſunt in mala fide, & vt plurimum per vim, & metum conantur illam introducere: Ergo per publicationē dictæ Bullæ in die Iouis ſancti interrumpuntur dictæ præſcriptiones, & de nouo ſemper conſtituuntur in mala fide, quia videt, quod Romanus Pontifex Christi Vicarius prædictas conſuetudines, & præſcriptiones, vel potius corruptelas, non ſolum non tolerat; ſed damnat, & totis viribus conatur extirpare.

Quartò, Princeps poteſt citare 32
per edictum illum, qui nunquam perſonaliter fuit citatus, & ipſum ita arctat, quod facit eum haberi pro vero contumace, tanquam perſonaliter citato, vt docet Reſtallus Caſtaldus in ſuo tract. de Imperatore quæſt. 110. verſ. 192. in tom. 5. Tract. fol. mihi 76. Et Papa poteſt citare per generales citationes, vt habetur in Clemen. 1. de 33
Iudicijs, & docet Antonius de Roſella in ſuo tract. de Concilijs. §. Item num. 12. tom. 5. tract. fol. mihi 171.

Sed in caſu noſtro cum multi ſint Officiales, Iudices, Magiſtratus, & Principes, qui palam, & occultè Immunitatem, & libertatem eccleſiæ violent, & ſinguli caſus non poſſint venire ad notitiam Summorum Pontificum, rationabiliter vtuntur hoc remedio iuris, citādo tranſgreſſores per edictum generale, & facto proceſſu generali contra violatores, publicam ferunt ſententiam cōtra illos in die Iouis Sancti, annullando omnes conſuetudines, & præſcriptiones, ſeu corruptelas, & abuſus ſupradictos,

dictos, quæ ſententia Bullæ Cœnæ eſt omnibus nota; Ergo intertum puntur dictæ præſcriptiones, per dictam excommunicationem latam à Summis Pontificibus in die Cœnæ Domini.

Et hanc opinionem tenet, & cõprobat Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Immun. eccleſ. in præſentem conſtit. Greg. 14. cap. 14. per totum, Marius Italia in ſuo tract. de immunit. eccleſiarum in Bullam Greg. XIV. lib. 1. cap 3. §. 1. n. 3. & ſeq. & cap. 6. in initio n. 1. & ſeq. Guttierez pract. q ciuil. q. 1. n. 12. verſ. Nec valet talis conſuetudo, Araued. in conſt. Hiſpana lib. 1. tit. 2. & lib. 3. tit. 31. benè loquens in hac materia.

Ex ſupradictis colligitur, quod excuſari non poſſunt Iudices, & officiales curiæ ſæcularis illa com-
34 muni, & vulgari excuſatione, qđ Summus Põtifex videt, & tolerat, nec declarat illos nominatim excommunicatos, & per conſequens tacitè videtur conſentire; & iſte tacitus conſenſus ſit ſufficiens ad excuſandos illos à peccato, & à cenſuris. Nam decipiuntur, quia licet nominatim non excommunicentur, ex eo quod non omnes caſus poſſunt ad notitiam Summorum Pontificum peruenire; nõ tamen per hoc ſequitur, quod non ſint excommunicati dicta excommunicatione Bullæ Cœnæ Domini; & ſimiliter decipiuntur, dum præſupponunt ſubeſſe tacitum Romani Pontificis conſenſum; Immo quotidie Summi Pontifices conquæruntur cũ oratoribus principum, prohibent, pœnas conſtituunt, & ſententias ferunt contra Iudices, & officiales curiæ ſæcularis, qui talia agunt, & quot annis in die Cœnæ Domini publicam, & ſolemnem ſententiam ferunt contra Magiſtratus, Iudices, Officiales, & Principes ſæculares, qui talia agunt contra immunitatẽ, & libertatem ſupradictam eccleſiæ, & perſonarum eccleſiaſticarum, annullando omnes conſuetudines, & præſcriptiones, ſeu corruptelas, & abuſus ſupradictos, ex qua publicatione ſententiæ manifeſtè demonſtrant non adeſſe tolerantiam, quam ipſi præſupponunt.

De Iudice huius Eccleſiaſticæ Immunitatis.

SVMMARIVM.

An ad Epiſcopum ſpectat iudicare de cauſis reorum ad eccleſias confugientium? n. 1.

Epiſcopus an poſſit recipere probationes ſuper pretenſo delicto, contra illum qui confugit ad eccleſiam, an vero teneatur ſtare proceſſui facto per Curiam ſæcularem? nume. 2.

Delictum commiſſum à reo qui confugit ad Eccleſiam an debeat cõſtare per indicia, & præſuntiones, an vero per cõcludentes probationes? nu. 3.

Lex quando probationem requirit, intelligi debet de probatione plena, & vera, non autem de præſumptiua. n. 4.

Qui habet regulam pro ſe, habet præſum-

ſumptionem iuris, & intentionem fundatam. n. 5.
Cognitio criminis rei, qui confugit ad eccleſiam, ad effectum cognoſcendi an gaudeat immunitate, non principaliter, ſed incidenter, & ſecundariè pertinet ad Epiſcopum. n. 6.
Ad probandum id quòd in iudicio incidenter, & ſecundariè, & per modum cauſæ deducitur, quævis probatio etiam leuis, & præſumptiua dicitur ſufficiens. n. 7.
In omni incidenti probando leuior probatio admittitur, quæ non ſufficeret quando principaliter ageretur. n. 8.
Citatio an ſit neceſſaria quando Epiſcopus, vel ab eo deputatus vult cognoſcere an ille qui confugit ad eccleſiam, crimina excepta commiſerit? nu. 9.
Verbi, cognito, ſignificatio tacitè præſupponit citationem partis aduerſæ. n. 10.
Vbi tractatur de præiudicio alterius, rationes partis aduerſæ ſunt intelligendæ. n. 11.
Immunitatis eccleſiæ priuilegium licet principaliter, & directè ſit conceſſum eccleſiis, tamen indirectè redundat in beneficium rei, vt contenti in tali loco. n. 12.
Reus qui confugit ad eccleſiam, ſi inuitus abſtrahatur ab illa, poteſt agere, & petere, vt priſtinæ libertati reſtituatur. n. 13.
Quando remittendus eſt reus de vno Iudice ad alium, neceſſaria eſt eorum citatio coram Iudice remittente. n. 14.
Citatio non eſt neceſſaria vbi probatio fit ad inſtructionem ſolius iudicis. num. 15.
Probatio tunc fit ad ſolum Iudicis inſtructionem, quando ex ea nullius iuri detrahitur, ſecus vero vbi de tertij præiuditio agitur. n. 16.
Reus qui confugit ad eccleſiam, ſi ſponte comparet apud Epiſcopum, & petit pro ſuo intereſſe audiri, non eſt tradendus curiæ ſæculari antequam audiatur. n. 17.
Vicarius Generalis Epiſcopi an poſſit ſe intromittere in cauſis reorum confugentium ad eccleſiam abſque ſpeciali mandato Epiſcopi. n. 18.
Vicarius cognoſcere non poteſt cauſas criminales abſque ſpeciali mandato epiſcopi. n. 19.
Verba ſunt ſumenda in ſuo priori ſignificatu. n. 20.
Aeconomus ſumitur pro eo qui vicē gerit epiſcopi. n. 21.
Caſus præſentis Conſtitutionis ſi occurrat in aliqua diœceſi in qua epiſcopus ſit abſens, non deuoluitur cognitio ad Epiſcopum viciniorem, ſed ad eius officialem, ſeu Vicariū. num. 22.
Vicarius Generalis Epiſcopi viciniores ad quem deuoluta fuerit cognitio alicuius caſus præſentis Conſtitutionis, poſſit nec ne abſque ſpeciali mandato cognoſcere de dictis cauſis? nu. 23.
Quando delegatur aliqua cauſa Epiſcopo, eius Vicarius non valet ſe intromittere. n. 24.
Quando eſt electa induſtria perſonæ, non poteſt electus alteri demandare vices ſuas. n. 25.
Vna lex aliam declarat. n. 26
Verba ſunt ſumenda in ſuo priori ſignificatu. nu. 27.
Vicarius Generalis Epiſcopi appellatur

tur

tur quandoq; Deputatus. n. 28.

Iuriſdictio ex Principis priuilegio competens, non perſonæ, ſed perpetuo dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed ordinaria. n. 29.

Territorium exemptum ſemper eſt contentum ſub Diœceſi Epiſcopi vicinioris. n. 30.

Quoties aliquid conceditur Prælatis præſentibus, & futuris in perpetuum, non poteſt dici electam eſſe induſtriam perſonæ. n. 31.

Vicarius Capituli ſede vacante an poſſit cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitutionis. n. 32.

Vicarius Capituli ſede vacante non ſuccedit in facultate conceſſa Epiſcopis per Conc. Trid. in ſeſſ. 24. c. 6. ſub Decreto de Reform. n. 33.

Capitulum ſede vacante poteſt cognoſcere de cauſis arduis. n. 34.

Cauſa incepta coram Epiſcopo, ſi moriatur Epiſcopus, an Vicarius poſſit illam proſequi? n. 35.

Cauſa quando fuerit cepta coram Epiſcopo viciniori, qui ad huc illa durante ſedem vacare contingat, an ſit expectandus nouus Epiſcopus qui cauſam finiat, an vero deuoluatur eius cognitio ad Epiſcopum viciniorem? n. 36.

Si occurrat caſus in loco exempto, & nullius Diœceſis, vtrum Epiſcopus vicinior cui deuoluta eſt cognitio per præſentem Conſtitutionem poſſit dictam cauſam incipere, & terminare in eodem loco exempto, abſque licentia ordinarij ipſius. num. 37.

Territorium exemptum ſemper eſt contentum ſub Diœceſi Epiſcopi vicinioris. n. 38.

Epiſcopus electus, & confirmatus non autem conſecratus, an poſſit cognoſcere de cauſis præſentis Cõſtitutionis? n. 39.

Delinquens in eccleſia à quo Iudice puniri debeat, ſi delinquens, & crimen ſit ſæculare? n. 40.

Remota Conſtitutione Gregorij xiiij. quando delinquens confugit ad eccleſiam, & dubitatur, an gaudeat hac immunitate, ad quem iudicem ſpectet dicta cognitio ad eccleſiaſticum an ad ſæcularem? n. 41.

CAPVT III.

Examinatis, quæ pro generali intelligentia facere videbantur, nunc ad particularia deſcendendum eſt, & primo diſcuti oportet, Quis ſit Iudex huius Eccleſiaſticæ immunitatis.

COnclusio eſt certa; quòd ad Epiſcopũ 1
ſpectat iudicare de cauſis reorum ad eccleſias confugientium, & de omnibus, quæ ſpectant ad hanc eccleſiaſticam Immunitatem, vt clare patet ex præſenti Conſtitutione Gregorij XIV. in qua ſemper fit mentio de Epiſcopo, & præcipuè conſtat ex illis verbis Conſtitutionis, *Quodq; delinquentes laici prædicti, poſtquam, vt præfertur ab eccleſijs, locis vè ſacris extracti, & capti fuerint ad Carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmò carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit, per Curiam ſæcularem detineri debeant, nec inde*

extra-

extrahi, *Curiaq; ſaeculari praedictae*, *conſignari,nec tradi poſſint,niſi cognito prius per Epiſcopum,ſeu ab eo deputatum*, *an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*, *tuncque demum demandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiae ſaeculari quacumque appellatione poſtpoſita*, *conſignentur*.

Et hanc opinionem tenet Proſper Farinacius in ſua pract. crim. parte 1.tom.2.tit.de Carceribus, & carceratis q.28.nu.76. in finalibus verbis nouae impraeſsionis, Cardinalis Tuſchus tom 3. lit. E, concl.10.n.1 Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap.22.n.5.verſ. Et fuit per curiam &c.Marius Italia in ſuo tract. de immunitate eccleſiarum in praeſentem Conſtit. Gregor. XIV. lib. 1. capit. 6. §. 1. num. 66.

1 Verum quia aliqua dubia occurrere poſſent in hac materia, oportet illa explicare.

2 Quaeritur primò, Numquid Epiſcopus, cui vigore praeſentis conſtitutionis Gregor.xiv. commiſſa eſt cognitio ſuper remiſsione delinquentium ad curiam ſaecularem, debeat etiam ad effectum praemiſſum recipere probationes ſuper praetenſo delicto, An vero teneatur ſtare proceſſui fabricato per ipſam ſaecularem Curiam?

Reſpondeo, quòd Epiſcopus debet recipere probationes de praetenſo delicto contra illum, qui confugit ad eccleſiam, & non ſtare proceſſui exhibito per Curiam ſęcularem.

Probatur primò, quia ita apertè mandat S. Pontifex in pręſenti Conſtitutione, dum dicit, *Curiaq; ſaeculari nec conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*.

Et confirmatur, quia regulare eſt, quòd Iudex eccleſiaſticus non teneatur ſtare proceſſui facto per Iudicem ſęcularem, vt docet Grāmat.conſil.42.nu. 1. Iulius Clarus in ſua pract.crim.§.fin. q.36. n.49. Decius in c At ſi Clerici de iudicijs. Ambroſinus de immunit.eccleſię in Bullam Greg.xiv.c.11.n.2 Farinac.conſ.76. n.1.

Probatur ſecundò, Quia cognitio iſtius articuli per pręſentem Conſtitutionem ſpecialiter demandatur ordinario, vt patet ex illis verbis, *Niſi cognito prius per Epiſcopum ſeu ab eo deputatum &c.* Sed cui delegatur cognitio alicuius articuli, vel cauſę, etiam cenſetur delegata poteſtas ſumēdi probationes ſuper illo articulo, & cauſa, cap. Pręterea de officio deleg. & ibi etiam Gloſ. in verbo delegatus, l. vbi, & ibi Gloſ. in verbo relationes C. de falſis, Alexander Ambroſinus in loco pręallegato. Ergo Epiſcopus debet recipere probationes de prętenſo delicto, & non ſtare proceſſui exhibito per Iudicem ſęcularem, cum tractetur de proprio intereſſe, & huius opinionis eſt Proſper Farinacius in lib. Conſiliorum Criminalium conſil.76.n.1. Benedictus Beolus, Auguſtus Paccinellus, & Stephan. Benaſſaius in quodam eorum reſponſo regiſtrato in Tom.2.Conſiliorum Criminalium Proſperi

Fari-

Farinacij conſ. 168. à nu. 21. vſq; ad numerum 38. incluſiuè. Ambroſinus in loco prçallegato, & Marius Italia de immu. eccleſiarum lib. 1. c. 6. §. 1. n. 79.

3 Quæritur ſecundò. In præſenti Conſtitutione dicitur, quod non debet Epiſcopus delinquentem, qui cõfugit ad eccleſiam per vim extrahere ab illa, & curiæ ſæculari conſignare in caſibus exceptis, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum an ipſe crimina expreſſa commiſerit, Quæritur nunc, An ſufficiat de delicto conſtare per indicia, & præſumptiones, an vero debeat id per concludentes probationes apparere?

Reſpondeo, quòd duæ poſſunt eſſe opiniones in hac difficultate, ambæ probabiles. Prima eſt non poſſe Epiſcopum prætenſos delinquentes conſignare Curiæ ſçculari, niſi prius ſibi conſtituto plene de delicto, certe, & concludenter non autem per inditia, & præſumptiones.

4 Probatur primò. Quia quando lex probationem requirit, intelligi debet de probatione plena, & vera, non autem de præſumptiua. Nam quando lex contenta eſt argumentis, & præſumptionibus id expreſsè dicit, vt patet in cap. Pro humani de Homicidio in 6. ibi, *& poſtquam probabilibus conſliterit argumentis &c.* & in l. Non omnes §. à Barbaris ff. de re militari, ibi, *argumentis tamen cognoſcendum eſt, &c.* Sed præſens Conſtitutio Gregorij xiiij non ſolum non expreſſit hoc; ſed immo expreſsè voluit, vt verè conſtet ordinario crimen tale commiſſum propter quòd immunitas eccleſiaſtica non habeat locum, vt patet ex illis verbis, *An ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*. Ergo plenè, & certè conſtare debet de delicto, non autem per inditia, & præſumptiones. Et confirmatur ex doctrina Innocentij in c. Cum cauſam col. 2. verſ. Illud autẽ extra de immun. eccleſiæ, vbi dicit, quòd vera eſſe dicimus ea, quæ vel proprijs oculis inſpeximus, vel aliàs indubitanter nouimus.

Secundò, quia delinquentes, dum ſunt in eccleſia, vel capti in eccleſia habent Regulam Immunitatis eccleſiaſticæ pro ſe, vt non poſsint per vim extrahi ab illa, vt patet ex Regula poſita in c. 2. n. 1. 5
Sed qui habet regulam pro ſe dicitur habere præſumptionem iuris, & per conſequens habere intentionem fundatam. l. Ab ea parte. ff. de probationibus, & docet Decius in l. 1. ff. de regulis iuris in 6. Cagnolus ibidem n. 21. Gloſ. in Rubrica de reg. iur. in 6 Alciatus de Præſumpt. Reg 1. Præſumpt. 28. n. 6. Ergo dum Curia ſæcularis dicit caſum non eſſe comprehenſum in regula immunitatis eccleſiaſticæ cum faciat aſſertionem contra præſumptionem iuris, eam debet concludentiſsimè, & euidentiſsime probare, vt patet in l. fin. & ibi omnes. ff. quòd metus cauſa, & docet Abbas in c. Quia veriſimile in 2. Not. de præſumpt.

Tertiò, Qualitas tribuens iuriſdictionem non præſumptiue, & per indicia, ſed concludenter probari debet, l. 2. §. ſed ſi dubitatur. ff. de

ff. de iudic, Paris de puteo de Syndic.in verbo Iudex cap.2.nu.13.& alij. Ergo dum pro Curia ſæculari inſtatur, carceratum ſibi conſignari, tanquam ſubditum ſuæ iuriſdictionis, propter qualitatem commiſsi delicti, debet ipſum delictum, & qualitatem plene probare.

Quartò, Præſens conſtitutio nō ſolum ſpecialiter, ſed etiam per modum conditionis voluit prius conſtare de veritate criminum cōmiſſorum antequam delinquentes Curiæ ſæculari tradantur, vt patet ex illis verbis, *Conſtito prius per Epiſcopum, vt ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint*. Ergo talis probatio nō ſufficit præſumptiuè, ſed debet eſſe plena, & concludens l. Lucius, & ibi Bart. ff. de condit. & demonſtr. Natta conſ. 29.n.3.& conſ.202.n.8 & ſeq.lib.1. Pariſ.conſ.104.n.9.& ſeq lib.4. Et hanc opinionem docet Farinacius in tom.1. Conſiliorum Criminalium conſ.76. nu 3 cum tribus ſequentibus, Benedictus Beolus, Auguſtus Paccinellus, & Stephanus Beneſſaius in quodam eorum reſponſo regiſtrato in tom.2. conſiliorum Criminalium Proſperi Farinacij conſ.168.art.1 à n.1.vſq; ad num.20.incluſiuè,& Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de imm. eccleſiæ in Bullam Greg.Papę xiv. c.11.num.4.& Marius Italia in ſuo tract de imm.eccl.lib.1.c 6. §.1.n. 80 81 & 82.

Altera opinio poteſt eſſe non requiri plenam probationem per concludentes probationes, ſed ſufficere ſummariam, ſimplicem, & extraiudicialem, quantam Epiſcopo pro ſuæ conſcientiæ informatione ſufficere viſum fuerit.

Probatur dicta opinio, Quia cognitio dicti criminis, non principaliter, ſed incidenter, & ſecundarie pertinet ad Epiſcopum, ad effectum, vt videre poſsit an delinquens immunitate gaudeat: ſed clara eſt iuris concluſio, quod ad probandum id quod in iudicio incidenter, & ſecundario, & per modum cauſæ deducitur, quęuis probatio etiam leuis, & præſumpta dicitur ſufficiens, vt patet exemplo matrimonij, quòd ſi in iudicio deducitur, non principaliter, ſed incidenter, & per modum cauſæ ad effectum legitimitatis, & ſucceſsionis, qualibet probatione etiam præſumpta, & coniecturali probari poteſt. ita Geminianus conſ.27 num.8. cum ſeq per tex. in c. Cauſam, qui filij ſint legitimi, & ſequitur Pariſ. latè id probās conſ. 57. num.41. cum multis ſeq, lib.4. dicēs eſſe communem n.46. & plenè probat Baldus conſ. 195. In hac cauſa, in principio. Et ſimiliter patet exēplo dominij, quòd quando deducitur in iudicio non principaliter, ſed incidenter, non requirit directam, & concludentem probationem, ſed poteſt ſola poſſeſsione probari. Gloſ. Bart. Bald. Angel. Caſtr & alij in l. Quidam in ſuo. ff de condit. & inſtitut. Corn.conſ. 219.n 6.lib.4 Alexāder conſ.103.n.10 lib.7. Pariſ.conſ.57. nu 44.lib.4. Boer. deciſ.42 num.8. Romana Rota in ſecunda parte deciſionum diuerſorum deciſ. 34. nu. 18.& ſeq.& eſt communis concluſio

cluſio teſte Socin, Iuni. in l. Natura
liter §. Nihil commune n. 31. ff. de
acqnir. poſſeſsio.

8 Et idem eſt in omni incidenti
probando, quia lenior probatio
admittitur, quę non ſufficeret quã
do principaliter ageretur. Feder.
de ſent. conſ. 300. Factum tale eſt
debitor &c. quem refert, & ſequi-
tur Illuſtriſsimus Cardinalis Tuſ-
chus in Verbo probatio, concluſ.
793. num. 8. teſtans ſimiliter de
communi n 7.

Ergo plena probatio non requi
ritur, ſed ſufficit leuis, ſimplex,
ſummaria, & extraiudicialis, quę
Epiſcopo, vel ab eo deputato
ſufficere viſa fuerit iuxta eius ar-
bitrium.

Secũdò probatur ex breui Clem.
viij. quòd referam infra in cap. 7.
n. 21. in quo Summus Pontifex cũ
fuiſſet requiſitus à Panormitano
Archiepiſcopo de hac dubitatio-
ne, reſcripſit, vt ſuper qualitatibus
criminis excludentibus immuni-
tatem eccleſiaſticam, ſe informa-
ret Summariè, ſimpliciter, extraiu
dicialiter, & quantum pro ſuæ cõ-
ſcientiæ informatione ſufficere vi
ſum fuerit. Et hæc opinio in pra-
xi facilius ſeruari poterit quam
prima. Et Farinacius in 2. Tom.
Conſiliorum conſ. 168. in Addit.
quæ eſt in fine dicti conſilij lit. A,
ſequitur hanc opinionẽ, recedens
à prima, quam tenuit in 1. Tomo
conſ. 76. nu. 3. cum tribus ſequen-
tibus.

Quæritur tertiò, quando Epiſ-
copus, vel ab eo deputatus vult
cognoſcere an ille qui confugit
ad eccleſiam crimina excepta cõ-
miſerit, vtrum ſit neceſſaria cita- 9
tio? Et cuius, eccleſiæ videlicet,
ſeu Fiſci pro ea, an rei, vel vtriuſq;
Breuiter, & reſolutione reſponden
do.

Dico primò, Citationem eſſe
neceſſariam vigore clauſulæ præ-
ſentis Conſtitutionis Greg. Papæ
xiiij. verſ. Quodq; delinquẽtes &c.
ibi, *Niſi cognito prius per Epiſco-
pum, ſeu ab eo deputatum an ipſi ve-
rè crimina ſuperius expreſſa commi-
ſerint &c.* Et ratio eſt, quia ſignifi-
catio huius verbi, *Cognito*, tacitè 10
præſupponit citationẽ partis ad-
uerſæ, quia non poteſt aliter per-
fectè cognoſci, niſi vocata, & audi
ta parte cõtraria, vt docet Panor.
in c. Sacro n. 13. de ſenten. excom-
municationis Gloſ. in Clemen. 2.
§. Locorum in verbo conſtiterit
de Pœnis, & ibi Anchar. in fine, &
Gloſ. in Clemen. præſenti in verbo
conſtiterit de cenſibus, Guid Pa-
pa deciſ. 70. n. 1. Hoſti in c. Exhibi 11
ta de Iudicijs, verſ. Inquirerent ve
ritatem. Præterea vbi tractatur de
prę iudicio alterius, rationes par-
tis aduerſæ ſunt intelligendæ l. Nã
ita diuus. ff de Adoptionibus, l.
De vnoquoquè ff. de re iudicata,
Innoc. in cap. *Dudum* de Pręſum-
ptionibus num. 5. verſ. Si autem
in litera, Bellam. deciſ. 688. in
principio.

Dico ſecundò. Quod data ne-
ceſsitate citationis ſequitur ec-
cleſiam eſſe citandam, (& pro ea
promotorem Fiſcalem cuius par-
tes ſunt tueri iura eccleſiæ) cum de
illius prę iudicio agatur.

Dico tertio, citandum eſſe reũ 1
qui confugit ad Eccleſiam, & ra-
tio

12 tio eſt, quia agitur de eius pręiudicio. probatur primò, quia licet iſtud immunitatis priuilegium principaliter, & directè ſit eccleſijs conceſſum: tamen indirectè redundat in beneficium rei, vt contenti in tali loco; ita Suarez de Religione tom. 1. Tract. 2. lib. 3. c. 13. num. 11. Ancharan. conſil. 314. in principio, & Decianus in ſuis tractat. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. n. 1. in fine: Vnde, & ipſi rei ratione eccleſiarum hanc immunitatem habent.

13 Secundò. Quia ſi reus qui confugit ad eccleſiam inuitus extrahatur ab illa agere poteſt, & petere, vt priſtinę libertati reſtituatur, vt docet Remigius de Gonni in ſuo tract. de imm. eccleſię q. 10. Syluest. in ſumma verbo immunitas 3 q 7. nu. 11. Angel. in Summa eodem verbo num. 20. Abbas in c. Inter alia n 26. de Immu. eccleſię, Bart. in l. pręſenti n. 5. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, Old. cōſ. 53. & conſil. 154. in fine, Ex quo ſequitur immunitatis priuilegium illi competere, alias agere non poſſet.

14 Tertio. Quia quando remittendus eſt reus de vno iudice ad aliū, neceſſaria eſt eorum citatio corā iudice remittente, Guid. Papa deciſ. 419. n. 1. Et hoc nulla alia ratione niſi quia tractatur de eius prȩiudicio

Quartò. Quia quādo Summus Pontifex voluit in aliquo particulari caſu ex rationabilibus cauſis animum ſuum mouentibus, vt aliquis Epiſcopus relaxaret delinquentem abſq; formali iudicio, hoc per particulare Breue expreſſit, vt patet ex Breui Clemen. Papæ viij. infra relato cap. 6. num. 18. Ergo ſignum eſt, quòd regulariter debet fieri iſta relaxatio cum formali iudicio, parte citata.

Contra ſupradictum tertium dictum obſtare videtur id quòd dicunt Soccin. in tract. de citatione art. 7. n. 68. verſ. Decimus caſus, & Innoc. in c. Tenor circa medium de ſent. & re iudicata, & in cap. ex 15
parte de accuſationibus, nempè quòd neceſſaria non eſt citatio, vbi probatio fit ad inſtructionem ſolius iudicis. Sed reſpondetur, quòd tunc probatio fit ad ſolam iudicis inſtructionem, quando ex ea nullius iuri detrahitur; At vbi de tertij præiudicio agitur, fieri de 16
bet etiam reſpectu partis, & ſic in forma iudicij, & citato eo cuius intereſt; ita diſtinguit Innoc. in c. fin. verſ. Sin autem in litera, & verſ. ſequenti de Præſumptionibus, & illum ſequuntur Hoſti. ibidem n. 5. verſ. Sin autem, Abbas n. 13. verſ. Hæc poſſim tacere, & Fęlin. nu. 15. & Decius conſil. 197. n. 7. verſ. Accedit etiam. Vnde cum in caſu noſtro agatur de pręiudicio eccleſię, & rei qui ad illam confugit, dici non poteſt, quòd iſta cognitio adhibeatur ad ſolius ordinarii inſtructionem, & ſic facienda eſt ratione partium in forma iudicii, & partibus citatis.

Dico quarto Quòd ſi reus qui 17
confugit ad eccleſiam, non citatus, ſed ſpontè compareret apud Epiſcopum, & peteret pro ſuo intereſſe audiri in hoc caſu abſque

dubio

dubio eſſet audiendus; ita docet Panor. in c.fin.de Præſump.nu.13. verſ. ſed ſi comparet, & ibi Felin. n.33. verſ.& ſubdit, & idem Felin. in c.Illa præpoſitionem n. 2. verſ. Sed intelligitur,&c.De accuſatio nibus,Rom.in l.Peregre §.Quibus ff.de Acquirenda poſſeſsione, Tiraquellus in tract. Res inter alios acta col.9.verſ. Secundo declara, & Foller. in Pract.Crimin.Canon. p.2. cap.9. n.14.

18 Quæritur quartò, An Vicarius Generalis Epiſcopi abſq; ſpeciali mandato poſsit ſe intromittere in cauſis Reorum confugientium ad Eccleſiam?

Antequam ad vlteriora progrediamur, ſupponendum eſt Vicarium Generalem Epiſcopi habere ſpeciale mandatum cognoſcendi cauſas criminales, iuxta tex. in c. Licet de Officio Vicarij in 6. & ei non eſſe prohibitum ab Epiſcopo cognoſcere has cauſas.

Nunc ad punctum quæſtionis dico, quòd duæ poſſunt eſſe opiniones, vna negatiua, altera vero affirmatiua.

Pro parte negatiua faciunt primò, verba præſentis Conſtitutionis, ibi, *& non alios Epiſcopis inferiores etiam ſi alias Ordinarij ſint &c. prædictam licentiam dandi facultas pertineat.* & poſtea ſequitur, *Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc* (nota) *ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios. &c.* Ex quibus verbis colligi videtur prędictam facultatem eſſe cōceſſam dignitati Epiſcopali, & non alijs inferioribus Epiſcopis, dato quòd iuriſdictionem Epiſcopalem habeant.

Secundò cauſas criminales Vicarius cognoſcere non poteſt abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, vt patet ex c.Licet di Officio Vicarij in 6. & latè probat Sbrozzius in ſuo trac. de officio Vicarij lib 2. q. 143. n. 1. Ergo huiuſmodi cauſæ nō cenſentur ei permiſſæ propter generalem poteſtatem; Et hanc partem negatiuam defendit Marius Italia in ſuo tract.de immun. Eccleſiarum lib. 1.cap. 6. §. 1. à nu. 2. vſque ad 6. 19

Pro parte affirmatiua, quæ verior mihi videtur.

Primò faciunt verba præſentis conſtitutionis, ibi *ſine licentia Epiſcopi* (nota) *vel eius officialis*: Ergo Vicarius Generalis Epiſcopi, qui eſt eius primarius officialis, (nam verba ſunt ſumenda in ſuo priori 20 ſignificatu l. 1. §. Qui in perpetuū ff. Si ager vectigal, Menochius de Arbitrarijs Iudicum Centur. 1. q. 77.n.1 & Centur.4.caſu 321.n. 14.) ex poteſtate ſibi tradita à Summo Pontifice per præſentem Conſtitutionem poteſt ſe intromittere, & cognoſcere ſupradictas cauſas, dato quòd per Epiſcopum nō ſint ei ſpecialiter commiſſæ. Dum modo non ſint ei ſpecialiter prohibitæ. Et Confirmatur ex alijs verbis eiuſdem Conſtitutionis, quæ ſequuntur, ibi, *Ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores, &c.* Nota quòd non dicit ad quem ſolum in numero ſingulari, ſed *Ad quos ſolos*, referendo ſe ad Epiſcopum, & eius officialem.

Secundò probatur ex l præſenti

C C.de

C.de His qui ad Eccleſiam confugiunt in principio ibi, *Nec pro his venerabiles Epiſcopos, vel Religioſos æconomos exigi &c.* & in §.quod ſi in finibus, ibi, *Quòd ſi in finibus Eccleſiaſticis latitant, religioſus æco-*
21 *nomus, ſeu defenſor Eccleſiæ, &c.* œconomus enim pro eo qui vicem gerit Epiſcopi ſumitur, & ſic pro Vicario Generali, vt patet ex c.In noua actione 16.quæſt.7. & docet Sbrozzius in ſuo tract. de officio Vicarij lib.1. quæſt.2. nu.18. & ſic concordat iſta Conſtitutio cum Iure cõmuni, & vna lex aliam declarat, & vetuſtior recentem l. Nõ eſt nouum cum duabus ſequentibus.ff.de legibus.

Tertiò. Si Summus Pontifex voluiſſet vt officialis, ſeu Vicarius Generalis Epiſcopi haberet ſpeciale mandatum ad hoc, vt poſſet cognoſcere de dictis cauſis, expreſsiſſet, vt fecit Conc.Triden.in ſeſſ.24.c.6.ſub Decreto de reformatione, ibi, *per ſeipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, &c* Sed non expreſsit: Ergo non requiritur ſpeciale mandatum, ſed ſufficit quòd ſit officialis, ſeu Vicarius Generalis Epiſcopi, & poſsit cognoſcere cauſas criminales.

In contrarium vero adducta nõ obſtant, &

Ad primum patet reſponſio ex verbis antecedentibus, ibi, *ad quos ſolos* (nempè ad Epiſcopum, vel eius officialem, ſeu Vicarium Generalem) & poſtea ſequitur, *Et non alios Epiſcopis inferiores, &c.* & ſic facultas dandi licentiam extrahendi Reos ab Eccleſijs denegatur omnibus Epiſcopis inferioribus, etiam ſi alias Ordinarij ſint, Excepto Epiſcopo loci, & eius officiali, ſeu Vicario Generali, qui facit vnũ tribunal cum Epiſcopo, c.Romana de Appell. in 6. Et confirmatur ex verbis immediatè ſequentibus, ibi, *Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem, &c.* Aduerte quòd non dicit occurrente autem caſu in aliqua Diœceſi, in qua Epiſcopus ſit abſens, *Sed occurrente caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis.* Ergo ſi occurrat caſus *in loco exempto, & nullius Diœceſis*, tunc ad Epiſcopũ viciniorem deuoluitur cognitio:
Si verò occurrat caſus in aliqua 22
Diœceſi, in qua Epiſcopus ſit abſens, tunc cognitio non deuoluitur ad Epiſcopum viciniorem, ſed ad eius officialem, ſeu Vicarium Generalem Epiſcopi, vt patet ex ipſa conſtitutione, ibi, *Sine licentia* Epiſcopi, *vel eius officialis.*

Ad ſecundum Reſpondetur declarando conſequentiam, ibi, propter generalem poteſtatem: Hæc enim verba duplicem ſenſum habere poſſunt, Primus eſt, quòd propter generalem poteſtatem datã ab Epiſcopo ſuo Vicario, non cenſeatur conceſſa poteſtas cognoſcendi cauſas criminales, & per conſequens has cauſas, Et vera eſt conſequentia, ſed nihil obſtat contra noſtram opinionem: Nam ſuppoſuimus in principio queſtionis, Vicarium Generalem habere hoc ſpeciale mandatum cognoſcendi cauſas criminales; Secundus ſenſus eſt, quòd propter generalem

ralem

Talem poteſtatem ab Epiſcopo traditam ſuo Vicario Generali cognoſcendi cauſas criminales, non cenſeatur conceſſa facultas cognoſcendi cauſas præſentis Cõſtitutionis: Et ſi in hoc ſenſu accipiantur illa verba, negatur conſequentia, Nam licet in iure cautum ſit, vt Vicarius Epiſcopi non poſsit cognoſcere cauſas criminales abſque ſpeciali mandato Epiſcopi, non tamen inuenitur, vt dũ habet ſpeciale mandatum cognoſcendi cauſas criminales, non poſſit cognoſcere cauſas præſentis Conſtitutionis abſque alio ſpeciali mandato: Vnde reiectis contrarijs remanet firma, & verior apparet pars affirmatiua.

Quæritur quinto, Quia occurrente caſu præſentis conſtitutionis in loco exempto, & nullius Diœceſis ad Epiſcopum viciniorem deuoluitur hæc cognitio, vt patet ex verbis præſentis Conſtitutionis, ibi, *Occurrente autem caſu, &c.*

23 Quæritur an Vicarius Generalis Epiſcopi, ad quem ius extrahẽdi, vel cognitio ſuper huiuſmodi cauſis deuoluta fuerit, poſsit abſque recenti, & expreſſo mandato de dictis cauſis cognoſcere, & prædictam licentiam impertiri? Antequam ad vlteriora progrediamur, ſupponendum eſt, ſupradictum Vicarium habere ſpeciale mandatum ab Epiſcopo cognoſcendi cauſas criminales, & ei nõ eſſe prohibitum ab eodem Epiſcopo cognoſcere cauſas præſentis Cõſtitutionis. Hoc ſuppoſito duæ poſſunt eſſe opiniones ambæ probabiles, vna negatiua, Altera verò affirmatiua.

Pro opinionẽ negatiua faciunt primò verba præſentis conſtitutionis, quæ ſatis clara videntur, ibi, *Tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio*, (nota) *& non ad alios, &c.*

Secundò, Cum deuoluitur huiuſmodi ius ad Epiſcopum viciniorem, non competit ei poteſtate ordinaria, ſed delegata: ſed quãdo delegatur aliqua cauſa Epiſcopo, eius Vicarius non valet ſe intromittere, vt docent Doctores in Clem. 2. de Reſcriptis, & alij quos refert Sbrozzius in ſuo tract. de officio Vicarij lib. 2. q. 135. num. 1. 24 Quia dum Epiſcopus conſtituit aliquem Vicarium Generalem, videtur ea committere, quæ competunt ei ratione ordinariæ poteſtatis, non autem ea quæ competunt poteſtate delegata, vt docet Federicus de Senis in conſ. 130. Decius in cap. Quoniam Abbas num 15. de officio delegati. Rolandinus conſ. 39. num. 18. vol. 1. Sbrozzius in loco præallegato quæſ. 135. n. 3. Ergo non ſuccedit Vicarius in illam prorogatiuam in quam ſuccedit Epiſcopus.

Tertiò. Cum iſtæ cauſæ ſint graues, & arduæ, videtur electa induſtria perſonæ Epiſcopi: nam non eſt veriſimile voluiſſe Summũ Pontificem tollere hanc poteſtatem ordinario non Epiſcopo, qui habet iuriſdictionem epiſcopalem 25 in ſuo loco, & illam tribuere Vicario Generali alterius Diœceſis; Sed quãdo eſt electa induſtria alicuius perſonæ, non poteſt electus alteri demandare vices ſuas c. fin.

§ 35. cui vbi Doctores de officio Iudicis Delegati Sbrozzius de officio Vicarij lib. 2. q. 43. n. 11. & ſeq. Ergo ad Epiſcopum ſolum, & nõ ad alios deuoluta eſt hæc cognitio, & per conſequens Vicarius Generalis Epiſcopi ad quem deuoluta eſt hæc cognitio, non poterit de dictis cauſis cognoſcere, & prædictam licentiam impartiri. & hanc opinionem negatiuam tenet Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiarum in præſentem Conſtitutionem Greg xiiij. lib. 1. cap. 6 §. 1. à num. 22. licet Vicarius Generaliſsimum habuerit mandatum ab Epiſcopo cum eadem facultate: Sed num. 31. in fine dicit, quòd non prohibetur Epiſcopus alteri ſubdelegare, quod probat verbis præſentis Conſtitutionis, ibi, *Niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, &c.* Quod intelligit quoad extractionem, & cognitionem tantum earumdem cauſarum; ſecus vero dicit, quo ad traditionem reorum Curiæ ſæculari ſi fieri contingerit, quia ab eodem Epiſcopo facienda erit, vt patet ex verbis Cõſtitutionis, ibi, *Tuncque demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſæculari quacumque appellatione poſtpoſita conſignentur.*

Opinio verò affirmatiua, quæ probabilior mihi videtur colligitur ex textu præſentis conſtitutionis, ex quo nihil aliud colligi videtur, niſi quòd intentio Summi Pontificis ſit, vt Epiſcopi tantum (& non alij Epiſcopis inferiores, etiam ſi alias ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis &c.) per ſe vel per ſuos Vicarios generales (quos ſub nomine officialis denotat) vel per alios ab eis deputatos, cognoſcant de cauſis præſentis conſtitutionis, & dictam licentiam impertiant, ſiue occurrant in propria Diœceſi, vt probatum eſt in præcedenti quæſtione, ſiuè in loco exempto, & nullius Diœceſis, quòd probandum erit.

Probatur primò, hæc opinio af- 26
firmatiua, ſicut vna lex aliam declarat. l. Non eſt nouum cum duabus ſequentibus .ff. de legibus, ita etiam vna pars legis aliam declarat, & præcipuè quæ præcedunt, & ſubſequuntur. l. Si ſeruus plurium §. finali. ff. de legat. primò: Sed ex his quæ præcedunt, & ſubſequuntur dictum verſiculum præſentis conſtitutionis, *Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios.* clarè colligitur, quod licet de ſolo Epiſcopo viciniori mentionem faciat, & non de ſuo Vicario Generali, tamen per illã clauſulam excluſiuam. *Et non ad alios.* non excludit Vicarium Generalẽ dicti Epiſcopi, ſed excludit alios Epiſcopis inferiores, etiam ſi Ordinarij ſint, aut nullius Diœceſis &c. Ergo non ſolum Epiſcopus vicinior, ſed etiam eius Vicarius generalis, vel alius ab eo deputatus, abſque recenti, & expreſſo mandato, poterit cognoſcere de cauſis prædictis deuolutis ſuo Epiſcopo, & dictam licentiam impartiri. Maior eſt clara, Minor probatur.

Primò, Ex verbis dictæ Conſti-

tu-

ſtionis, quæ præcedunt dictum verſiculum, *Occurrente autem caſu, &c.* ibi, *ſine expreſſa licentia Epiſco-*
27 *pi, vel eius officialis*; Per officialem enim hic denotat Vicarium Generalem qui vicem gerit Epiſcopi, & eſt primarius officialis Epiſcopi, Nam verba ſunt intelligenda, & ſumenda in ſuo potiori ſignificatu l. 1. §. Qui in perpetuum. ff. Si ager vectigal &c.

Secundò probatur ex alijs verbis, quæ ſimiliter antecedunt dictum verſ. *Occurrente autem caſu, &c.* ibi, *Ad quos ſolos, & non ad alios Epiſcopis inferiores, &c.* Nota quia non dicit ad quem ſolum, ſed ad quos ſolos, in numero plurali, referendo ſe ad Epiſcopum, & eius officialem, & poſtea ſequitur clauſula illa excluſiua aliorũ, qui Epiſcopis ſunt inferiores.

Tertiò, probatur ex verbis quæ ſubſequuntur dictum verſ. *Occurrente autem caſu, &c.* ibi, *Capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu, quo ipſe Epiſcopus* (Nota) *& dictæ perſonæ eccleſiaſticæ, requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint.* Illa enim verba, *Et dictæ perſonæ eccleſiaſticæ* ſunt relatiua ad officialem Epiſcopi, & perſonam eccleſiaſticam quæ interuenire debet capturæ, extractioni, & carcerationi rei. Ergo negocium videtur commiſſum per præſentem Conſtitutionem non ſolum Epiſcopo, ſed etiam eius officiali, ſeu Vicario, abſque recenti, & expreſſo mandato Epiſcopi, & omnia ſupradicta verba comprehendunt nõ ſolum caſum occurrentem in Diœceſi Epiſcopi, ſed etiam in loco exempto, & nullius Diœceſis

Quartò, probatur ex alijs verbis, quæ ſubſequũtur dictum verſ. *Occurrente autem caſu &c.* ibi, *Niſi cognito prius per Epiſcopum* (Nota) *ſeu ab eo deputatum an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint.* Supradicta enim verba, ſimiliter referuntur tam ad caſum in propria Diœceſi Epiſcopi occurſum, quam in loco exempto; & clarè demonſtrant, cognitionem ſupra dictam pertinere non ſolum ad Epiſcopum, ſed etiam ad eius Deputatum, qui eſt Vicarius Generalis; Nam Vicarius Generalis Epiſcopi appellatur quandoq; Deputatus, vt docet Paul. de poteſt. cap. Sede vac. 2. p. in princip. q. 10. Mandoſ. in Regulis Cancellariæ 14 q. 1 nũ. 10. quos refert, & ſequitur Sbrozzius in ſuo tract. de officio Vicarij lib. 1. quæſt. 2. num. 11. & 12.

Nec requiritur, vt in vnoquoq; caſu particulari fiat noua, & particularis deputatio, quando Epiſco- 28
pus non vult per ſe ipſum de dicta cauſa cognoſcere, ſed Vicarius Generalis erit deputatus, tam in caſis occurrentibus in ſua Diœceſi, quàm in loco exempto, & nullius Diœceſis, & poterit licentiam capiendi dare Curiæ ſæculari, cauſam cognoſcere, & reum conſignare eidem Curiæ ſeculari, ſi erit conſignandus reus.

Nec obſtant verba tex. quoad conſignationẽ, ibi, *de mandato Epiſcopi &c.* quia licet nullam mentionem

tionem faciat de Vicario, tamen cum nõ prohibeat facere per aliũ, & poſsit de cauſa cognoſcere Vicarius, poterit etiam cognita cauſa, reum Curiæ ſæculari conſignare, ſi facienda erit dicta conſignatio.

29 Probatur ſecundò hæc opinio affirmatiua, iuriſdictio ex Principis priuilegio cõpetens, non perſonæ, ſed perpetuo dignitati, vel officio, non eſt delegata, ſed ordinaria, & poteſtatis ordinariæ iura habet, vt docet Bartolus in leg. Ambitioſa num. 34. ff. de Decre. ab Ordin. fac. Ioa. Andreas in Addit. ad Speculatorem tit. de legato §. vltimo ad fin. verſ. incipienti, legatus eſt ordinarius, Baldus in c. fin. nu. vnico de offic. ordin. & ibi Immola ad finem, Syluest. in ſua Summa Verbo legatum q. 8. dicto 1. & alij quos refert, & ſequitur Sãchez de Matrimonio Tom. 1. lib. 2. diſp. 40. num. 14.

Sed hæc iuriſdictio competit Epiſcopo viciniori ratione Dignitatis, & non perſonæ, & in perpetuum: ergo non eſt delegata, ſed ordinaria, & poteſtatis ordinatiæ iura habet.

Ergo ſicut in ſua propria Diœceſi in qua Epiſcopus habet poteſtatem ordinatiam, poteſt Vicarius Generalis, qui poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus eaſdem actiones facere, dato quòd non habeat in ſpeciale mandatũ de iſtis cauſis vt probatum eſt in præcedenti quæſtione, ſimiliter poterit in caſibus occurrentibus in loco exempto, & nullius Diœceſis eaſdem actiones facere.

Probatur, tertio hæc opinio affirmatiua, Territorium exemptũ ſemper eſt contentum ſub Diœceſi epiſcopi viciniotis, reſpectu cuius cenſebuntur ſubditi omnes ibi habitantes quoad caſus ſupradictæ facultatis, quamuis quoad ordinariam iuriſdictionem habeant ordinarium Prælatum, vt in ſimilibus terminis ſuper facultate conceſſa Epiſcopis, & eorum Vicarijs à Conc. Trid. in ſeſſ. 24. cap. 6. ſub Decreto de Reformatione docet Suarez Tomo 4. de Sacramento Pœnitentiæ diſp. 30. ſect. 2. nu. 6. & Vgolinus de Cenſuris Eccleſiaſticis in genere Tabula prima, c. 10. §. 1. n. 3. Ergo ſi continetur ſub Diœceſi Epiſcopi viciniotis, ſequitur quod habeat ordinariam poteſtatem in caſibus eis deuolutis per præſentem conſtitutionem, & nulla ſit facienda differentia ab alijs caſibus occurrentibus in propria Diœceſi. 30

Rationes vero adductæ pro opinione negatiua non obſtant contra hanc opinionem affirmatiuã, nam ad primam patet reſponſio ex adductis in prima ratione pro opinione affirmatiua, & ad ſecundam patet ſimiliter reſponſio ex adductis in ſecunda, & tertia ratione pro opinione affirmatiua.

Ad tertiam rationem reſpondeo, quòd quoties aliquid conceditur Prælatis præſentibus, & futuris in perpetuum, non poteſt dici electam eſſe induſtriam perſonæ, Cum perſonæ incognitæ tribuatur dicta facultas, vt tradit Iaſon in l. More num. 65. ff. de Iuriſd. omnium Iud. Menochius de Arb. 31

Iudic.

Iudic.lib. 1.q.64. n.17. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez de Matrimonio tom. 1.lib.2.diſp.40. nu. 17. verſ. Item quia quoties &c. Ergo cum dicta facultas per præſentem Conſtitutionem ſit conceſſa Epiſcopis præſentibus, & futuris, & in perpetuum, non poteſt dici electam eſſe induſtriam perſonæ, cum ſit incognita, & ſic non obſtant.

32 Quęritur ſextò, An Vicarius Capituli Eccleſiæ Cathedralis, Epiſcopali ſede vacante habeat eandem facultatem quam ipſemet Epiſcopus in cauſis præſentis Cōſtitutionis.

Duæ poſſunt eſſe opiniones ambæ probabiles, Negatiua vna, altera vero affirmatiua. Pro opinione negatiua faciunt.

Primò, verba præſentis Conſtitutionis, ibi, *Sine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis &c. Ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores etiamſi alias ordinarij ſint licentiam dandi, facultas pertineat*, & alibi *Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorē deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios &c. & alibi, tuncque demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſæculari, quacunq; appellatione poſtpoſita conſignentur*. Ex quibus locis clare colligitur quòd intentio ſummi Pontificis eſt, vt Epiſcopi tãtum cognoſcant de iſtis cauſis, excludendo alios non Epiſcopos, quamuis ordinarij ſint.

Secundò per Concilium Trid. ſeſſ. 24 cap. 6. ſub decreto de Reformatione conceditur facultas Epiſcopis, vt poſſint diſpenſare in Irregularitatibus omnibus, & ſuſpēſionibus ex delicto occulto prouenientibus, excepta ea quæ oritur ex homicidio voluntario & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum, per ſe, vel per ſuos Vicarios ad id ſpecialiter deputatos; Et tamen Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante non ſuccedit in dicta poteſtate diſpen- 33 ſandi in omnibus ſupradictis Irregularitatibus, & per conſequens nec Vicarius Capituli, nam illa facultas ſolis Epiſcopis eſt conceſſa, priuatiuè verò quoad oēs alios, quamuis habeant ordinariam Iuriſdictionem, & quaſi Epiſcopalē, ita docet Suarez in Tomo 5. de Cēſuris diſp. 41. ſect. 2. n. 13 per Declarationem factam à Congregatione Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper Concil. Trid. quam refert ibidem nu. 7. Ergo cum facultas cognoſcendi de cauſis præſentis Conſtitutionis ſit conceſſa Epiſcopis, & non alijs Epiſcopis inferiores, etiamſi alias ordinarij ſint, ſequitur quòd Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Sede vacante non ſuccedat in hac facultate, & per conſequens nec Vicarius à dicto Capitulo conſtitutus; Et hanc opinionem negatiuam tenet Marius Italia in ſuo Tractatu de Immunitate Eccleſiarum in præſentem Conſtit. Greg. xiv. lib. 1. c. 6. § 1. à nu. 37. vſq; ad 55. ſed præcipuè à num. 42. verſ. contrarium &c.

Opinio verò affirmatiua quæ probabilior mihi videtur eſt, vt Vicarius Capituli Eccleſiæ Cathedralis Epiſcopali ſede vacāte habeat

facultatē cognoſcendi cauſas præſentis Conſtitutionis, quæ occurrunt in ſua Diœceſi, ſecus autem de cauſis quæ occurrunt in loco exempto, & nullius Diœceſis, Nā in illis deuoluitur cognitio ad alium Epiſcopum Viciniorem, & non ad ſupradictum Vicarium.

Probatur hęc opinio quoad primam partem, nempè de cauſis occurrentibus in propria Diœceſi.

Primò ex c. Vnico de maior. & obed. in 6. ibi, *Epiſcopali ſede vacante, poteſt Capitulum, ſeu is ad quem Epiſcopalis Iuriſdictio tunc temporis noſcitur pertinere, ijs quibus poſſet Epiſcopus ſi viueret.*

Sed hæc facultas competit Epiſcopis iure ordinario, (non autē extraordinario præſentis Conſtitutionis) vt patet ex c. Si quis contumax 17. q. 4. vbi cauetur in hæc verba, *Si quis contumax, vel ſuperbus timorem Dei, vel reuerentiam ſanctarum eccleſiarum non habuerit, & fugientem ſeruum ſuum, vel quem ipſe perſequutus fuit de atrio Eccleſiæ, vel de porticibus Eccleſiæ quolibet modo adhærentibus, per vim abſtraxerit, pro immunitate nongentos ſolidos Epiſcopo componat, & ipſe publica pœnitentia iuſto iudicio Epiſcopi mulctetur.*

Patet etiam ex c. Quiſquis ea dē 17. q. 4. Vbi Ioannes Papa viij. ſanciuit. *Quiſquis inuentus fuerit reus ſacrilegij, Epiſcopis, vel Abbatibus ſiuè pſonis ad quos quarimonia ſacrilegij iuſtè pertinuerit 30. libras examinati argēti puriſſimi componat.* Et ibidem declarando, quis dicatur ſacrilegium committere ſubiungit. *Sacrilegium committitur, ſi quis infregerit Eccleſiam, vel 30. Eccleſiarum paſſus, qui in circuitu Eccleſiæ ſunt, vel domos, quæ infra prædictos paſſus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo.* Ergo Vicarius Capituli Eccleſiæ Cathedralis, Epiſcopi Sede vacante habet facultatem cognoſcēdi ſupradictas cauſas, & extrahendi dictos delinquentes, & tradere Curiæ ſæculari ſi opus fuerit.

Secundò, De prædictis Vicarijs nulla fit mentio in præſenti Conſtitutione, Nec de caſibus occurrentibus in dicto tempore Sedis Vacantis in dicta Diœceſi, & de caſibus occurrentibus in loco exempto, & nullius Diœceſis prouiſum eſt: Ergo ſi Sūmus Pontifex Greg. xiv. voluiſſet, vt Vicarius ſupradictus nō cognoſceret de cauſis præſentis Conſtitutionis occurrentibus in ſua Diœceſi, expreſſiſſet, ſicuti loci exempti expreſſam fecit mentionem, & illum conſtituit iuriſdictioni Epiſcopi vicinioris; Sed non expreſſit: Igitur Vicarius ſupradictus poterit de cauſis ſupradictis cognoſcere, ſicut poſſet Epiſcopus ſi viueret iuxta tex. in c. Vnico de Maior. & obedientia in 6.

Tertiò, Capitulum Eccleſiæ Cathedralis ſede vacante poteſt cognoſcere de cauſis arduis, vt de cauſis matrimonialibus, &c. vt probat Stephanus Quaranta in Summa Bullarij tit. Capitulum ſede vacante num. 1. §. Quinto quæro, & Nihilominus Conc. Trident. in ſeſſ. 24. c. 20. §. Ad hęc prædictas cauſas relinquit examini, & iuriſdictioni Epiſcopi cum dictione 34

taxa-

taxatiua, *Epiſcopi tantum*. Ergo quamuis in præſenti Conſtitutione ſint aliquæ dictiones taxatiuæ, nempè, *Ad quos ſolos, & non alios Epiſcopis inferiores etiam ſi ordinarij ſint &c.* non comprehendunt Capitulum ſupradictum ſi de vacante, & per conſequens, nec eius Vicarium.

Probo nunc ſupradictam opinionem affirmatiuam quo ad ſecundam partem, ibi, ſecus autem &c. Epiſcopus vicinior habet facultatem cognoſcendi ſupradictas cauſas, quæ occurrunt in loco exempto, & nullius Diœceſis iure extraordinario, per præſentem cõſtitutionem non autem iure ordinario, Nam ante hanc conſtitutionem illam non habebat ſicuti facultatem quam habent Epiſcopi ex Conc. Trid. ſeſſ. 24. c. 6. Sub Decreto de Reformatione diſpenſandi in Irregularitatibus &c. illam habent iure extraordinario non autem ordinario, vt docet Suarez Tomo 5. de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. n. 13. in fine, ſed Capitulum ſede vacante ſuccedit in illam iuriſdictionem quæ iure ordinario competebat epiſcopo, vt patet ex cap. penult. de ſupplen. neglig. Prælatorum in 6. c. 1. de maior. & obed. & c. 1. de inſt. in 6. non autem extraordinario, & ſpeciali, vt docet Suarez vbi ſupra, & Genuenſis in ſua praxi Curiæ Archiepiſ. Neap. c. 85. nu. 1. concluſ. 1 & nu. 29. Ergo nec Vicarius ſupradicti Capituli ſuccedit in dicta iuriſdictione extraordinaria, ſed deuoluitur iſta cognitio ad alium Epiſcopum viciniorem.

Rationes vero adductæ pro opinione negatiua non obſtant contra hanc opinionem, immo illi fauent, Nam prima ratio deſumpta ex verbis Conſtitutionis, ibi, *Sine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis, ad quos ſolos, & nõ ad alios Epiſcopis inferiores, &c.* probat opinionem affirmatiuam quoad primam partem, Nam illa verba *ad quos ſolos* referuntur ad Epiſcopũ, & eius officialem qui eſt Vicarius Generalis, quia iure ordinario competit hæc cognitio Epiſcopo, vel eius Vicario Generali qui vicem gerit Epiſcopi, & facit vnum Tribunal cum Epiſcopo, cap. Romana in principio de Appellat. in 6. Et per conſequens eodem iure ordinario competit Capitulo Cathedralis Eccleſiæ ſede vacante, vel eius Vicario. Alia verò verba Conſtitutionis, ibi, *Occurrente autem caſu in loco exempto, &c.* probant ſupradictam opinionem affirmatiuam quoad ſecundam partem; Nam cum hæc facultas competat Epiſcopo viciniori iure extraordinario non autem ordinario vt ſupra probatum eſt, & Capitulum ſede vacante ſuccedat tantùm in ijs quæ ordinario iure cõpetunt Epiſcopo, ſequitur quòd nec Capitulum ſede vacante, nec Vicarius ſupradictus habeat hãc facultatem.

Secunda verò ratio deſumpta ex Concil. Trid. ſeſſ. 24. c. 6 ſub Decreto de Reformatione non obſtat; Nam illa facultas diſpenſandi in Irregularitatibus competit Epiſcopis, & eorum Vicarijs iure extraordinario, non autem ordinario,

nario, & per conſequens, Nec Capitulum ſede vacante,nec eius Vicarius ſuccedit in dictam facultatem, ſed in caſu noſtro cognitio caſuum præſentis Conſtitutionis qui occurrunt in Diœceſi Epiſcopi,competunt ei, vel eius Vicario iure ordinario,Nam ante hanc cōſtitutionem eis competebant; Ergo diuerſa eſt ratio.

Quæritur ſeptimò, An cauſa in-
35 cœpta coram Epiſcopo, ſi moriatur Epiſcopus, Vicarius poſsit illam proſequi?

Et reſolutiue reſpondendo diſtinguendum eſt,vel tractamus de caſu occurſo in propria Diœceſi Epiſcopi, vel in loco exempto,& nullius Diœceſis: Si de primò Dico quòd Capitulum Cathedralis Eccleſiæ ſede vacante, (per mortem Epiſcopi, vel alio modo,) & per conſequens eius Vicarius poterit dictam cauſam cœptam coram epiſcopo proſequi, & ſi opus fuerit reum Curiæ ſæculari tradere; & ratio eſt, quia hæc facultas competit epiſcopo iure ordinario, vt in præcedenti quæſtione probatum eſt per tex. in c. Si quis contumax,& ca. Quiſquis 17. q.4. ſed capitulum Cathedralis eccleſiæ, & per conſequens eius Vicarius ſuccedit Epiſcopo in iuriſdictionem ordinariam epiſcopalē, vt patet ex c. Vnico de maior. & obed.in 6.ibi, *Epiſcopali ſede vacante poteſt capitulum, ſeu is, ad quem Epiſcopalis iuriſdictio tunc temporis noſcitur pertinere, ijs, quibus poſſet Epiſcopus, ſi viueret*. Ergo poterit Vicarius illam proſequi. Nec mirū eſt ſi Marius Italia in ſuo tract. de Immunit.eccleſiarum oppoſitum ſentiat in lib. 1.cap.6.§. 1. nu. 59. quia fundatus eſt in ſuo principio,quòd Epiſcopus ſolus, & nemo alius poſsit cognoſcere de dictis cauſis; quòd principium non admittimus in ſupradicto caſu: Primò quia Epiſcopus non poteſtate delegata,vel extraordinaria cognoſcit de dictis cauſis,ſed poteſtate ordinaria,vt ſupra dictum eſt, ad quam ſuccedit Capitulum ſede vacante: Secundò quòd Summus Pontifex loquens de ſupradicto caſu,non dicit ad quem ſolum & non alios epiſcopis inferiores &c.Sed dicit *Ad quos ſolos*, in numero plurali,referendo ſe ad Epiſcopum, & eius officialem, qui eſt Vicarius: & illa verba, *Non alios* excludunt omnes alios epiſcopis inferiores quamuis ordinarij ſint &c. Sed non excludit eius Vicarium qui cenſetur vna, & eadem perſona cum epiſcopo, & facit vnum Tribunal cum epiſcopo c.Romana eccleſia in princ.de Appell. in 6. quamuis ordinarius ſit de Iure, & ordinariam Iuriſdictionem habeat.

Si verò tractamus de ſecundo caſu, nempè de caſu occurſo in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc nec Capitulum ſede vacante, nec eius Vicarius poterit illā proſequi:& ratio eſt,quia facultas cōceſſa epiſcopo viciniori cognoſcendi de dictis cauſis occurſis in loco exempto,& nullius Diœceſis ei competit non iure ordinario, nec Delegato,ſed iure extraordinario præſentis cōſtitutionis; Sed Capitulum ſede vacante ſuccedit

tan-

ſantum in iuriſdictione ordinaria Epiſcopi mortui, vt ſupra probatum eſt: Ergo non poteſt illam proſequi.

Sed ex ſupradicta deciſione ſecundi caſus inſurgit noua dubita-
36 tio, Quid faciendum erit in dicto caſu, hoc eſt quando fuerit cępta cauſa coram epiſcopo viciniori, qui adhuc illa durante ſedem vacare contingat, An ſit expectãdus nouus epiſcopus, qui cauſam finiat, An vero deuoluatur eius cognitio ad epiſcopum viciniorem? Et reſolutiue reſpondendo dico, vel ſperatur de proximo nouus ſucceſſor, vel non: Si ſperatur de proximo debet expectari, qui cau ſam terminabit; quia vbi cęptum eſt iudicium ibi finem accipere debet, iuxta text. in l. vbi cęptum. ff. de Iudicijs, ſi non ſperatur de proximo, deuoluitur cognitio ad alium epiſcopum vicinioré; quia per impotentiam facti ibi non poteſt habere executionem, ita docet Panor. in cap. Poſtulaſti nu. 2. de Homicidio, & Marius Italia in ſuo Tract. de Imm. eccleſiarum in præſentem conſt. Greg. xiv. lib. 1. c. 6. §. 1. n. 71.

Si vero deuoluta cognitione ad epiſcopum viciniorem ſuperueniat epiſcopus in locum mortui, tũc cauſa debet retro trahi ad epiſcopum loci vbi fuerat cępta, per tex. in l. Vbi cęptum. ff. de Iudicijs: & ratio eſt, quia illud ius deuolutum erat ad alium epiſcopũ propter neceſsitatem, vnde ceſſante hac neceſsitate cauſa trahi debet coram primò, hoc eſt coram epiſcopo viciniori primò vocato à cõſtitutione, ita tenet Marius Italia vbi ſup. n. 73 & 74.

Quæritur octauò, Si occurrat caſus in loco exempto, & nullius 37
Diœceſis, vtrum epiſcopus vicinior, cui deuoluta eſt cognitio per præſentem conſtitutionem poſsit dictam cauſam incipere, & terminare in eodem loco exẽpto abſq; licentia ipſius ordinarij? & videtur dicendum quòd non, per textum in l. extra territorium. ff. de Iuriſdictione omnium Iudic. (Secus cum licentia ipſius ordinarij: Nã licet Iuriſdictio contentioſa non poſsit in alieno territorio exerceri, fallit tamen quando datur facultas à Iudice loci, vt docent Doctores commun. in dicta lege extra territorium: & in terminis noſtris docet Marius Italia in ſuo tract. de Immunitate eccleſiarum lib 1. cap. 6. §. 1. nu. 78.

Contrarium verò mihi videtur verius nempè, quòd abſque licentia ordinarij poſsit incipere, & terminare dictam cauſam in eodem loco exempto; & ratio eſt, 38
quia ſemper territorium exemptum eſt cõtentum ſub Diœceſi epiſcopi vicinioris, reſpectu cuius cẽſebantur ſubditi omnes ibi habitantes quoad cognitionem caſus ſupradictæ facultatis, quamuis quo ad ordinariam iuriſdictionẽ habeant ordinarium Prælatum, ita in ſimilibus terminis docet Suarez in Tomo 4. de Sacramento Pœnitentiæ diſp. 30. ſect. 2. nu. 6 & Vgolinus de Cenſuris eccleſiaſticis in genere Tabula prima, c. 10. §. 1. n. 3

Quæritur nonò, An epiſcopus, 39
ele-

electus,& confirmatus,non autem conſecratus poſſit cognoſcere de cauſis præſentis conſtitutionis? Reſolutiue reſpondendo dico, quod ſic, & ratio eſt, quia iſta cognitio eſt actus iuriſdictionis; & epiſcopus electus, & confirmatus eſt ſimpliciter, & abſolute epiſcopus in ordine ad actus Iuriſdictionis, & plenam iuriſdictionem habet, iuxta text. in c. Tranſmiſſam extra de electione, & ibi etiam Gloſa vlt. & docet Felinus in c. eam te nu 5. extra de Reſcriptis. & confirmatur authoritate Suarez in 5. Tom. de Cenſuris diſp. 41. ſect. 2. n. 7. qui explicando nomen epiſcopi, de quo fit mentio in Concil. Triden. ſeſſ. 24. c. 6. ſub Decreto de Reformatione, vbi conceditur facultas epiſcopis diſpenſandi in Irregularitatibus, & abſoluendi à Cēſuris, &c. dicit quòd ſufficit, vt epiſcopus ſit electus, & confirmatus, dato quòd non ſit conſecratus, quia iſte eſt actus iuriſdictionis, & conſecratione non indiget.

Contrariam tamen opinionem tenet Marius Italia in ſuo tract. de Immunitate eccleſiarum lib. 1. c. 6 §. 1. n. 88 & ad probandam ſuā opinionem adducit textum in ca. Cum in cunctis §. Cum verò, & ibi Gloſ. 1. extra de electione, ſed nec tex. nec glo. prædicta probant ſuā opinionem; Secundo allegat text. in c Auaritiæ de elec. in 6. qui tex. ſimiliter nō probat ſuam opinionem, quia loquitur de epiſcopo electo, & non confirmato; nos vero loquimur de epiſcopo electo, & confirmato. Tertio adducit pro ſe Felinum in c. eam te nu. 1. extra de Reſcriptis, ſed non obſtat, quia ibi loquitur de ijs quæ ſpectant ad ordinem epiſcopalē, ſed ibidem nu. 5. clare dicit, quòd in his quæ concernunt iuriſdictionem, nomine epiſcopi venit electus, & cōfirmatus. Quarto ſe refert ad dicta ſup. lib. 1. cap. 5. §. 12. n. 5 vbi dicit, quòd epiſcopus electus, & non conſecratus non dicitur Pōtifex, ſed nihil obſtat contra nos, quia non loquimur de epiſcopo electo tantum & non confirmato, nec conſecrato, ſed de electo, & confirmato, licet non conſecrato: Nec dicimus, quòd dicatur Pontifex, ſed quòd veniat nomine epiſcopi in ordine ad actus iuriſdictionis, quòd eſt diuerſum, & ex diuerſis non fit illatio cap. Ad audientiam extra de Decimis l. Papinianus exuli. ff. de Minoribus; Vnde non eſt recedendum à prædicta opinione affirmatiua.

Quæritur decimò, Si quis in eccleſia delinquat, & delinquens, & crimen ſit ſæculare, à quo Iudice puniri debeat à Laico an eccleſiaſtico? Panor. in c. fin. de Imm Eccleſiæ, & in c. inter alia eod. tit. n. 29. & in c Cum ſit generale de foro competenti, Bart. in l. Si cui §. fin. nu. 3. ff. de Accuſationibus, & Commen. Doctores, quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua practica Crim. p. p. to 2. tit. de Carceribus, & carceratis quæſt. 28. num. 62. dicunt, quòd à Iudice Laico puniri poteſt, Si verò delictum eſt mixti fori datur locus preuentioni: Ita Remig. de Gonni in ſuo tract. de immunitate eccleſiaſticæ quæſt. 16. num. 2. in fine. Bene tamen verum 40

eſt,quòd in quocumq; caſu ſupradicto ratione ſacrilegij poteſt etiã puniri à Iudice eccleſiaſtico, ſecundum Panor.in c.Inter alia nu. 29. de immunit. eccleſiæ, & Farinacium in loco præallegato nu. 62.in fine.Remigium de Gonni in ſuo Tract. de Immunit. eccleſiæ, q.16.n.2.in fine, & Card.Tuſchum in Tomo 4.lit.I,concluſ.59. n.4.5. 6.& ſeq.

Quæritur vndecimò, Remota
40 hac Conſtitutione Gregorij xiiij. Quando delinquens confugit ad eccleſiam, & dubitatur an gaudeat hac immunitate nec ne, ad quem Iudicem ſpectet dicta cognitio ad eccleſiaſticum, vel ad ſæcularem? Dixi remota hac conſtitutione, quia clarum eſt per præſentem Conſtitutionem ſpectare ad Iudicem eccleſiaſticum, vt probatum eſt in principio præſentis capitis n.1.

Farinacius in ſua pract. criminali p.p.tom.2.tit. de carceribus, & carceratis q.28.nu.76. verſ.Hæc autem cognitio &c.docet,quòd in hoc dubio (remota Conſtitutione Gregorij xiiij.) verificatur regula, quòd melior eſt conditio poſsidẽtis, Quia ſi Reus ſit iam extractus ex eccleſia,& in manibus Curiæ ſæcularis, Iudex ipſe ſæcularis iudicabit an ſit eccleſiæ reſtituendus, & ſic an ſit benè extractus nec ne; Si verò Reus non ſit ab eccleſia,ad quam confugit extractus,tunc Iudex eccleſiaſticus hoc determinabit:& ita ſæpius inquit vidiſſe iudicatum:& in vtroq; caſu (inquit) ſupponendi ſunt termini habiles: nempè vt remota Immunitate cauſa ſpectet ad Iudicem ſæcularem; Alioquin ſi cauſa eſſet eccleſiaſtica, vel Reus eſſet Clericus, vel ſuper his oriretur quæſtio,tunc talis deciſio ad quem Iudicem ſpectet, remittit lectorem ad alium locũ ſuæ practicæ,nempè ad partem 1. tom.1.tit.de inquiſitione.

Circa ſupradictam ſententiam Farinacij, nempè quòd ſi Reus ſit iam extractus ab eccleſia, ad quã confugit, per Miniſtros Curiæ ſæcularis,& ſit in manibus ſæcularis Iudicis ipſe Iudex ſæcularis iudicabit An ſit eccleſiæ reſtituendus nec ne, Aduertendum eſt,(Suppoſito primò, quòd Reus ſit ſæcularis,& delictum propter,quòd Reus confugit ad eccleſiam pertineat ad Iudicem ſæcularem, & remota Conſtitutione Gregorij xiv.)quòd cõmunis opinio Doctorum quos refert,& ſequitur idem Farinacius in loco præallegato q.28.nu.1.docet, Quòd Reus qui cõfugit ad eccleſiam ſi de facto per vim ab illa extrahatur à Iudice ſæculari, vel alijs Miniſtris Curiæ ſæcularis;de facto etiam eidem eccleſiæ eſt reſtituendus;& clarè patet ex c.Miror 17 quæſt 4.ibi, *Eccleſiæ igitur illæſum reuoca, quem à religioſe rapuiſti*. Suppoſita igitur hac veritate, Reus erit primò reſtituendus eccleſiæ, ad hoc vt reponatur in poſſeſsione ſui priuilegij eccleſia, & poſtea debet diſcuti,& determinari, An Reus gaudeat nec ne Immunitate: Si hoc pacto fieri debet ſequitur, (ſecundum opinionem Farinacij ſupra relatam in quæſt.28. nu.75. verſ. Hæc autem cognitio) quòd ſemper cognitio dictæ cauſæ,&

ſæ,& determinatio dictæ quæſtionis ſpectabat ad Iudicem eccleſiaſticum; Quia eccleſia eſt in poſſeſſione Rei, & in dubio melior eſt conditio poſsidentis c. In pari de reg. iur. in 6. l. in pari. ff. de Regulis iuris.

Præterea Doctores communit. (quos refert, & ſequitur idem Farinacius in ſua pract. crimin. p. p. Tom. 2. tit de carceribus, & carceratis, q. 28. n. 6. Couar. in lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 3. Decianus in ſuis tract. Crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 25. Rubr. de extrahen. ab eccleſia n. 7. & alij) dicunt, quòd quando in hac materia Immunitatis inter ius ciuile, & ius Canonicum adeſt aliqua differentia, attenditur Ius canonicum, & non ciuile; etiam apud ſæculares iudices, ac etiam in terris non eccleſiæ ſubiectis; Et rationem reddunt quia pertinet hoc ad honorem, & reuerentiam exhibendam locis ſacris, quorum cura ad Pontifices, & Prælatos eccleſiaſticos ſpecialiter ſpectat: Ergo eadem ratione determinatio præſentis Controuerſiæ pertinebit ad Iudicem eccleſiaſticum, & non ad Iudicem Curiæ ſæcularis; & huius opinionis eſt Decianus in ſuis tract. Crimi. tom. 2. lib. 6. c. 29. n. 2.

Quænam Eccleſiæ locaque ſacra hac immunitate gaudeant.

SVMMARIVM.

Eccleſia materialis Epiſcopi auctoritate fundata, & conſecrata in qua officia Diuina celebrantur gaudet hoc priuilegio immunitatis, vt delinquentes ad illam confugientes per vim ab ea extrahi non poſſint. n. 1.

Eccleſia gaudet immunitate, dato quod ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ibi non ſeruetur. n. 2.

Eccleſia conſecrata dato quòd Diuina myſteria, vel officia ibi nõ dum ſint celebrata, gaudet priuilegio immunitatis. n. 3.

Eccleſia conſecrata ab Epiſcopo, quãuis à principio non ſit eius auctoritate fundata, gaudet priuilegio immunitatis. n. 4.

Eccleſia fundata ſine licentia Epiſcopi Ciuitatis, ſed conſecrata ab Epiſcopo alieno ſine licentia proprij Epiſcopi, gaudet immunitate. n. 5.

Eccleſia non conſecrata ſi per Epiſcopum, vel eius auctoritate ſit obſequijs Diuinis dedicata: & Diuina officia in ea celebrentur, gaudet immunitate. n. 6.

Eccleſia non conſecrata, nec benedicta, auctoritate tamen Epiſcopi primum lapidem imponentis conſtructa, licet Diuina myſteria, vel officia ibi non ſint celebrata gaudet tamen immunitate eccleſiæ. nu. 7.

Ratio poſita in diſpoſitione legis debet reſtringere, & ampliare legem ad limitem ipſius rationis. n. 8.

Eccleſia non conſecrata, ſed tantum benedicta à ſimplici ſacerdote, cũ licentia Ordinarij gaudet immunitate, dato quòd Diuina officia ibi non dum ſint celebrata. n. 9.

Eccleſia non conſecrata, nec benedicta, nec auctoritate Epiſcopi fundata per impoſitionem primi lapidis, ſi in

ſi in ea publicè cum licentia tacita, vel expreſſa Epiſcopi celebrentur Diuina officia, & Miſſæ ſacrificia ad ſonum campanæ gaudet immunitate. n. 10.
Eccleſia quamuis ſit interdicta immunitate gaudet. n. 11.
Cenſuris irretiti priuilegia non amittunt. n. 12.
Peccata debent tenere ſuos auctores. n. 13.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis. n. 14.
Immunitate Eccleſiæ non priuantur illi qui cauſam dederunt interdicto eccleſiæ. n. 15.
Eccleſia polluta immunitate gaudet. n. 16.
Afflictio afflictis dari non debet. n. 17.
Oſtium Eccleſiæ immunitate gaudet. n. 18.
Scalæ Eccleſiæ immunitate gaudent ſicut eccleſia. n. 19.
Clauſtrum eccleſiæ immunitate gaudet. n. 20.
Clauſtrum quid ſit. n. 20.
Atrium Eccleſiæ gaudet immunitate. n. 21.
Atrium quot modis accipitur. n. 21.
Domus eccleſiæ coniuncta eccleſiæ gaudet immunitate. n. 22.
Eccleſiæ nomine, vt pollui poteſt, non comprehenditur domus coniuncta nec comparabile. n. 23.
Conſuetudo eſt optima legum interpres. n. 24.
Religioſa ſunt, quæ religioſis locis adherent. n. 25.
Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis. n. 26.
Apotheca, vel domus eccleſiæ, quæ laicis locatur, qui non deſeruiunt eccleſiæ, habens portum ad viam publicam, immunitate non gaudet. n. 27.
Circuitus eccleſiæ immunitate gaudet. n. 28.
Captura facta intra triginta, vel quadraginta paſſus circum circa eccleſiam eſt nulla. n. 29.
Executoris atteſtatio ſola ſufficit de captura facta in eccleſia. n. 30.
Paſſus triginta, vel quadraginta circum circa eccleſiam gaudent immunitate, dato quòd fugiens prius non ingrediatur eccleſiam. n. 31.
Paſſus triginta, vel quadraginta circum circa eccleſiam gaudent immunitate, etiam in eccleſijs quæ ſunt intra muros ciuitatis. n. 32.
Lex dum nõ diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. n. 33.
Paſſus triginta, vel quadraginta circum eccleſiam, vel capellam quæ eſt intra caſtellum non gaudet immunitate. n. 34.
Paſſus, & Ius quid ſit. n. 35.
Septa eccleſiæ immunitate gaudent. n. 36.
Septa quæ dicantur. n. 37.
Porticus eccleſiæ immunitate gaudet. n. 38.
Porticus quid ſit. n. 39.
Tectum eccleſiæ immunitate gaudet. n. 40.
Ibi dicitur aliquis eſſe vbi habet pedes. n. 41.
Priuilegia eccleſiæ ſunt potius ampliãda quàm reſtringenda. n. 42.
Sanguis humanus ſi iniurioſè effundatur ſupra tectum eccleſiæ non polluitur eccleſia. n. 43.
Nomen eccleſiæ quandoque ſumitur ſtrictè quandoq; largè. n. 44.
Subterraneus locus eccleſiæ immunitate

tate gaudet. num.45.
Eccleſia non polluitur ſi occidatur homo in cauerna eccleſiæ.n.46.
Eccleſia non dum perfectè conſtructa immunitate gaudet.n.47.
Eccleſia deſtructa gaudet immunitate.n.48.
Monaſteria Religioſorum gaudent immunitate eccleſiæ.n.49.
Pomaria,& horti qui ſunt intra clauſuram monaſteriorum Religioſorum gaudent immunitate eccleſiæ. n.50.
Granciæ Monaſteriorum gaudent immunitate eccleſiæ.n.51.
Clauſtra,cellæ, & Domus clericorum ſæcularium communiter viuentiũ gaudent immnnitate.n.52.
Cęmeterium conſecratum,ſeu benedictum ab Epiſcopo gaudet immunitate eccleſiæ.n.53.
Septa cęmeterij gaudent immunitate eccleſiæ.n.54.
Porticus cœmeterij gaudet immunitate.n.55.
Oſtium cęmeterij immunitate gaudet. n.56.
Cęmeterij immunitas non extenditur vltra illud etiam per duos paſſus.nu.57.
Cęmeterium benedictum non ab Epiſcopo ſed à ſimplici ſacerdote, gaudet immunitate eccleſiæ.n. 58.
Cœmeterium etiam ſeparatum ab eccleſia, dato quòd ab Epiſcopo non ſit conſecratum nec à ſimplici ſacerdote benedictum,gaudet immunitate eccleſiæ ſi aliquis Chriſtianus mortuus cum eccleſiaſticis officijs, licentia Epiſcopi, & voluntate Domini loci ibi ſit ſepultus. n.59.
[C]œmeterium interdictum, vel pollutum gaudet immunitate eccleſiæ, ſiue ſit contiguum, ſiue ſeparatum ab eccleſia.n.60.
Delinquens qui non habet totum corpus in eccleſia, vel cœmeterio, ſed tantum caput, manum, vel pedem, gaudet immunitate eccleſiæ.n.61.
Oratorium publicum gaudet immunitate eccleſiæ.n.62.
Oratorium publicum eſſe ex quibus coniecturis præſumatur, & in quo differat ab eccleſia.n.63.
Oratorium priuatum non gaudet immunitate eccleſiæ, dato quòd ibi cum licentia epiſcopi miſſa celebretur.n.64.
Hoſpitalia Epiſcopi auctoritate fundata gaudent immunitate eccleſiæ n.65.
Hoſpitalia laicorum abſq; auctoritate epiſcopi fundata,nõ gaudent immunitate eccleſiæ.n. 66.
Loca pia gaudẽt immunitate eccleſiæ, vt domus ſeminarij, Puellarum, Orfanorum &c.n.67.
Diſciplinatorum ſeu Confratrum domus an gaudeant hac immunitate? nu.68.
Palatium Epiſcopi gaudet immunitate Eccleſiæ, dato quòd ſit ſeparatum ab eccleſia.n 69.
Palatium epiſcopi gaudet immunitate etiam ſi epiſcopus abeſſe contingat.n.70.
Palatium epiſcopi gaudet immunitate etiam poſt mortum epiſcopi. n.71.
Palatium epiſcopi non gaudet immunitate quando fuerit alijs locatũ, vel ad laicorum vſum deſtinatum. n.72.
Palatium epiſcopi extra diœceſim poſitum nõ gaudet immunitate.n.73

Palatium Epiſcopi, vbi manet per paucos dies, vel menſes, non gaudet immunitate. n. 74.

Palatia Illuſtriſſimorum Cardinaliũ gaudēt immunitate eccleſiæ. n. 75.

Domus Clericorum quæ ſunt intra atrium eccleſiæ, vel intra ſpatium 40. vel 30. paſſum circum circa eccleſiam, gaudent immunitate eccloſiæ. n. 76.

Delinquens, vel condemnatus ad mortem tangens presbyterum portantem ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum gaudet immunitate. n. 77.

Propter quòd vnumquodq; tale, & illud magis. n. 78.

Delinquens gaudet immunitate non ſolum quando tangit Sacerdotem geſtantem Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, ſed etiam quando tangit haſtam baldacchini, vel immiſcet ſe inter illas perſonas aſociantes. n. 79.

CAPVT IV.

Explicatis dubitationibus quæ de Iudice Immunitatis eccleſiaſticæ occurrere ſolent, nunc videndum eſt, Quæ nam eccleſiæ, locaq; ſacra hac immunitate gaudeant.

1 COmmune Doctorum axioma eſt, eccleſiam auctoritate Epiſcopi fundatam per impoſitionem primi lapidis, & cultui, & Miniſterio diuino dedicacatam, & conſecratam: & in qua diuina myſteria, & officia celebrātur, gaudere hoc immunitatis priuilegio, vt delinquentes ad illam confugientes per vim ab ea extrahi non poſsint. Hoc manifeſtè patet ex c. Miror, c. Reum, c. Frater, & cap. Diffiniuit 17. q. 4. & c. Inter alia de immun. eccleſiæ, & docent Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. n. 1. Syl. in verbo immunitas 3. q. 1. n. 1. & communiter Doctores in d. c. inter alia, & Clarius patebit infra c. 5. n. 1.

2 Amplio primò ſupradictũ axioma procedere dato, quòd Sanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ibi non ſeruetur, vt tenent communiter Doctores, teſtè Bonacoſſa in ſuis commu. opin crimin. p. p. ſub verſ. eccleſia habet immunitatem fol. 56. col 2. quem refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. p. p tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. nu. 34. dicens ab hac opinione non eſſe recedendum, & Marius Italia de immun. eccleſiarum lib. 1, c. 4. §. 3. n. 5.

Amplio ſecundò, ſupradictum axioma procedere in eccleſia conſecrata, dato quòd diuina myſteria, vel officia ibi non dum ſint celebrata.

3 Probatur primò; Quia ſicut electus in epiſcopum tunc proprie dicitur epiſcopus cum conſecratus eſt, ita etiam eccleſia cum conſecrata eſt, ſimpliciter, & proprio ſumpto vocabulo eccleſia eſt: ita docet gloſ. 1. in c. 1. De Religioſis domibus: Ergo dicto priuilegio immunitatis gaudere debet.

Secundò, conſecratio fit cum celebratione Miſſæ, vt patet in Pontificali Romano tit de eccleſiæ dedicatione, ſeu conſecratione, &

c.2. & cap. De fabrica de conſecr. diſtin. 1. ergo in eodem tempore conſecratur, & celebrantur diuina myſteria. Et dato quòd continge ret ſine miſſa conſecrari (nam licet ſine miſſa eſſe non debeat, tamen ſi aliter fieret teneret conſecratio iuxta opinionem Hoſtienſis in c. Quòd ſicut de electione, & aliorum, quos refert, & ſequitur Sylu, in ſumma verbo conſecratio. 2. nu. 1. quia ſecundum eos, Miſſa non eſt de ſubſtantia conſecrationis) ad hæc tamen in ipſa conſecratione recitatur diuina officia, & ſic illa ſufficiunt ad conſtituendam eccleſiam.

Tertiò non debemus imponere onus, vbi non eſt, ſed nullo iure cauetur, vt eccleſia conſecrata non gaudeat hoc priuilegio immunitatis, niſi diuina myſteria ibi ſint celebrata; & iura ex altera parte dicunt, quòd eccleſia gaudet hac immunitate, nulla facta mentione de celebratione Miſſæ, vel Diuinorum officiorum, vt patet in c. inter alia de immunit. eccleſiæ: ergo cum eccleſia conſecrata ſit ſimpliciter eccleſia, proprio, & ſtricto ſumpto vocabulo, ſequitur quòd dato, quòd diuina myſteria, vel officia in illa non ſint celebrata, gaudeat hoc priuilegio immunitatis; & hanc opinionem tenet Suarez de Relig. tomo 1. tract. 2. lib. 3. c. 9. n. 1.

Nec obſtat c. eccleſiæ de immunit. eccleſiæ nam ibi S. Pontifex loquitur de eccleſia nõ conſecrata, nos vero loquimur de eccleſia conſecrata.

4 Amplio tertiò ſupradictũ axioma procedere in eccleſia conſecrata à proprio epiſcopo, quamuis à principio non ſit auctoritate epiſcopi primum lapidem imponentis conſtructa; & ratio eſt, quia per conſecrationem fit eccleſia, ſicut epiſcopus per conſecrationẽ, & Monachus per profeſsionem, vt docet Gloſ. 1. in c. 1. De relig. Domibus. Sed in oppoſitum videtur obſtare primò tex. in c. Nemo eccleſiam il primò De conſecrat. diſt. 1. in quo dicitur, *Nemo eccleſiam ædificet, antequam epiſcopus Ciuitatis veniat, & ibidem Crucem figat, &c.*

Secundò, In fundatione eccleſiæ primus lapis imponi ſolet ab epiſcopo, vel ab alio eius auctoritate, cum ſolemni benedictione, vt patet in Pontificali Romano tit. de benedictione, & impoſitione primi lapidis pro eccleſia ædificanda, & in Rituali Romano iuſſu Beatiſsimi Pauli Papæ V. edito, Anno Domini 1614 ſub Rubrica, Ritus benedicendi, & imponendi primarium lapidem pro eccleſia ædificanda; ſed hæc ſolemnitas nõ eſt ſeruata in caſu noſtro; Ergo hoc priuilegio immunitatis gaudere non debet.

Sed reſpondetur, quòd licet ſupradictæ ſolemnitates ſeruari debeant ex inſtitutione eccleſiæ Romanæ, tamen non ſunt de eſſentia ſicut conſecratio quæ dat propriũ nomen eccleſiæ: & multoties occurrit, vt domus ædificata propter alium finem, poſtea conſecretur in eccleſiam, vt docet Archid. in c. Nemo il primò de conſecratione diſtin. 1. num. 2. & illa conſecratio

ratio eſt fundatio, & conſecratio ſimul.

Amplio quartò ſupradictum axioma procedere etiam in eccleſia fundata ſine ſolemnitate, & licentia epiſcopi ciuitati, quæ poſtea fit conſecrata ab alio epiſcopo, ſine licentia proprij epiſcopi; & ratio eſt, Quia licet epiſcopus pōtificalia in aliena Diœceſi exercere non debeat abſque licentia epiſcopi Diœceſani, vt patet ex Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 5. ſub Decreto de Reformatione: Nec eccleſiã conſecrare in alienã Diœceſi, niſi ex licentia proprij epiſcopi, vt patet in c. Tua fraternitas de conſecratione eccleſiæ, vel altaris, & docet Syl. in Summa verbo conſecratio 2 q 1 n. 2.

5 Tamen ſi de facto conſecrat, licet peccet, conſecratio tamen tenet; & illa domus conſecrata erit propriè eccleſia, quemadmodum ſi eodem pacto ordinaret aliquẽ ſacerdotem, ille ſacerdos reciperet characterem, & eſſet propriè ſacerdos, & gauderet immunitate fori &c.

Amplio quintò ſupradictum
6 axioma procedere etiam in eccleſia non conſecrata, ſi epiſcopi, vel ſedis Apoſtolicæ auctoritate obſequijs Diuinis ſit dedicata per impoſitionem primi lapidis: & in ea diuina officia celebrentur, nam gaudet ſupradicto immunitatis priuilegio, vt manifeſtè declarauit Gregorius IX in c. eccleſiæ de immun. eccleſiæ, & docent Commun. Doctores Coua. in lib 2. var. reſol. c. 20. n. 3. verſ. 2. & c. Suarez. de relig. tom. 1. tract. 2 lib. 3. c. 9. n. 2. Henr. Boic in c. eccleſiæ de immun. eccleſiæ n. 3. Panor. in eodem c. n. 5. & Remigius de Gonni in ſuo Tract. de immunit. eccleſiæ Regula 1. Ampliatione 1. n. 1.

Amplio ſextò ſupradictum axioma procedere etiam in eccleſia 7 non conſecrata, nec benedicta, Auctoritate tamen epiſcopi primum lapidem imponentis, vel Sedis Apoſtolicæ conſtructa, licet diuina myſteria, vel officia ibi non ſint celebrata, vt docent communiter Doctores quos infra afferemus.

Sed contra ſupradictam ampliationem videtur obſtare tex. in c. eccleſiæ de immunitate eccleſiæ, vbi Gregorius IX. duo videtur requirere ad hoc, vt eccleſia non cõſecrata immunitate gaudeat; Primum vt diuina officia ibi celebrẽtur: Secundum, vt Diuinis obſequijs ſit dedicata; ergo cum vnũ deficiat, alterum non ſufficit adhoc vt immunitate hac gaudeat; & huius opinionis eſt Gloſ. in ſupradicto c. eccleſiæ de immun eccleſiæ, & Decianus nouiſſime in ſuis tract. crim. tom. 2 lib 6. c. 25. n. 8. & c. 24. n. 24.

Communis tamen opinio Doctorum eſt in contrarium (dicentium, quòd ſufficit, quòd locus ſit dedicatus Deo auctoritate Ponticis primarium lapidem imponentis, vel Sedis Apoſtolicæ, dato quòd diuina officia ibi non celebrentur, nec ſint celebrata) ita docet Panor. & alij quos ipſe refert in dicto c. eccleſiæ de immuni. eccleſiæ num. 5 Syluest. in Summa in verbo immunitas primò num. 1. &

Verbo loca ſacra num.8.Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3. c.9. num.4.& 5.Marius Italia de imm. eccleſiarum lib. 1. cap.4. §.3. Ampliat. 3. num. 14.& communiter Doctores quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract.crim. p.p. tom.2.tit.de Carceribus, & carceratis q.28. nu.34. & Iulius Clarus in ſua pract.Crim.§.fin.q.30. verſ. Quaero ſi constructa, nu.4. teſtans de Conſuetudine ita ſeruari Marian.Soccin.in tract. de Citatione art.17 quaeſ.5.Bonifac.de Vita in Clem. 1. de Poenit. & Remiſsione num.32. Remigi. de Gonni,& alij quos ipſe refert in ſuo tract. de immun.eccleſiae Rugul.1.Amplia. 1.nu.1.Et Cardin.Tuſchus Tom.3. concl.9. num.8. lit.E, & probatur ratione.

Primò,ex ratione tex.in d. c.Eccleſiae de immun. eccleſiae in quo tex.S Pontifex fundat deciſionem ſuam in illa ratione, quia obſequijs Diuinis erat dedicata, & ad vſus profanos amplius redire non poterat; ergo videtur quòd ſufficiat dedicatio cum auctoritate Pontificis, vel ſedis Apoſtolicae, dato quòd diuina officia adhuc non celebrentur. & licet in tex. mentio fiat de celebratione Diuinorum officiorum in narratione, tamen in dedicatione ſe fundat; ſaepè enim in narratione ponuntur plura, quia accidetunt ſic in facto; ſed ratio legis eſt ipſa lex:& ratio poſita in diſpoſitione, debet reſtringere, & ampliare dictum ad limites ipſius rationis, vt in l. Cum pater § Dulciſsimis ff.de legat. ſecundo etiam contra verba, vt in l.Non dubium C.de legibus, & in Regula fin.de Regul iuris in 6. & huius opinionis eſt Hoſtienſis,quem refert, & ſequitur Panor. in c.eccleſiae de immunit.eccleſiae, n.5.& 6.

Secundò, impoſitio primi lapidis quae fit per epiſcopum, vel Sedis Apoſtolicae in fundatione eccleſiae fit cum diuinis officijs, vt patet ex Pontificali Romano tit. de benedictione, & impoſitione primi lapidis pro eccleſia aedificāda, & in Rituali Romano iuſſu Beatiſsimi Pauli Papae V. edito Anno Domini 1614. ſub Rubrica, Ritus benedicendi primum lapidem pro eccleſia aedificanda: ergo ſola illa dedicatio ita ſolemniter facta eſt ſufficiens: dato quòd alia Diuina officia ibi non ſint celebrata; Nam eodem tempore Deo dedicatur,& diuina officia à miniſtris eccleſiae celebrantur; Sicut Sacerdos qui ordinatur, eodē tempore ordinatur Sacerdos, & vna cum epiſcopo celebrat ſacrificium Miſſae, & conſecrat, vt latè probat Suarez in 3.p.D.Th.tom.3 diſp.79. ſect.12. verſ. Hic vero poteſt &c.

Vnde dato, quòd aliam Miſſam non celebret, eſt verè Sacerdos.

Tertiò probatur per tex.in l.omnia priuilegia C. de epiſcopis,& clericis,vbi omnia priuilegia conceſſa eccleſijs extenduntur ad Hoſpitalia; ergo fortius eſt dicendū extendi ad eccleſiam non conſecratam,fundatam tamen auctoritate epiſcopi primum lapidem imponentis. vnde ex ſupradictis remanet probata noſtra ampliatio,

ſto, & ſimul reſponſum contrarijs.

9 Amplio ſeptimò ſupradictum axioma procedere etiam in eccleſia quæ auctoritate epiſcopi non eſt fundata per impoſitionem primi lapidis: Nec etiam conſecrata: ſed tantum cum licentia proprij epiſcopi, vel eius Vicarij eſt benedicta (iuxta ritum Romanū vt habetur in Rituali Romano iuſſu Beatiſsimi Pauli Papæ V. edito Anno Domini 1614. ſub tit. Ritus benedicēdi nouam eccleſiam) ad hoc vt ſacrificium Miſſæ, & alia diuina officia publicè ibi celebrētur: Nam gaudet hoc priuilegio Immunitatis, dato quòd diuina officia ibi non dum ſint celebrata, & ratio eſt, quia per illam benedictionem facta cum licentia ordinarij, illa domus facta eſt locus religioſus, & ſacer, perpetuò deputatus & dedicatus Deo, & obſequijs diuinis; Et ad vſus humanos profanos redire non debet, iuxta tex in c. Quæ ſemel &c. Quoniam 19. quæſt. 3. c. Ad hæc de Religioſis domibus. Ergo dicto immunitatis priuilegio gaudere debet.

Præterea ſi in dicta eccleſia benedicta cū licentia ordinarij modo quo ſupra dictum eſt, celebrentur miſſæ, & alia diuina officia, clarum eſt, quòd dicto priuilegio immunitatis gauderet, per tex. in c. eccleſiæ extra de immun. eccleſiæ: ergo dicto priuilegio debet gaudere, dato quòd Miſſæ, vel alia diuina officia ad huc ibi non ſint celebrata: Probatur conſequentia, Quia non incipit eſſe eccleſia propter ſacrificium, vel diuinū officium, quòd ibi celebratur: ſed potius poteſt in illo loco legitimè & iure ordinario celebrari, quia eſt vera eccleſia, cum auctoritate epiſcopi ſit benedicta, & perpetuo dedicata obſequijs diuinis, vt publica eccleſia; Et confirmatur ex ſupradictis Ampliatione ſexta, & hanc opinionem docet Suarez de Religione tomo primo, tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 1. verſ. Imò etiam & nu. 4.

Amplio octauò, ſupradictum axioma procedere etiam in eccleſia non conſecrata: Nec auctoritate epiſcopi loci fundata per impoſitionem primi lapidis iuxta Pontificale Romanum in tit. de benedictione, & impoſitione primi lapidis pro eccleſia ædificanda; Nec cum licentia ordinarij benedicta ad finem, vt ibi celebrentur publicè Miſſæ, ſacrificia, & alia diuina officia, iuxta Rituale Romanum iuſſu Beatiſsimi Pauli Papæ V. editum Anno Domini 1614. ſub Rubr. ritus benedicendi nouam eccleſiam, vt ibi ſacrificium Miſſæ celebrari poſsit: ſed tantum cum licentia ordinarij expreſſa, vel tacita ibi publicè Miſſæ ſacrificia, & alia diuina officia celebrentur, Fideles ad ſonum campanæ publicè poſitæ in campanili, vel ſupra tectum conuocentur ad audiendum Miſſæ ſacrificium, officium diuinum, vel verbum Dei, & multò magis ſi ſanctiſsimum Sacramentū Euchariſtiæ ibi ſeruetur ad publicam venerationem, & adorationem, vel ſit ſignum ſepulturæ ad ſepeliendum, dato quòd nullus ſit 10

ſepultus: Quia ſi aliquis Chriſtianus mortuus ibi eſſet ſepultus, cum officijs diuinis, & licentia expreſſa, vel tacita ordinarij loci, tunc ex ſola ſepultura factus eſſet ille locus Religioſus, & Deo dicatus, & ad vſus profanos conuerti non poſſet, vt patet ex ſupra dictis c. 1 n. 14.

Probatur ſupradicta ampliatio, Primò nam publicè Miſſæ ſacrificia, & diuina officia per eccleſiaſticos celebrantur, & omnes fideles conuenire poſſunt ad audiendum, ſignum eſt loci religioſi, & quòd ſit Deo ad diuinum obſequium dedicatum; ita docet Panormitanus in c. Inter dilectos de donat. n. 8. & c. Patentibus de Priuilegijs num. 1. & Sylu. in Summa verbo loca ſacra nu. 4. & 5. Archid. in c. Nemo il primò de conſecrat. diſt. 1. nu. 3 & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Ampliatione 1. num. 7. & Ampliat. 2. num. 8.

Secundò, Dum fideles ad ſonum campanę poſitę in campanili, vel ſupra tectum conuocantur ad audiendum Miſſam, vel ad audiendum verbum Dei & c. ſignum eſt loci religioſi, & publicè Deo eſſe dicatum: Nam in iſtis tantum locis conuocari ſolent fideles ad audiendam Miſſam, & diuina officia hoc ſigno dato, vt docet Panorm. & Syueſt. in locis præallegatis.

Tertiò ſanctiſsimum Sacramentum Euchariſtiæ ad publicam venerationem, & adorationem non niſi in publicis eccleſijs ſeruatur de conſuetudine vniuerſali eccleſiæ.

Quartò, Sepulturæ ſignum præſumptionem affert locum illum eſſe Deo dicatum ad officium Sepulturæ, vt docet Archid. quem refert, & ſequitur Sylu. in verbo loca ſacra n. 5.

Vnde ex ſupradictis colligitur quid ſit locus religioſus, & eccleſia largo ſumpto vocabulo, & ſecũdum communem vſum, & tacitè dedicata obſequijs diuinis auctoritate epiſcopi, vt docet Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Reg. 1. Ampliat. 1. nu. 7. & Ampliat. 2. n. 8. Nec ſine eius conſenſu immutari poteſt, vt docet Archid. in cap. Nemo il primo de conſecr. diſtin. 1. ergo dicto priuilegio immunitatis gaudere debet.

11 Amplio nonò, ſupradictũ Axioma procedere etiam in eccleſia interdicta.

Probatur primò. Quia inter effectus interdicti non ponitur, vt priuet eccleſiam hoc priuilegio immunitatis pro eo tempore quo eſt interdicta, vt videri poteſt apud Doctores tractantes de effectibus interdicti; ſed interdictum non plus operatur quam de iure ſtatutum ſit; Neque extendendum eſt, cum ſit pœnale, & in magnum præiudicium eccleſiæ: Igitur eccleſia interdicta gaudet ſupradicto priuilegio immunitatis.

Secundò, Clericus interdictus, vel excommunicatus non priuatur durante excommunicatione, vel interdicto priuilegio Canonis ſi quis ſuadente diabolo 17. q. 4. Nec priuilegio fori, vt docet Pan.

in

in c.eccleſiæ de immunit. eccleſiæ
12 nu.8 & Henricus Boich in eodem
c.eccleſiæ num.14.& ratio eſt,quia
cenſuris irretiti priuilegia non
amittunt,vt docet Vgol. de cenſu
ris eccleſiaſticis in genere Tabula
1.c.13.§.15.n.7.cum ſeq.ergo neq;
eccleſia interdicta amittit hoc pri
uilegium.

Tertiò, peccata debent tenere
13 ſuos authores c. Quæſiuit De his
quæ fiunt à maiori parte Capitu-
li;ſed eccleſia non peccauit; Igi-
tur priuari non debet ſuo priuile-
gio immunitatis.

Nec obſtat c eccleſiæ de immu.
eccleſ. quòd forſan repugnare vi-
detur dum dicit, in qua diuina of
ficia celebrantur; Sed in eccleſia
interdicta non poſſunt officia ce-
lebrari; Ergo immunitate gau-
dere non debet; Nam reſpon-
detur, quòd non requiritur vt
diuina actu celebrentur ad hoc
vt immunitate gaudeat, ſed ſuffi-
cit eſſe locum ad illud deſtinatũ,
itavt non poſſit ad vſus profanos
conuerti. Doctores communiter
teſte Gabriele Rom.in lib.1.Cõm.
concl.de Præſumpt.concl.12.n.17.
quem refert, & ſequitur Marius
Italia de immun. eccleſiarum lib.
1.cap.4.§.3. num.8.

Et hæc eſt communis opinio
Doctorum teſte Syluef.in Summa
verbo immunitas primo quæſt 1.
num.1.& docet Goffred.in ſua Sũ-
ma tit.de immun.eccleſ.Hoſtienſ.
in Summa eod.tit §. In quantum
col.2.verſ.ſed numquid hoc priui-
legium Cardin.Tuſchus tom 3.re
ceptarum concluſionum lit.E,cõ-
cluſ. 9. nu.9. Suarez de Religione
tom.1.tract.2.lib.3 cap.9.n.6. Iu-
lius Clar. in ſua pract. crim.§.fin.
q.30.verſ.Idem etiam n.5. Marius
Italia de immun.eccleſiarum lib.
1.c.4 § 3.Ampliat.1.num.7 & alij
quos refert,& ſequitur Farinacius
in ſua practica Criminali par.2.
tomo 2. tit. de carceribus, &
carceratis quæſt. 28 num. 35. &
Remigius de Gonni in ſuo tract.
de immunit. eccleſiæ Ampliat.
14.

Decianus verò in ſuis tract crim.
tom.2.lib.6.c.25.n.20.limitat hãc
ampliationem nõ procedere quo
ad homines de populo propter
quorum delictum, vel contuma-
ciam interdicta fuit eccleſia, ſed
bene procedere quoad peregri-
nos; Vnde vult Decianus,vt non
ſolum illæ perſonæ de populo quę
culpa ſua cauſam dederunt inter-
dicto priuentur hac immunitate,
ſed etiam aliæ quæ non peccaue-
runt; Et ratio eſt,vt qui non pec-
carunt procurent vt peccatores
reſipiſcant.

Sed quia exceptio firmat regu-
lam in caſibus non exceptuatis,
c.Dominus 32. q.7.l.Tribunus §. 14
vltimo ff. de Militari teſtam.l Nã
quòd liquide §.fin.ff.de Pen.legat.
Cagnol.in l. 1.ff.de Reg.iuris n.31.
Decius, & Gloſ. ibidem & Suarez
de legibus lib.8 cap.19.n 6. in fi-
ne, ſequitur quòd cum hæc limita-
tio Deciani non ponatur in præ-
ſenti conſtitutione inter exceptio
nes quæ ibi ponuntur. Nec in iure
inueniatur expreſſa, Nec nos illã
ponere debemus; Vnde etiam illi

qui cauſam dederunt interdicto
15 non priuantur immunitate eccleſiæ, vt docet Cardin. Tuſchus in tom.3.concl.9.dicens hanc opinionem eſſe communem, & clarius patebit infra ſuo loco cap. 11.n.2. verſ.Amplio &c.

16 Amplio decimò, ſupradictum axioma procedere etiam in eccleſia polluta. Probatur primò, Nam, licet ſit impedita quoad diuina officia, & ſepulturam ad terrorem fidelium, non tamen à iure Canonico (à quo eſt introductum hoc impedimentum) priuatur hoc priuilegio immunitatis.

Secundò eccleſia non peccauit neque in ſe fuit diminuta, & priuata ſua ſanctitate, & immutabiliter manet Deo dicata: ergo priuanda non eſt ſuo priuilegio immunitatis.

Tertiò eccleſia polluta non priuatur alijs immunitatibus, ergo neque iſta.

17 Quartò, Afflictis, afflictio dari non debet c.1.de Clerico ægrotante c. Cum percuſsio 7.q.1. ſed eccleſia ſatis eſt afflicta dũ per pollutionem ei ſubtrahitur obſequiũ ſeruitutis: ergo non eſt alia afflictio ei addenda, priuãdo eam immunitatis priuilegio; & hanc opinionem tenet Suarez de Religione tom.1 tract.2.lib.3 c 9 n.6.

18 Amplio vndecimò ſupradictũ axioma procedere ad oſtium eccleſiæ, vnde qui manu tangit portam eccleſiæ non valens intrare ex quo eſt clauſa, gaudet hoc priuilegio immunitatis, itaut de ea extra hi non poſsit nec capi, ſicut nõ poſſet de eccleſia quia eſt priuilegiata ſicut ipſa eccleſia: ita colligitur ex l. præſenti §. Sane C. de ijs qui ad eccleſ. confug. & Bart. ibi Not. 2. dicit quòd priuilegium, quòd habet eccleſia competit etiã finibus eccleſiæ: & ſupradictam ampliationem tenet expreſsè Angel. Aret. in ſuo trac. de Maleficijs in verbo ſexto quòd fama q.4 & in verbo ſcalis S. Petronij col. 4. & ſequenti, Couar. in lib.2.var.reſol. c.20 n.18, Suarez de Relig.tom.1. tract.2.lib 3.cap.9.n.8.& Decianus in ſuis tract.crim. to.2.lib.6.c.25. n.17.

Quæ ampliatio procedit dato quòd eccleſia non habeat paſſus nec porticum, vt docet Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ, Ampliatione 8.verſ.ſi vero eſt eccleſia quæ non habet paſſus &c.& Flor.de S.Petro in l.Quidam libertus in fine. ff. de ſeruit. Vrban. Præd. quem refert Remig. vbi ſup.

Amplio duodecimò ſupradictum axioma ad ſcalas eccleſiæ, 19 ex quo loco delinquentes extrahi per vim non poſſunt, non aliter ac ſi ad ipſam eccleſiam cõfugiſſent. Et hoc propter riuerẽtiam ipſius eccleſiæ ita docet Farinacius in ſua pract.crim.part. 1.tom.2.q.28 tit.de carceribus, & carceratis nu. 14. Angelus in ſuo tract. de Maleficijs verbo In ſcalis fol. 103. col. 1. Marius Italia de immun.eccleſiarum lib.1.c.1.§.6.nu. 21. Nauar.in Manuali c.25.n.18.circa medium, ibi, graduum.

Amplio tertiodecimò ſupradictum axioma ad Clauſtrum eccleſiæ 20 ita docet Farinacius in loco præal-

præallegato, Ludoui.Rom.conſil. 227.Ioães de Viſchis in ſuo trac. de immu. eccleſiæ n.13.Remigius de Gonni in ſuo tract.de immun. eccleſiæ Ampliat.12,n,3.

Clauſtrum enim eſt locus clauſus priuãs habitantes in eo ne paſſim vagari liceat, vt ſunt clauſtra Religioſorũ, ita docet Remigius vbi ſup.Ampliat. 12. n.3.ſunt etiã alia clauſtra vulgariter ſic nominata,vt ſunt illa Clauſtra quę ſunt annexa ipſis eccleſijs,& vulgariter vocantur clauſtra, & in aliquibus ſunt ſepulturæ aliquæ ad ſepeliendum, & ſunt iſta clauſtra cooperta de ſuper, & coniuncta parieti eccleſiæ,ita Remigius in loco prę-allegato n.5.in fine.

21 Amplio quattodecimo ſupradictum Axioma ad Atrium eccleſiæ, vt patet in Canone ſi quis in atrio in Can. Si quis contumax & Can.Id cõſtituimus 17.q.4.in quibus iuribus clare habetur,quòd fugiens ad Atrium eccleſiæ gaudet immunitate eccleſiæ,& docet Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Ampliat. 10 Farinacius in ſua prac.crim.p.p.to.2 q.28.tit.de carceribus,& carceratis n.14. Et Card. Tuſchus tom.3. Receptarum concluſionum lit.E, concluſ.9. n.7.

Atrium enim varijs modis accipitur, vt patet ex Remigio de Gonni in ſuo tract.de immun.eccleſiæ Ampliat.10.tamen quo ad propoſitum noſtrum,atrium propriè eſt genus ædificij ante ædes ſacras,vt Atrium libertatis: Vnde Cicero pro Milone, Quæſtiones vrgent Milonem, quæ ſunt habitæ in Atrio libertatis, ita habetur in Theſauro linguæ latinæ, verbo Atrium.

Amplio quintodecimò ſupradictum Axioma,vt non ſolum eccleſia quo ad internum ambitum ſuum,ſed etiam quo ad totam ſuã fabricam, ſeu habitationem, eccleſiæ coniunctam, gaudeat hoc priuilegio immunitatis. Et ratio eſt. 22

Primò,Quia nomine eccleſię lata ſignificatione, & in communi modo loquendi vſitato (quo ad hanc immunitatem) ſupradicta fabrica comprehenditur.

Dixi (quoad hanc immunitatẽ) quia nomine eccleſiæ vt pollui poteſt non comprehenditur domus coniuncta, nec Campanile, nam in hoc differunt, vt docet Suarez de Religione tom. 1.tract,2.lib.3. c 9.n.7. 23

Secundò quia conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres c.cum dilectus de conſuetudine ita expoſuit. 24

Tertiò quia, quæ religioſis locis adhærent,religioſa ſunt l.Quæ religioſis. ff de rei vendicatione c Si quis contumax 17.q.4 Nam acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis c.Acceſſorium de reg. iur.in 6. 25 26

Quartò, Hanc opinionem docet Suarez de Religione tom. 1. tract 2. lib 3. cap 9 num.7.& Marius Italia in ſuo tract.de Immun. eccleſiarum lib.1.cap.4 § 6 nu.4. & 5.& in facti contingentia declarauit Senatus Mediolanenſis die vltimo Octobris Anni 1559. iubẽs Pretori Papię,vt reſtitueret eccle-

fiæ

ſiæ quendam Pitium imputatum de vxoricidio, capto in cubiculo cuiuſdam domus ſitę intra 16. paſſus ab eccleſia maiori, dummodo ipſa domus cohæreat eccleſiæ, & ſit ipſius eccleſiæ, ita refert Iul. Clar. in ſua pract. Crimin. §. fin. q. 30. verſ. Hinc eſt n. 2. & multò magis procedit dicta ampliatio quādo Reus confugit ad Sacriſtiam, vt teſtatur Decianus in ſuis tractatibus Criminalibus lib 6. c. 24. num. 33.

Fallit verò ſecundum aliquos
27 ſupradicta ampliatio, vt non habeat locum in Apotheca, vel domo quæ locatur laicis, habente portam ad viam publicam, dato quòd habeat etiam aditum ad atrium, vel cortile domus Eccleſiæ, nam non debet gaudere hoc priuilegio immunitatis. & ratio eſt, quia cum ille locus non deſeruiat ſoli eccleſiæ, ſed ſit communis alijs non comprehenditur ſub dicto priuilegio; ita docet Paulus de Caſtro, & Alexander, & præcipuè Iaſon in l. Pleriq; n. 17. ff. de In ius vocando, & Angelus de Claua in ſua ſumma in verbo immunitas. §. 21.

Decianus vero in ſuis tract criminal. tom. 2. lib. 6. cap. 25. nu. 16. tenet, quòd etiam domus habitata per Laicos gaudeat hac immunitate, ſi ſit intra ſpatium quadraginta, vel triginta paſſuum. Et rationem reddit, quia hæc immunitas datur loco non autem perſonis, & ideo ſatis eſt, vt adhæreat eccleſiæ, vel ſit in a quadraginta, vel triginta paſſus ad hoc vt gaudeat hac immunitate, quam opinionem tenet etiam Villagut. de Extenſ. leg. tit. de Extenſ. immun. eccleſiæ num. 88. quem refert, & ſequitur Alexander Ambroſinus in ſuo Tract. de Immunit. eccleſię in Bullam Gregorij XIV. cap. 10. num. 8.

Quæ Deciani opinio eſt vera non ſolum quando Laici, qui habitāt domus, inſeruiunt ipſi eccleſiæ, vt in pluribus locis videri ſolet, vt laici qui inſeruiunt eccleſię, vel monaſterio habitent in domibus eccleſiæ, & ita tenet Marius Italia contra dictum Decianum in ſuo tract. de immu. eccleſiarum lib. 1. c. 4. § 6. nu. 6. verſ. hinc etiam reijcitur &c. & Angelus de Claua in ſua ſumma verbo Immunitas. §. 21. Sed etiam quando locatur laicis, qui eccleſiæ non deſeruiūt, & ſic eſt vſu recepta.

Amplio Sextodecimò ſupradictum Axioma procedere etiam ad Ambitum ſeu circuitum eccleſiæ videlicet per quadraginta paſſus circum circa eccleſiam matricem, vt in cap. Sicut antiquitus 17. quæſt. 4. & per paſſus triginta circa alias eccleſias non matrices, cap. Deffiniuit &c. Quiſquis 17. quæſtione 4. & ita docent Abbas Henric. & alij Doctores in c. Eccleſiæ extra de immun. eccleſiæ Sylueſt. in ſumma verbo Immunitas tertio ī principio Boſſius in ſua pract. crimin. tit. de captura nu. 3. in fine. Iul. Clar. in ſua pract. crimin. §. fin q. 30. verſ. Hinc eſt & c. Oldrad. conſ. 55. Romanus conſ. 227. n. 1 in fine, & Communiter Doctores quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. 28

par. 1 tom. 2 q 28. tit. de carceribus,& carceratis nu. 12 Et Cardinalis Tuſchus tom 3 practicarum concluſionum concluſ. 9 num 1.& concluſ 10 n 4 & 5 vbi poſt alios (nempè Bart. in l. item apud labeonem § cum vitiu n ff de iniurijs. Angelus Aret in tract de Maleſic. verbo in ſcalis S. Petronij Romanus conſ. 227 ſpectabilis domine, Iaſon in l plerique col. 2. ad finem. ff. de In ius vocando, Abbas, & alij in c. pen. de immun. eccleſiæ Soccin. in tract. de citat. art. 17. in 5. quæſt. col. 2. Hoſt. in ſumma tit. de immunitate eccleſiæ § In quãtum) quos allegat, firmat quòd captura facta in dicto loco infra 30. vel 40. paſſus ſit nulla. Et quòd
29 etiam parte non opponente Iudex debet ſupplere, & captum relaxare.

Dicit etiam in dicta cõcluſ. 10.
30 nu. 18. quòd ſufficit ſola atteſtatio exequutoris de captura facta in eccleſia, & ratio eſt, quia eius atteſtatio dicitur de actis, & facit notorium, vt in ſpecie reſpondit Romanus conſ. 227. n. 3. circa finẽ, & Decianus in ſuis tract. crim. to. 2 lib. 6. c. 29. n. 10. verſ. Quòd ſi nuncius &c.

Et licet Ioannes de Viſchis in ſuo tract de immun. eccleſiæ n. 12. & ſequent. dicat quòd iſti paſſus tunc gaudent immunitate, quando quis prius fugit ad eccleſiam, & poſtea egreditur ad dictos paſſus: ſi vero non ingrediatur ad eccleſiam, ſed fugiat ad dictos paſſus & ibi remaneat, in hoc caſu dicat nõ gaudere hac immunitate: tamen ſupradicta iura, & ſupradicti Doctores abſolutè, & indiſtinctè loquuntur, & propterea ſupradicti paſſus gaudent hac immunitate, dato quòd fugiens prius non 31
ingrediatur ad eccleſiam, vt docet Remigius de Gõni in ſuo trac. de immun. eccleſiæ Ampliat. 6. n. 5 verſ. Eſt aduertendum, & n. 6. verſ. Sylueſtrinus &c Cardin. Tuſchus tom. 5. Practicarum concluſ. lit. I, concluſ. 59. nu 27. Fœlin. in c Cum prò cauſa de ſentent. excommunicationis nu. 2 verſ. Nota quòd violans, & Angelus de Malefic. verbo In ſcalis n. 3.

Præterea ſunt aliqui Doctores, 32
qui dicunt ſupradictam ampliationem debere intelligi de eccleſijs extra muros ciuitatis conſtructis, ſecus verò de ijs quæ ſunt intra muros, & ita vſum obſeruare, vt docet Igneus in l. 1. in principio. ff. ad Syllanian. n. 58. Couarr. in lib. 2. var. reſolut. c. 20 n. 5. Oldr. conſ. 55. & Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 25. nu. 9. Sed opinio iſtorum eſt contraria Iuribus ſupradictis quæ indiſtinctè loquuntur de eccleſijs, & dum lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus l. De pretio. ff. de Pub. 33
in rem act l. Præſes, ff. de officio Præſidis. Amplius ſupradicta Iura dicunt, quòd non ſolum eccleſia matrix; ſed etiam aliæ eccleſiæ nõ matrices gaudent hac Immunitate: Sed eccleſia matrix ſemper ſolet eſſe intra muros ſeu parietes ciuitatis, vel terræ: ergo dum eadẽ iura loquuntur de vtriſq; eccleſijs & eccleſia matrix ſemper ſolet eſſe intra muros ciuitatis, ſequitur quòd intelligãt etiam de alijs eccleſijs

eccleſijs non matricibus, quæ ſunt intra muros Ciuitatis,& tãto magis quia nullam mentionem faciunt de muris ſeu parietibus:Vnde nullo pacto eſt diſcedẽdum ab ampliatione ſupradicta quæ eſt commun.à DD.approbata.

Nec obſtat vſus(ſeu abuſus)quẽ ipſi afferrunt,nam Card. Tuſchus in tom.4 practicarum cõcluſ. lit. I,concluſ. 59.n. 18. & ſeq. late probat contrariam conſuetudinem non valere, & ibi reſpondet contrarijs.

34 Fallit ſupradicta ampliatio in eccleſijs ſeu cappellis quæ ſunt intra ambitum murorum Caſtelli, in quo propter loci anguſtiam nõ poteſt hoc ſeruari, vt habetur in c.Quiſquis inuentus 17.q 4.& docet Marius Italia in ſuo tract. de immunit.eccleſiarum lib 1.cap.4. §. 6. num. 2. Suarez de Religione tom.1.tract.2 lib.3. cap.8. num.3. Syluester in Summa verbo Immunitas 3. quæſt. 1. num. 1. & Gloſ. in c. ſicut antiquitus 17. quæſt. 4. in verbo paſſus.

Sed aduertendum eſt, quòd licet Doctores communiter conueniat in dicta ampliatione,tamen magna difficultas eſt inter eos quomodo ſumantur iſtis paſſus & Marius Italia in ſuo tract.de imm. eccleſiarum lib.1. cap.4 § 6. exactè tractans hanc difficultatem, & reijcit opinionem multorum, & præcipuè illorum, qui capiunt hos paſſus pro quibuſvis diſtantibus per circuitum eccleſiarum, etiam ſi fuerint viæ publicæ, vel domus laicorum, ipſe vero nu.4. & à num.19. vſque ad finem capitis dicit, quòd prædicti paſſus ſumuntur pro clauſtro ipſiuſmet eccleſiæ,& domibus clericorum, ſeu aliorum religioſorum, quæ deberent eſſe ſitæ,& poſitæ intra eoſdẽ paſſus, in quibus aliæ domus eſſe non debent, quòd probat ex cap. Quiſquis 17.quæſ.4.iuncta gloſ.in verb Domos.Quæ opinio licet mihi placeat, tamen non ſumi debẽt paſſus ſupradicti pro clauſtro tantum eccleſiæ, & domibus clericorum, vel religioſorum, quæ ſunt ſitæ intra eoſdẽ paſſus, & ſeruiunt ipſi eccleſiæ;ſed etiam pro plateis diſcoopertis, quæ ſolent eſſe ante Ianuas & in circuitu eccleſiæ: dũmodo ſint,& pertineant ad ipſam eccleſiam, (ſecus verò de vijs publicis,domibus,vel pomarijs priuatorum,ſiuè ſæcularium,ſiuè clericorum,qui nõ ſeruiunt dictæ eccleſiæ, & ſunt intra dictos paſſus. Marius Italia de immu eccleſ lib. 1 cap 4 § 6. nu. 18 verſ.Hinc ergo &c.) Card. Tuſchus in tom.4 practicarum concluſ.59 n.18 & ſeq.

Paſſus enim eſt menſura quinq; pedum,pes autem ſpatium quindecim digitorum,ita Sylu.in ſumma verbo immunitas tertio q. 1. nu.1 & Iſidorus,quem refert,& ſequitur Gloſ.in c. Sicut antiquitus 17. q 4. in verbo paſſus,& Cardin. Tuſchus in tom. 3. Practicarum concluſionum concl.9.num 2. alij vero Doctores, quos refert, & ſequitur Couar.in lib.2.var.reſ.c.20. n.5.dicunt,quòd pes continet decem,& ſex digitos tranſuerſos, cõcordat verò de menſura paſus Columella in lib.5.de Re ruſtica c.1. quem refert ſimiliter, & ſequitur 35

Couarr.

Couarr. in loco præallegato.

Et ſunt menſurandi dicti paſſus non à candelabro poſito in eccleſia, vt aliqui Doctores dicunt, ſed à muris ipſius eccleſiæ, vt docet Alexander Ambroſinus in tractat. de immunit. eccleſiæ in conſtitut. Gregorij xiv. cap. 10 num. 4. in fine, cuius ſententiæ me ſubſcribo Nam alias eccleſia non haberet iſtos paſſus ſaluos, & integros ſi tota ipſa eccleſia computaretur.

Amplio decimoſeptimò ſupra-
36 dictum axioma procedere ad ſepta eccleſiæ, c. Metuentes 17. q. 4. & c. Frater eadem cauſa, & quæſtione: Decianus in ſuis trac. crim. tom. 2. lib 6. c. 25. nu. 13. Remigius de Gonni in ſuo tract. de Immun. eccleſiæ Ampliat. 11. n. 2. & Card. Tuſchus tom. 3. concluſ. 9. n. 3. Se-
37 pta enim dicuntur loca omnia, quæ ſæpè aliqua, vel aliquo muro, aut tabulaio ſunt circundata, tam quam vallo quodam munito, vt probatur in Clem. 1. §. Præfata quoque de ſtatu monachorum, & in c. 2. in fine de cenſibus, & in l. 1. §. Septa de Riuis, & docent Decian. Remig. de Gonni & Card. Tuſchus in locis præallegatis.

38 Amplio decimo octauò ſupradictum Axioma procedere ad porticum eccluſiæ, vt patet ex Can. Si quis contumax 17. q. 4 vbi inquit tex. quòd extrahens fugientem de porticibus eccleſiæ puniri debet, & patet etiam ex l. Pateant (quæ eſt tertio loco poſita in aliquibus Codicibus, quia non in omnibus reperitur) C. de His qui ad eccleſiam cõfugiunt, ibi, *atq; porticibus*

Et Matth. de Afflictis in tract de iure prothomiſeos in 2. vol. nu. 15. dicit, quòd fugiens ad porticum eccleſiæ gaudebit immunitate tenus eccleſiæ per dict. c. ſi quis contumàx. Iaſon in l. plerique; ff. de in Ius voc. col 3. in principio dicit, quòd in porticibus circa eccleſiã non poteſt quis capi. Panorm. in c. pen. de Immun. eccleſiæ col. fin. dicit, quòd porticus eccleſiæ, adhærens gaudet hac immunitate, Idem dicit Ancha. conſ. 160. & idẽ latè docet Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Ampliat. 7. n. 4 & Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiæ lib. 1. c 4. §. 6. n. 19 Et procedit dicta ampliatio dato, quòd porticus ſe extendat vltra paſſus priuilegiatos, vt docet Alex. conſil. 145. num. 12. & ſeq. lib. 7. & Card. Tuſchus tom 3. practicarum cõcluſionum concl 9 n. 3. & 6.

Porticus enim, quoad propoſi- 39
tum noſtrum, eſt locus, qui adhæret, & eſt coniunctus, & præeſt portæ eccleſiæ, & eſt deſuper coopertus, & diſcoopertus ante; ita docet Remigius de Gonni in loco præallegato n. 2. & Bart. in l. Quòd conclauè in princip. ff. de damno infecto.

Amplio decimonono ſupradi- 40
ctum axioma procedere etiam ſi delinquens ſit ſupra tectum eccleſiæ, id eſt ſuper tegulas, nam gaudet ſupradicto immunitatis priuilegio.

Probatur primò, quia cum ſit intra ſitum eccleſiæ, dicitur eſſe in eccleſia: Nam ibi dicitur aliquis
eſſe propriè, vbi pedes habet, licet 41

à tali

à tali corpore non circundetur; Vnde corpus Chriſti eſt in Cœlo quia pedibus calcat ſuperficiem conuexam cœli,licet à corpore cęleſti non circundetur, vt docet D. Thom.in 3.p.q.57.art.4 in reſponſione ad 2.

Secundò,illæ tegulæ,ſuper quas manet, ſunt religioſæ, & in profanos vſus conuerti non debent, vt probatum eſt in prænotandis c. 1. nu.14 ſed delinquens à loco religioſo per vim auelli non debet,vt docet Suarez de Relig to.1.tract. 2.lib.3.c.9.n.9.Ergo gaudet dicto priuilegio immunitatis.

Tertiò,Si delinquentes,qui ſunt in ſcalis eccleſiæ gaudent hoc priuilegio immunitatis, & ab illis per vim extrahi non poſſunt, non aliter ac ſi in ipſam eccleſiam cōfugiſſent , vt ſupra probatum eſt Ampliat.11.& tamen pedibus tātum ſunt in loco religioſo;ergo ſimiliter in caſu noſtro

Quartò Priuilegia eccleſiæ ſunt
42 potius amplianda,quam reſtringenda, & hanc opinionem tenet Suarez de religione tom.1.tract.2 lib.3.c.9.nu.8.& Marius Italia de Immunitate eccleſiarum in Bullā Gregorij xiv.lib.1.cap.4.§.9.n.24. & 25.

Sed in oppoſitum poſſet aliquis
43 dicere , quòd ſi ſanguis humanus iniurioſè effundatur ſupra tectum eccleſiæ,non polluitur ipſa eccleſia,vt docet Gloſ.in c.1.de conſec. eccleſiæ,vel altaris lib.6.Nauar.in Manuali cap. 27. nu.256. Archid. in cap. eccleſijs de conſecr. diſt. 1. Et rationem reddit Gloſ. ſupradicta , quia extra eccleſiam videtur factum.

Reſpondetur, quòd nomen eccleſiæ ſumitur quandoq; ſtrictè, 44
quandoq; largè: Quando tractatur de pollutione eccleſiæ ſumitur ſtrictè, vnde Campanile, atrium, & Domus eccleſię non veniunt nomine eccleſiæ in dicto caſu ; Et ſi ſanguis humanus iniurioſè effundatur in dictis locis, non polluitur eccleſia,vt docet Suarez de religione tomo 1. tract. 2. lib.3. c.9. num.7. Quando vero tractatur de hoc priuilegio immunitatis, tūc campanile,atrium,& domus eccleſiæ veniunt nomine eccleſiæ, vt docet Suarez in loco præallegato ; quia priuilegia eccleſiæ ſunt amplianda,& non reſtringenda.

Amplio vigeſimo ſupradictum Axioma procedere etiam in loco 45
ſubterraneo (nempè in cauerna , vel ſpelunca)ſub eccleſia: Nam cū ſit locus circundatus muris eccleſiæ, gaudere debet eodem priuilegio immunitatis.Præterea ſi locus ſupra tectum eccleſiæ gaudet hoc priuilegio immunitatis, vt probatum eſt in ſuperiori ampliatione; Ergo multo magis locus ſub eccleſia,& hanc opinionē tenet Marius Italia in ſuo tract. de immunitate eccleſiarum lib.1.cap.6.§ 2. n.31. & ſeq.

Sed in oppoſitum poſſet aliquis dicere,quòd ſi homo iniurio 46
ſe occidatur ſub eccleſia , nempè in cauerna,vel ſpelunca,non polluitur eccleſia , vt docet gloſ.in c. vnico de conſecratione eccleſiæ, vel altaris lib.6. in verbo ſanguinis humani.

Reſpondetur, quòd nomen ec-

cleſiæ,

eccleſiæ, quo ad pollutionem ſumitur ſtrictè,& ideo non comprehenditur locus ſupradictus: Quo ad immunitatem verò præſentem ſumitur largè, pro omni loco ſacro, vel religioſo,& ideò comprehenditur, vt probatum eſt in præcedenti ampliatione, in reſponſione ad ſimilem oppoſitionem.

47 Amplio vigeſimoprimò ſupradictum axioma procedere etiam ſi eccleſia non dum ſit perfectè cõſtructa, dummodo ſit locus deſtinatus ad ædificationem eccleſiæ, & ibi fuerit primarius lapis per epiſcopum impoſitus, & conſtructio continuetur, ita Hoſtienſis. Io.Andr. Anchar. Cardin. Abbas Henric Boic.& Felin. quos refert Gabriel Romanus in lib.1.comm. concl.de Præſumpt. concluſ.52. n. 17.& Marius Italia in ſuo tract.de immun.eccleſiarum lib.1.c.4 §.3. Ampliat.4 n.15 Secus verò ſi conſtrui deſinat, quòd arbitrio epiſcopi iudicandũ erit; ita Marius Italio vbi ſup.

48 Amplio vigeſimoſecundò ſupradictum axioma etiam in eccleſia deſtructa, dummodo auctoritate epiſcopi loci non ſit deſtructa, vel nulla ſit ſpes reædificationis; ita docet Remigius in ſuo tract. de immun. eccleſiæ ampliatione 20. dicens eſſe communem Doctorũ opinionem; Clarus in ſua pract. crim.§ fin.q.30.verſ Maius eſt dubium, Farinac. in ſua pract. crim. tomo 2. p.p. tit. de carceribus, & carceratis q.28.nu.70 teſtans etiã eſſe communem Doctorum opinionem, Decianus in ſuis tract. criminal.tom.2.lib.6. c,25.nu.22. Cardin.Tuſchus tom.3.concluſ.9. n.10. Et Marius Italia in ſuo tract. de immun.eccleſiarum in Bullam Gregorij xiv. lib. 1. c.4. §.3. nu.13. ampliat.2.

49 Amplio vigeſimotertio ſupradictum axioma procedere etiam in Monaſterijs Religioſorum. & ratio eſt, quia ſunt loca religioſa, & ſacra, vt patet in toto tit. de religioſis domibus,& ex cap.ligna de conſecratione diſt. 1. Præterea ita de conſuetudine ſeruatur. Et hanc opinionem tenet Suarez de Religione tom.1. tract.2. lib.3. cap.9. n.9 Card.Tuſchus Tomo 3. lit. E. concl.9. nu.4. & concluſ. 10. nu.6. Decianus vol.3.reſp.80 nu.30. Baiardus in addit.ad Iulium Clarũ §.fin.q.30.n.1.in fine, Alex.conſil. 145.n.13.lib.7 Io.Andreas in c.2. de in integrũ reſtit. lib.6.in princ. Domin. ibidem in princip. verbo Quęro quid &c.& Remig.de Gõni in ſuo tract. de imm.eccl.ampl.3. n.9. in fine.

50 Supradictam ampliationem dico eſſe ampliandam etiam in pomarijs & hortis,& domibus familiarium,& animalium, & in omnibus locis, qui ſunt intra clauſuram Monaſterij; nam vna,& eadem res reputantur cum ipſo Monaſterio, vt docet Remigius de Gonni in ſuo tract.de imm.eccleſiæ amplia. 3.nu.11. Et ad maiorem cautelam ita conceſsit Innocentius viij. Seruitis, ſeu Ordini Seruorum Beatæ Mariæ Virginis Anno Domini 1487. vj. Kalendas Iunij Pontificatus ſui anno 3, vt refertur in Compendio Priuilegiorum Societatis Ieſu, tit.immunitas §. 2. Quorum pri-

priuilegio gaudent omnes ferè Religioſi per participationem, ſeu communicationem.

51 Amplio vigeſimoquartò ſupradictum axioma ad Grancias Monaſteriorum Religioſorum Ordinis Ciſtercienſis, & aliorum Ordinum, qui priuilegijs dicti Ordinis Ciſtercienſis, & aliorum Ordinũ, qui priuilegijs dicti Ordinis Ciſtercienſis participant: Nam ex Priuilegio Eugenij Papæ iv. conceſſo dicto Ordini, eorum granciæ gaudent dicto priuilegio immunitatis, vt habetur in eorum Compendio Priuilegiorum tit. Granciæ § 2. & refert Emanuel Rodericus in ſuis quæſtionibus Regularibus tom. 2. q. 75. art 2. Verba autẽ priuilegij hæc ſunt: Quòd granciæ Monaſteriorum Ciſtercienſium, ſicut eccleſiarum atria à prauorum hominum iucurſu, & violẽtia liberæ, & quietæ debẽt eſſe, ita vt nemo in eis hominem capere, ſpolium, aut ruinam exercere præſumat in virtute Spiritus ſancti inhibendo, ſtatuit.

Granciæ ſunt quædam paruæ domus religioſorum, quæ ſunt veluti hoſpitia ipſorum, & membra monaſterij, quæ ſunt ſub poteſtate, & iuriſdictione Prælati Monaſterij, cuius ſunt graciæ.

52 Amplio vigeſimoquintò ſupradictum axioma procedere etiam in cellulis, Domibus, aut clauſtris Clericorum ſæcularium inſtar Religioſorum in communi viuentium, vt ſunt Clerici Congregationis Oratorij B. Philippi Nerei, & alij ſimiles: Probatur ex illis verbis præſentis conſtitutionis Gregorij xiv. *Domibus Regularibus, & ſæcularibus*, Quæ verba idem importare videntur, quaſi dicerent domibus Regularium, & ſæcularium Clericorum in vnum viuentium inſtar Religioſorum, vel Regularium. Probatur etiam ex tex. in l. Pateant (quæ eſt tertio loco poſita in aliquibus Codicibus, quia non in omnibus reperitur) C. de his qui ad eccleſiam confugiunt, ibi, in Cellulis ſiue in domibus, hortulis, balneis, atq; porticibus &c. & ita tenet Marius Italia in ſuo tract. de Imm. eccleſiarum lib. 1. c. 4. §. 5 n. 7 & §. 6. nu. 16. verſ. vnde fugientes &c.

Amplio vigeſimoſextò ſupradictum axioma procedere etiam in 53
cœmeterio conſecrato, ſeu benedicto ab Epiſcopo iuxta formam Pontificalis Romani, tit. de benedictione Cœmeterij, vt patet ex c fin. de immun. eccleſiæ (Dicitur enim conſecratio large loquendo propter epiſcopalem benedictionem: ſed ſtrictè loquendo non eſt conſecratio, quia non fit ibi vnctio cum Oleo ſancto, vt in eccleſia, vel altari, ita docet Syluest. in Summa verbo loca ſacra num. 2.) ſiue ſit coniunctum eccleſiæ ſiue ſeparatum, ita docet Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 24. num. 28. Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de Carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 14. circa medium, Syluest. in verbo immunitas 1. quæſt. 1. num. 1. verſ. ſecundum, Angelus in ſua Summa Angelica eodem verbo num. 10. Henricus Boich in cap. eccleſiæ de immun. eccleſiæ num. 14. Panor. in c. Im-

cap.immunitatem de immunit.ec cleſię n.4. Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de immun.eccleſiæ in Conſtitutionem Gregorij xiv.c.10 n.5. Marius Italia de immunitate eccleſiarum lib. 1.cap.4. §.7. n.28. & colligitur ex c fin.de immun.ec cleſiæ. Et ratio eſt, quia eſt locus Religioſus, & Deo dicatus, vt docet Sylu. in ſua ſumma verbo loca ſacra nu.2. & Remigius de Gonni in ſuo tract. de imm. eccl. Ampl.4. nu.4. & nu 9. verſ. His non obſtanti. bus &c.

54 Amplio primò ſupradictã ampliationem ad ſepta Cœmeterij, ſicut ad ſepta eccleſiæ ampliaui ſupra Ampliatione 16. per eadem iura, & ita docet Decianus in ſuis tract.crimin.tom.2. lib.6. cap.25. n.13.

55 Amplio ſecundò ſupradictam ampliationem ad porticum Cœmeterij, ſi porticus eſt affixus Cęmeterio, nam reputabitur pro Cœmeterio, ſecundum Angelum in tractatu de Maleficijs verbo fecit inſultum, Guliel Mayne. in leg.Nemo de domo .ff. de Regulis Iuris, quos refert, & ſequitur Remigius de Gonni in ſuo tract. de immunitate eccleſiæ Ampliatione 7. num.4. verſ. Si vero porticus &c.

56 Amplio tertiò ſupradictam ampliationem ad oſtium, ſeu portã Cœmeterij, nam eſt priuilegiata, ſicut ipſum Cœmeterium, ita docet Remigius de Gõni in ſuo trac. de immunit.eccleſiæ Ampliat. 8. n.2.verſ. Idem eſt dicendum &c. & patet ex ſupradictis de Oſtio ſeu porta eccleſiæ ampliat.10.

Limito tamen ſupradictam ampliationem principalem vigeſimã 57 ſextam vt non ſe extendat dictum immunitatis priuilegium vltra Cœmeterium, & loca ſupradicta, etiam per duos paſſus, vt docet Decianus in loco præallegato nu. 11. (contra Paulum de Caſtro conſilio 458. incipiente viſo caſu nu.2.) quem ſequitur Farin. in ſua pract.crim. p.p.tom.2 q.28. tit.de carceribus, & carceratis nu. 14. in fine in noua impreſsione.

Amplio vigeſimoſeptimo ſupra dictum Axioma, procedere etiam 58 in Cœmeterio non benedicto ab Epiſcopo, ſed tantum benedicto à ſimplice Sacerdote (per delegationem Epiſcopi, vel ex priuilegio Sedis Apoſtolicæ) iuxta Rituale Romanum editum anno Domini 1614. iuſſu Beatiſsimi Pauli Papæ V. vt in rubrica ritus benedicendi nouum Cœmeterium per Sacerdotem ab Epiſcopo delegatum; (Et hoc ſiue cœmeterium ſit coniunctum eccleſiæ, ſiue ſeparatum ab illa.) Et ratio eſt, quia per iſtam ſimplicem benedictionem locus ille eſt Deo dedicatus, & diuinis obſequijs: Et factus eſt locus religioſus, & ad vſus profanos conuerti nõ debet iux.tex.in c. Ad hæc de Religioſis domibus; & ideò hoc priuilegio immunitatis gaudere debet, vt dictum eſt ſupra Ampl.7 de eccleſia non conſecrata, ſed tantum benedicta cum licentia ordinarij: Quia cęmeterium habet hãc immunitatem, quam habet eccleſia, vt patet ex præſenti cõſt. Greg. xiv. & ex c.fin.de immun. eccleſiæ & docet Sylueſt. in ſumma verbo

cęmeterium n. 1. & Bartholomęus Fumus in ſua Summa Armilla in verbo Cœmeterium n. 1.

Amplio vigeſimo octauò ſupra
59 dictum axioma procedere etiam in cœmeterio non conſecrato ab Epiſcopo, nec benedicto à Sacerdote per delegationem Epiſcopi iuxta Rituale Romanũ, vt in præcedenti ampliatione dictum eſt, Dũmodo aliquis chriſtianus mortuus cum eccleſiaſticis officijs ibi ſit ſepultus cum licentia Epiſcopi expreſſa, vel tacita, & volũtate Domini loci, etiam ſi ſit cęmeterium ſeparatum ab eccleſia: & ratio eſt, quia per illam ſepulturam cum eccleſiaſticis officijs, & cum licentia Epiſcopi, & Domini loci factam, ille locus factus eſt religioſus, & Deo, & officijs diuinis eſt dedicatus, quòd ſufficit ad hoc vt gaudeat hoc priuilegio immunitatis.

Amplio vigeſimo nono ſupradictum Axioma procedere in Cœ-
60 meterio interdicto, vel Polluto: ſiue ſit contiguum eccleſiæ, ſiue ab illa ſeparatum. Probatur iiſdem rationibus, quibus probatum eſt de eccleſia interdicta, vel polluta ſupra ampliat. 9. & 10. Nam Cœmeterium habet hanc immunitatem, quam habet eccleſia, vt probatum eſt ſupra ampliat. 27. in fi.

Amplio trigeſimo ſupradictum
61 axioma procedere in eo, qui in eccleſia, vel cœmeterio non habet totum corpus, ſed tantum caput, vel præcipuam partem corporis: Nam ſi per vim inde extrahatur, debet eccleſiæ reſtitui; ita docet Suarez de Religione to. 1. tract. 2. lib. 3 c. 12. n 4. in fine.

Et idem dicendum eſt, ſi in eccleſia vel cœmeterio habeat tantũ manum vel pedem, vt docet Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6 c. 25. n. 17. & 21. in fine Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. q. 28. tit. de carceribus, & carceratis n. 14. in fine Alexander Ambroſinus de immunit. eccleſiæ in Bullam Gregorij xiv. c. 10. n. 5 & Vincentius de Franchis deciſ. 402 n. 5 & 11. & ratio eſt, quia anima eſt in toto corpore, & tota in qualibet parte corporis.

Amplio trigeſimo primò ſupra 62
dictum axioma procedere etiam in Oratorio publico auctoritate Epiſcopi, vel ſui Vicarij fundato: vt docet Sylueſ. in ſua Summa verbo immunitas 1. q. 1. n. 1. verſ. Tertium & c. & Panormit. in c. fin. de cenſibus n. 4 Marius Italia in ſuo tract de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 4. §. 4. num. 2. Quòd probatur ex c. certum eſt de conſecr. diſt. 1. ibi, *Certum eſt quidem, & noſtris perceptionibus conſtitutum, ne quis in eccleſia aut in Oratorio, quòd ſedis noſtræ non legitur permiſſione dedicatum, proceſſionem publicam putaret impendi.*

Publicum oratorium præſumitur quando habet campanam pu 63
blicã, & ad dictum ſonum omnes fideles liberè poſſunt cõcurrere ad audiendam Miſſam, & ad ibi orandum: Et multo magis ſi ſit benedictũ (iuxta Rituale Romanũ iuſſu Beatiſs. Pauli Papæ V. editũ anno Domini 1614. ſub Rubrica Ritus benedicẽdi nouam Eccleſiam, ſeu Oratorium publicũ, vt ibi ſanctiſſimum Miſſę ſacrificium celebrari poſſit).

poſsit) vel habeat altare lapideũ immobile conſecratum: ita docet Decianus in ſuis trac.crim.tom.2 lib.6.c.25.nu.29. & Card. Tuſchus tom.4.practicarum concluſ. lit.I, concluſ.59. nu. 24. vbi teſtatur de communi.

Et iſta oratoria publica differũt ab eccleſia vt docet Remig. de Gõni in ſuo tractatu de immunit. eccleſiæ ampliat.2.num.7.& Marius Italia in ſuo tractatu de immunit. eccleſiarum lib. 1.cap.4.§.4.num.3 nam eccleſia dotatur Oratorium vero non. Item in Oratorijs non debet Miſſa celebrari in magnis ſolemnitatibus cap. Si quis etiam de Conſecr. diſtinct.1. in eccleſijs vero ſic.

64 Limitatur tamen non habere locum ſupradictũ axioma in oratorio priuato, quòd homines in ſuis domibus habent: Dato quòd cum licentia Epiſcopi ibi Miſſa celebretur; quia non per hoc manet locus ille immutabiliter deputatus ad ſacra miniſteria; ſed priuata auctoritate ad profanos vſus conuerti poteſt; ita docet Henricus Boich in cap. eccleſiæ de imm. eccleſiæ n 1. Panor. in c.fin. de cenſibus num.4.& in c. eccleſiæ de immun.eccleſiæ n.7.& in c Inter dilectos de Donat.n.8 Suarez. de Relig.tom 1.tract.2.lib.3.cap.9.n.10. Farinacius in ſua pract.crim. p.p. tom. 2. q 28. tit. de carceribus, & carceratis nu.71. Goffredus in ſua Summa tit. de immunit. eccleſiæ, n.13. Hoſtienſis in ſumma eod.tit. nu. 10. in fine Iulius Clarus in ſua pract.crimin. § fin.quæſt.30. verſ. Sed quid dicendum num.7. Card. Tuſchus tom. 1. lit. E, concluſ. 9. nu. 15. & Vincentius de Franchis deciſ.402.n.7.

Amplio trigeſimoſecundò ſupradictũ Axioma procedere etiã in Hoſpitalibus Epiſcopi auctoritate fundatis, ad quæ cõfugientes 65 rei tuti ſunt: Nec inde extrahi poſſunt, non aliter, ac ſi ad eccleſiam confugiſſent: & ratio eſt, quia omnia priuilegia conceſſa eccleſijs, ſunt Hoſpitalibus conceſſa, tex. optimus in l. omnia priuilegia C. de Epiſcopis, & Clericis. Præterea cum ſit Epiſcopi auctoritate conſtructum, factus eſt locus religioſus, & ad profanos vſus conuerti non debet, iuxta textum in c. Ad hæc de Religioſis domibus: Ergo hac immunitate gaudere debet ſicut, & alia loca religioſa gaudent, vt Monaſteria Religioſorum cœmeteria & c. de quibus tractatum eſt ſupra ampliat.23. & duabus ſequentibus; Et hanc opinionem tenent communiter DD. quos refert & ſequitur Couarr. in lib.2. var. reſolut.cap.20 n 4. verſ. Tertio conſtat, &c. Farinacius in ſua pract. Crimin. part.1.tom.2. q.28. tit. de carceribus, & carceratis num. 36. Decianus in ſuis tract.crim.tom.2 lib.6.cap.25.num.18. Hanc etiam opinionem tenet Sylu. in ſua Summa verbo Immunitas 3.n. 1. Remigius de Gonni in ſuo tract. de immunit.eccleſiæ ampliat. 17. in fine Suarez de Religione tom. 1. tract. 2.lib.3.ca.9.n.9. Et Card. Tuſchus tom 3. lit, E, concluſ. 10.n.2.& tom. 4.lit.I, concl.59 nu 24. vbi teſtatur de communi, & procedit dato quòd in eo nõ celebretur, vt docet

Tuſchus vbi ſupra concl.10.n.2. & Caſtr.conſ.458.Viſo caſu in princi pio lib.2.

66 Fallit tamen ſupradicta amplia tio in Hoſpitalibus Laicorum pri uata, (& non Epiſcopi)auctorita te conſtructis, nam licet pia loca ſint,non tamen ſunt ſacra,vel reli-gioſa,& propterea hac immunita-te non gaudent, vt probat Decia-nus in loco præallegato lib.6.c.25 n.18. & tenet Remigius de Gonni vbi ſupra, Alexander conſil. 9. in princip. in 2.vol. Baldus in Auth. Hoc ius porrectum in 2.col. C. de Sacroſanctis Eccleſijs,& alij quos refert Remig.in loco præallegato. & Marius Italia de immun eccleſ. lib.1.c.4 §.8.nu.1. verſ. Hoſpitalia autem priuata &c.

Quando verò dubium eſſet an auctoritate Epiſcopi eſſet fundatum, vel propria auctoritate, in hoc caſu recurrendum eſt ad coniecturas:Nam ſi ibi eſſet altare fixum, vel campanile cum campana,præſumeretur hoſpitale eſſe re ligioſum, & auctoritate Epiſcopi fundatum, vt docet Felin. in c.De quarta col.4.de Præſcript.& Remi gius de Gonni in ſuo tract.de immunit.Eccleſiæ Ampliat.17.n.5. §. Et ſigna. Marius Italia vbi ſupra verſ.In dubio tamen &c.

67 Amplio trigeſimo tertio ſupradictum axioma in locis pijs Epiſcopi auctoritate fundatis, vt ſunt Domus Seminarij Clericorum, Domus puellarum, vel puerorum Orphanorum, & ſimilium vt docet Remig. de Gonni in tract. de immunit. eccleſia ampliatione 3. num 9.in fine Ioannes Andreas in cap.2. de in integrum reſt. lib.6.in princip. & Dominicus ibidem in principio verbo quæro quid. Et ratio eſt, quia ſunt loca publica, ad pium vſum deſtinata, & auctoritate Epiſcopi fundata, & ſecundum Canones ſunt loca Religioſa,vt docet Archid in cap. Nemo de conſecr. diſt.1. & c. Ad hæc de Religioſis domibus,& Fœlinus in cap.Quarto num.4. de Iudic.& Marius Italia de immun. eccleſiarum lib.1.cap.4. §.5.nu.1.ſed per præſentem Conſtitutionem loca Religioſa gaudent præſente Immunitate, quemadmodum eccleſiæ,vt patet ex illis verbis Locíſvè ſacris, aut religioſis; Ergo gaudent immunitate. Vnde in ciuitate Neapoli anno Domini 1601. fuit reſtitutus domui ſurni Seminarij quidam homicida, qui ad eam confugerat,& propriè ad furnum ſe contulerat,ingrediens per ianuam magnam dictæ domus; quamuis per illam portam pueri Seminarij non ingrederentur; Et ratio fuit quia domus illa erat loci pij, ita refert Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap. 22.num decimo, verſ.eodem Anno 1601.

Dubium tamen eſſe poteſt de domibus diſciplinatorum,ſeu cõ- 68
fratrum oratoria vulgariter dicta an ſint loca pia, & per conſequens religioſa,& hac immunitate gaudeant?

Et reſolutiuè reſpõdendo dico, quòd ſunt loca pia, & per conſequens immunitate gaudent, quã-uis Confratres ſint Laici.

Pro-

Probatur primò. Quia ibi exercentur opera charitatis, & pietatis, & exercitia ſpiritualia ad ſalutem animarum: Ergo ſunt loca pia: Et ita ſentit Abbas in c.fin. in 2.Notab.de Teſtam.Speculator in tit. de inſtrument. edition. §. Nunc aliqua nu. 62. verſ. & ſcias, Ioannes Andreas in cap.Ioannes, verſ.vnum eſt, quòd refragatur de Teſtam. Paulus Caſtrenſis conſil. 167.nu.4.in 2. p. conſil.Alexander conſil.209.vol.2.Cardin.in c.Ioannes in 7. quæſt. de Teſtam. Pet. de Anchar. in c.Auditis in 11. quæſt. de reſtit. in integr. Baldus in l. id quòd pauperibus in 21.q. C.de Sacroſanctis eccleſijs, Lapus in tract. de Canon.portio.verſ.quinto quæro &c.& q.ſeq. Barbat. in c.Officij de Teſtam. Pe.de Perufio in tract. de Canon. portione in 11.art. in princ.& in 11.q.principali, Decius in conſil.72. verſ. tertio principaliter.

Probatur ſecundò ex Cõc.Trid. ſeſſ.22. c.8. ſub Decret. de reform. ex quo epiſcopi poſſunt, & debent viſitare dicta loca, & hoc nulla alia ratione niſi quia ſunt pia loca.

Probatur tertiò. Quia legatum piæ cauſæ factum, dictis Confraternitatibus concedi poteſt, vt conſuluit Abbas in conſ.31.vol.1. Paulus de Caſtro conſil. 5. lib. 2. Alexander conſil. 102.nu.3. lib.7. Decius plures citans conſil. 72. col. 3. verſ. tertio principaliter, Tiraquellus de Priuilegijs piæ cauſæ in præfatione fol.4. Pariſius conſil.34.num.5.lib.4. Capra conſil.115.

Si ergo ſunt pia loca Ergo hac immunitate gaudere debent, quemadmodum Clericorum Seminarij domus, & domus puellarũ, & pauperum orphanorum.

Scio cõmunem Doctorum opinionem eſſe, ſupradictas Confraternitates non eſſe loca pia, vt refert Gabriel in ſuis communibus opinionibus tit.pia cauſa concl.1. Tamen ſupradicta opinio, quòd ſint loca pia, eſt ſimiliter communis: Sed concordari poſſunt, vt noſtra opinio procedat, quando dicta loca diſciplinatorum, ſeu Confratrum ſunt affixa alicui eccleſiæ, vel Monaſterio; Nam tunc hac immunitate gaudent: vt colligitur ex Lamberto de iure patronatus p.p.lib.1.q.1.in princ.ar.10. n.4.f.9.& Gutierez in lib.1. Canonicarum quæſt.c.35.n.23.in fi.Quãdo vero ſunt ſeparata, immunitate non gaudent.

Amplio trigeſimoquarto ſupradictum axioma etiam ad Palatiũ epiſcopi, vt expreſsè habetur in c.Id conſtituimus 17.q.4.& ita in facti contingentia occurrit in ciuitate Neapoli anno Domini 1601. vbi quidam carceratus, qui è manibus familiarium curiæ ſæcularis confugit ad Palatium Archiepiſcopi, fuit liber dimiſſus, ita refert Reuerendiſsimus Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 22. n.10. Quæ ampliatio procedit nõ ſolum quando domus epiſcopi eſt intra ſpatium priuilegiatum eccleſiæ, ſed etiam ſi ſit extra illum, & omninò ſeparatum ab eccleſia, & eius circuitu per 40. paſſus: Et 69

dato quòd ibi non ſit oratorium: Et ratio eſt, quia alias nullum eſſet priuilegium Epiſcopo conceſſum: Et hanc opinionẽ tenet Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap 9. nu. 9. Sylu. in ſua Summa verbo Immunitas 3. n. 1. Gloſ. 1. in dicto c. Id conſtituimus 17. q. 4. Panor. in c. eccleſię de immun. eccleſiæ n. 9. Henricus Boich ibidẽ n. 9. Innoc. Hoſt. & cõmuniter Doctores, vt dicit Barba in conſ. 33. lib. 4. n. 7. Remig. de immun. eccleſiæ Ampliat. 15. Couarr. in lib. 2. var. reſolut. c. 20. nu. 5 verſ. Quinto &c. & Farinacius in ſua prac. crim. p. p. tom. 2. q. 28. tit. de carceribus, & carceratis nu. 38. Card. Tuſchus tom. 3. lit. E, concluſ. 9. num. 11. teſtans de communi, & dicens procedere ſiue ſit connexum, vel non eccleſiæ, & concl 10. n. 8. & tom. 4. lit. I, concl. 59. n. 24. & Villagut. in tract. de extenſ. legis tit. de extenſ. immunitatis eccleſiæ, n. 87.

Sed contra ſupradictam ampliationẽ tenet Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 25. n. 14. fulcitus ratione, quia Palatium epiſcopi non debet diſtare ab eccleſia, c. Epiſcopus vilem (quod eſt penult.) q. 41. diſt. c. Epiſcopus de conſecr. diſt. 3. Vnde cum ſit contra ius, vt diſtet ab eccleſia, non debet gaudere hoc priuilegio dũ ab illa diſtat: Et confirmatur quia hoc priuilegium non datur perſonis ſed loco ſacro. Quam opinionem ſequitur Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de imm. eccl. in Bullam Greg. xiv. c. 10. n. 7. & Farinacius in loco præallegato in ſecunda editione.

Sed reſpondetur, quòd priuilegium hoc non ſolum de iure conceſſum eſt eccleſiæ, ſed etiam ſponſo eccleſiæ, & ideo dato quòd Palatium epiſcopi ſit extra ſpatium priuilegiatum eccleſiæ, & dato qđ ibi non ſit Oratorium, gaudet immunitate, vt patet ex ſupradictis. Nam alias nullum eſſet priuilegium conceſſum Epiſcopis.

Præterea licet congruum ſit, vt Palatium epiſcopi ſit propè eccleſiam, tamen verum non eſt quòd de iure ad præſens teneatur Epiſcopus ibi habitare, quia illa iura per contrariam conſuetudinem ſciente Sũmo Pontifice ſunt abrogata, & confirmatur ex eo quòd habetur in Cęremoniali Romano iuſſu Clementis viij. edito, lib. 1. c. 2. circa finem, verſ. Deinde Epiſcopus &c. Vbi dum tractatur de primò acceſſu Epiſcopi ad Diœceſim, poſtquam de benedicendo populo loquutus eſt, ſtatuit quòd ſi habitatio Epiſcopi contigua, vel vicina eccleſiæ fuerit, Canonici eum comitentur in habitu Canonicali, ſi verò diſtantior vſq; ad portas ipſius eccleſiæ, ex quo clarè liquet quòd domus epiſcopi non tenetur ad præſens de iure eſſe prope eccleſiam, alias non faceret mentionem de diſtantia, & ſic remanet reſponſum contrarijs, & hanc opinionem tenet Marius Italia de immun. eccleſiatum lib. 1. c. 4 § 9. n. 1. 2. & 3.

Amplio primò ſupradictam am- 70
pliationem procedere non ſolum quando Epiſcopus adeſt in Palatio, verum etiam ſi abeſſe contigerit, quia domus Epiſcopi non

deſi-

deſinit eſſe quòd fuerat per abſentiam. ita Marius Italia vbi ſupra num.4.

Amplio ſecundò procedere etiã
71 poſt mortem Epiſcopi, ſi domus pertinet ad Epiſcopatum, eadem ratione, quia nõ deſinit eſſe quòd fuerat per mortem epiſcopi: Marius Italia ibidem n.4.

Limito primò ſupradictam am
72 pliationem principalem non procedere, quando domus Epiſcopi, propter eius mortem, vel abſentiam fuerit alijs locata, vel ad Laicorũ vſum deſtinata: Et ratio eſt, quia immunitas hæc data eſt illi Palatio propter Epiſcopi perſonam, hoc eſt in quantum ad eius habitationem deſtinatum eſt; Ergo ceſſante tali cauſa, debet ceſſare priuilegium. Præterea illa domus, quamuis quo ad poſſeſsionẽ Epiſcopi ſit, tamen quo ad vſum eſt aliorũ, & ita tenet Marius Italia in ſuo tract.de imm.eccl.lib.1. c.4 §.9.n.8 9 & 10.

Limito ſecundo ſupradictam
73 principalem ampliationem non procedere in Palatio Epiſcopi, quòd eſt extra ſuam Diœceſim, nã ibi nullam habet auctoritatẽ, nec Pontificalia exercere poteſt; ita Marius Italia de immu.eccl.lib.1. c 4.§.9.n.19.&20.

Limito tertiò ſupradictam prin
74 cipalem ampliationem non procedere in illa domo vbi Epiſcopus manet per paucos dies vel menſes, vt ſolet facere tempore viſitationis, vel gratia recreationis: Et ratio eſt, quia eſt Domus Epiſcopi per accidens: Domus vero Epiſcopi propriè dicitur illa, vbi ordinariè cõmoratur, quæ gaudet immunitate, etiam abſente Epiſcopo, vt ſupradixi, quia non deſinit eſſe ſuam per abſentiam.

Præterea à iure non eſt conceſſum, vt duæ domus Epiſcopi habeant immunitatem, & hoc ſequeretur quandoq; Epiſcopus eſſet extra ſuam ordinariam domum, vel cauſa viſitationis, vel recreationis, vel alia cauſa.

Contra hanc limitationem tenet Marius Italia in ſuo tract. de immun.eccleſiarum lib.1.c.4 §.9. n.13. motus hac ratione, quia ſicut locus religioſus fieri debet cũ auctoritate Epiſcopi, ita etiam, immo multo fortius vbi ipſe Epiſcopus moratur locus ille refugium delinquentium eſſe debet; quia ſi verum eſt, quòd hoc priuilegium datur Epiſcoporum domibus extra illos paſſus conſtructis: ſequitur, quòd vbicumq; ſit ipſius Epiſcopi domus hanc eamdem habet prærogatiuam, dum per ſuã Diœceſim moratur. hæc Italia Quæ ratio procedit in Domo propria Epiſcopi vbi ordinarie commoratur in qualibet partæ ſuæ Diœceſis, non autem in domo vbi per accidens habitat, dato quòd ſit intra ſuam Diœceſim. Præterea ipſemet Marius Italia in loco prææallegato n.21. dicit, quòd ſi Epiſcopus ex Commiſsione Domini Papæ duabus eccleſijs præeſſet, teneretur ſibi in vna tantum habitationem eligere, vbi commodius expedire videretur: Ergo per ipſum non debet habere duas domus priuilegiatas.

Amplio trigeſimoquinto ſupra- 75

dictum Axioma ad Palatia Illuſtriſsimorum Cardinalium S.R.E. & ita de conſuetudiae ſeruatur, vt docet Manfred. in tract. de Card. c.8.priuil.18. quem refert, & ſequitur Iulius Clarus in ſua prac.crim. §.fin.q.30.verſ.Item adde &c.& Decianus in ſuis tract. crim.to.2.lib. 6.c.25.n.15.in fine.

Cardinales enim vltra eorum prçeminentiam, & dignitatē, quā habent ratione Cardinalatus, habent etiam Epiſcopalia in eorum eccleſijs titularibus, & ideo dū Domus Epiſcoporū gaudent hoc priuilegio, multo magis cōuenit Domibus Cardinalium.

Et licet aliqui dicant, quòd hodie in vrbe iuſtiſsimis ex cauſis nō ſeruatur hoc priuilegium, & ſupra dicta conſuetudo; tamen cum illę cauſæ non militent extra vrbem, nec priuilegium ſit eis ſimpliciter ſublatum, gaudent eodem priuilegio extra Vrbem, vel ſaltem extra ſtatum eccleſiaſticum, vt docet Cardinalis Tuſchus tom.3.lit. E.concluſ.9.n.12.Marius Italia de immun.eccleſ.lib.1.c.4 §.9.n.22. & 23.& Farinac. in Appendice de immu.eccleſ. in Bullam Greg.xiv. n.274.

76 Amplio trigeſimoſextò ſupradictum Axioma ad domos Canonicorum, vel Clericorum ſeparatim viuentium (quia de communiter viuentibus dictum eſt ſupra Ampliat.25.n.52.) ſi fuerint intra ſepta, atrium, vel porticum, vel intra quadraginta, vel triginta paſſus circum circa eccleſiam, alias ſecus, vt docet Villagut. in ſuo tract. de Extenſione legis tit. de Extenſione Immun. Eccleſiæ n.86. Alexāder Ambroſinus in ſuo tract. de imm. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv.c.10.n.8. Decianus in ſuis trac. crim.tom.2.lib.6.c.25.n.12. Oldra. conſ.55. Mantua conſ.60.nu.11. & ſequent. & alij quos refert idem Decianus in loco prææallegato, & ita in practica ſeruari teſtatur Rebuffus in Conſt. Gallica tom.2 ſub Rubr.de immun.eccleſiæ Gloſ.1.n. 9. Si vero Domus ædificata intra Septa, atrium, vel porticum eccleſiæ, vel intra ſpacium quadraginta, vel triginta paſſus circum circa eccleſiam fuerint habitatæ à Laicis, & habeant portam ad viā publicam, non gaudent immunitate, ſi fuerint Laicorum, ſi vero domus fuerint eccleſiæ, & locatæ Laicis, gaudent immunitate minimè ſi laici qui habitant domus inſeruiant ipſi eccleſiæ vt patet ex ſupradictis hoc eodem c. 4. n.27.

Amplio trigeſimoſeptimo ſupradictum Axioma in Presbytero portante per viam ſanctiſsimum Euchariſtiæ Sacramentum: Nam delinquens confugiens ad dictum Presbyterum, illum tangēdo, gaudet eadem immunitate, ac ſi eſſet in Eccleſia; Et licet in iure expreſſus non inueniatur hic caſus, tamen ex identitate rationis extenditur: Nam eccleſijs conceſſum eſt hoc priuilegium propter honorem, & reuerentiam, quæ locis ſacris, & diuino cultui dicatis debetur: Ergo multo magis debetur hic honor, & hæc reuerentia ipſi Deo, per illam regulam Propter quod vnum quodq; tale, & illud 77

78

ma-

magis; Authentica multo magis C. de Sacroſanctis eccleſijs, quam etiam docet Ariſtoteles in lib. 1. Poſter. cap 2. non longè à fine, cum ait, ſemper enim illud eſt tale magis, ob quòd vnumquodq; tale eſt; veluti magis ideſt dilectum, atque amatum ob quòd amamus, atque diligimus.

Et ſupradictam opinionem tenet Syluest. in ſua Summa verbo immunitas 3. quæſ. 1. num. 1. Hoſt. in ſumma tit. de immun. eccleſiæ num. 12. Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 9. num. 10. in fine Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullã Greg. xiiij. cap. 10. num. 9. Cardin. Tuſchus tom. 3. lit. E, concluſ. 11. num. 33. teſtans de Communi. Archid. in cap. quæſitum 13. quæſt. 2. Panorm. in cap. ſane de Celebrat. Miſſarum, Romanus ſingulari 335 Iulius Clarus in ſua pract. crimin. §. fin. quæſt. 30. verſ. vltimo quæro &c. num. 23. teſtans de Communi & q. 98. verſ. ſed pone num. 2. dicit quòd procedit etiam in condemnato ad mortem, qui aufugit è manibus ſatellitum, & amplexus eſt Sacerdotem portantem ſanctiſsimam Euchariſtiam, & communiter Doctores quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, carceratis quæſt. 28. num. 11. & Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6 cap. 29. num. 8. & Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 4 §. 10. à principio vſq; ad num. 4. verſ. Propterea quòd dictum eſt &c. Et licet aliqui contra ſupradictam ampliationem ſentiant dicendo, quòd priuilegia non ſunt trahenda per conſequentiam, tamen ab illa non eſt recedendum, cum ſit communis, & magis rationabilis, nam fundamentum huius immunitatis eſt Chriſtus, & ideo non eſt abſurdũ, vt nomen eccleſiæ extendatur ad locum illum, in quo actu eſt corpus Chriſti quamuis per tranſitum; & ita docet Suarez in loco præallegato.

Amplio ſupradictam ampliationem procedere non ſolum quã do delinquẽs tangit Sacerdotem ſupradictum, ſed etiam quando tangit haſtam baldacchini, vel lumẽ, vel immiſcet ſe inter illas perſonas, quæ aſſociant Sãctiſsimum Sacramentum Euchariſtiæ, quia omnes illæ perſonæ vna cum Sacerdote geſtãte ſanctiſsimam Euchariſtiam repræſentant vnam eccleſiam. ita Marius Italia de immunit. eccleſiarum lib. 1. c. 4. §. 10. num. 8. 79

Quænam perſonæ delinquentes confugientes ad Eccleſias hac immunitate gaudeant.

SVMMARIVM.

Reus Regulariter propter nullum crimen poteſt ab eccleſia violenter extrahi; & ſi de facto extrahatur, de facto etiam eidem eccleſiæ eſt reſtituendus; Quæ regula procedit etiam in enormibus delictis. n. 1. & 2.

Iudex, vel ſatellites ſi aſpectu, vel curſu inſequuntur reum qui ſe recepit in ec-

in eccleſia non poſſunt ab illa dictum reum extrahere per vim. num. 3.

Reus captus à familia Iudicis ſæcularis, ſi fugiens ſeipſum exemit, & liber ad eccleſiam ſe recepit, gaudet immunitate. n. 4.

Reus captus à familia Iudicis ſæcularis, ſi per eccleſiam ad carcerem publicum ita captus ducatur, an poſſit ab eadem eccleſia inuitus abduci. n. 5.

Illud quòd non poteſt tolli, vel extrahi de aliquo certo loco, poteſt tamen aliunde portari, licet tranſeat per illum locum. n. 6.

Cōdemnatus ad mortē ſi dum ad ſupplicium ducitur tranſeat per eccleſiam, non ex neceſſitate, gaudere debet immunitate, ſecus ſi ex neceſſitate. n. 7. & 8.

Carceratus ſi fracto carcere ad eccleſiam confugiat, immunitate gaudet. n. 9.

Carceratus ſi de licentia cuſtodis exeat, & ad eccleſiam confugiat, an gaudeat immunitate? n. 10.

Capitaliter banniti ſi ad eccleſiam confugiant immunitate gaudent (ita vt nec capi, nec occidi poſſint in ea) dummodo pro delictis exceptis non ſint banniti. n. 11.

Extrahens per vim aliquem ab eccleſia, etiam ad finem componendi pacem, incurrit in pœnis præſentis conſt. n. 12.

Seruus confugiens ad eccleſiam, quādo immunitate gaudeat. n. 13.

Imperator, vel Rex non poteſt per vim delinquentem extrahere ab eccleſia. n. 14.

Epiſcopus non poteſt per vim extrahi facere delinquentem ab Eccleſia ad quam confugit, vt corporaliter puniatur in caſibus non exceptis. n. 15.

Attentantes extrahere per vim ab eccleſia incurrunt in cenſuras, & pœnas præſentis Conſtitutionis. n. 16.

Extrahens ab Eccleſia quem putabat reum, licet talis non ſit, incurrit in cenſuras, & pœnas præſentis Conſtitutionis. n. 17.

CAPVT V.

Viſo iam quænam Eccleſiæ loca que ſacra hac immunitate gaudeant: Nunc videndum quænam perſonæ delinquentes confugientes ad Eccleſias eadem immunitate gaudeant.

REgula generalis eſt communiter a Doctoribus approbata, Propter nullū crimen quantumcumque graue ſit poſſe Reum ab eccleſia violenter extrahi, (niſi tantum in caſibus à iure exceptis) ita manifeſtè habetur in c. Inter alia extra de immu. eccleſiæ, & in l. 2. C. de His qui ad eccleſ. cōfugerunt, vbi expresſè dicitur, *ſancimus nemini licere ad ſacroſanctis Eccleſias confugientes abducere*. Et ſi de facto extrahatur, de facto etiam eidem eccleſiæ eſt reſtituendus, c. Miror 17. quæſt. 4. l. præſenti C. de His, qui ad Eccleſ. confugiunt, & alijs iuribus; Et probant Doctores communiter, Boer deciſ. 109 Roman. conſ. 227. Spectabilis Domine &c. in principio, & n. 2. Duen. regula 228.

in

in princip. Boſſ. in tit.de Captura num.21. Gomes.inſtit de actionibus in principio nu.67.dicens eſſe communem, Remigius, & Maranta, quos refert, & ſequitur Iul.Clar. in ſua pract.crim.§.fin.q.30. nu.1. & verſ.Quæro num.8. teſtantes de communi, Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.cap.11. num.4. & cap.13. num.6. Couarr. in lib 2. variarum reſolut. cap. 20. num.6. verſ.ſeptimo &c. Decianus in ſuis tract.crimin.lib.6.cap.25. num. 1. Farinac. in ſua pract. crimin.p.p. tom.2.tit.de carceribus, & carceratis q. 28. nu. 1. teſtans ſimiliter de communi.

2 Ampliatur primò, ſupradicta Regula, vt procedat etiã in enormibus delictis, vt patet in d c.Inter alia de immunitate eccleſiæ, ibi, *Quantumcumq; maleficia*, & docet Abbas ibidem n.24. Couarr. in lib. 2. variarum reſolut. c.20, nu.6. verſ. ſeptimo deducitur ex his &c. Alexander in conſil.154. lib. 7. n.4. 6 & 11. Romanus conſil.227. nu.3. Conrad. in ſua pract.crimin.tit.de ſua pract.p.p.tom.2.tit. de carceribus, & carceratis q.28.n.15. teſtans de communi.

3 Ampliatur ſecundò ſupradicta regula, vt procedat etiam, quando Iudex, vel ſatellites aſpectu, vel curſu inſequũtur aliquem reũ, qui per loca profana aufugiens tandem ſe recepit in eccleſia. Nã tunc inuitus ab ea extrahi, non poterit, licet fugere cœperit e loco, in quo captura erat licita, ita docet Remigius de immunitate eccleſię Fallent. 31. in fine, Boſſi.in tit. de captura nu.22. Iulius Clarus in ſua pract.crimin.§.fin.q.30. verſ.Pone familia &c.nu.18. Couarr.in lib. 2. variarum reſolut.cap.20.n.12. Henricus Boich in c. fin. extra de immunit. eccleſiæ, & alij quos refert Couarr.in loco prææallegato, & Farinacius in ſua pract. crimin. p. p. tom.2.tit.de carceribus, & carceratis quæſt. 28. num. 41. Villagut in ſuo tract de extenſ. immun. eccleſiæ num. 39. & 42. Decianus in ſuis tract.crim.lib.6. cap.28.n 31. & 32. & Marius Italia in ſuo tract. de Immun.Eccleſ.lib.1.cap.6 §,2. n.62.

Et licet cõtrarium teneat Cyn. in Authent. Si quis ei C.de Adulterijs Alexander conſ.24.lib.2. & late Hippol. in l. vnica C. de raptu virgi.n.3 & ſequent. tamen prima opinio eſt verior, & communior, vt docet Bald. Roman. & Iaſon in l. Pleriq; ff. de in ius vocan. Iulius Clarus Farinac. & Couar. in locis præallegatis Decianus in ſuis tractat.crim.tom.2.lib.6.cap. 28 n.31 & Alexander Ambroſinus de immun.eccleſiæ in Bullam Greg xiv. c.10,n.13. verſ.nec non &c. Cardi. Tuſchus com. 1. lit. E, concluſ. 10. nu.29. vbi teſtatur de magis communi, & veriori opinione, & Marius Italia in ſuo tract de immun. eccleſiarum lib.1. c.6. §.2.à nu.64. vſq; ad 70.

Ampliatur tertio ſupradicta Regula, vt procedat etiam in eo, qui 4 dum captus eſt à Iudicis familia, ab ea ſe ipſum exemit, & fugiens ita liber ad eccleſiam ſe recepit: Nam non poteſt is in dicta eccleſia capi, vel extrahi Ita in ſpecie docet Io.Igneus in l.1. col.3. ff. ad Syl-

Syllan. & Boerius deciſ. 110. quos refert, & ſequitur Couarr. in lib. 2 variarum Reſolut. c. 20. num. 13. verſ. decimotertio, Boſsius (qui contrarijs rationibus reſpondet) in tit. de captura num. 23. Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28 n. 44. Decianus in ſuis tract. Crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28 num. 29. & 32. vbi teſtatur de communi, Alexander Ambroſinus in tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Gregorij xiv. cap. 10. n. 13. Felinus in cap. fin. col. 7. verſ. Cōſidera duo &c. de foro competenti, Marianus Soccinus in tract. de citatione ar. 17. verſ. quinto procedit, Bald. Alexander, & Iaſon in l. Plerique de in ius vocando, & alij quos refert, & ſequitur Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Fallent. 31. in fine dicens eſſe comm, Cardinalis Tuſchus tom. 1. lit. E, concl. 10. n. 21. & 30. & Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 6. §. 2. à num. 62. vſque ad 70.

5 Sed quæri poſſet, an captus à familia iudicis ſæcularis, ſi per eccleſiam ad carcerem publicum ita captus ducatur, poſsit in hoc caſu ab eadem eccleſia inuitus abduci?

Duæ ſunt Doctorum opiniones. Prima docet poſſe inuitum abduci.

Probatur primò. Quia is verè è templo violenter non euellitur, Cum liber templum ingreſſus non ſit.

Secundò probatur ex cap. inter alia de immun. eccleſiæ, & c. Definiuit 17. q. 4. qui Canones propriè loquuntur in confugiente ad eccleſiam; ergo ſecus erit dicendum in viducto per familiam.

Tertio. Pro hac opinione ſuffragatur tex. ſingularis in leg. ſi quis 6 poſt hanc C. de ædificijs priuatis, in quo probatur, quòd illud, quòd non poteſt tolli, vel extrahi de aliquo certo loco, poteſt tamē alium deportari, licet trāſeat per illum locum prohibitum.

Et hanc opinionē tenet Couar. in lib. 2. variarum reſolut. cap. 20. num. 13. verſ. decimoſexto, & ante ipſum Archid in c. Sicut antiquitus 17. q. 4. Io. Igneus in l. 1. in principio col. 3. ff. ad Syllan. Oldrad. conſ. 54. Decianus in ſuis tract. criminal. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 30. Farinacius in ſua pract. crimin. part. 1. tom. 2. titulo de carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 69. teſtans de communi, Alexander Ambroſinus de immunit. eccleſiæ in Bullam Gregorij xiiij. cap. 10. n. 10.

7 Secunda opinio docet, quòd condemnatus ad mortem ſi, dum ad ſupplicium ducitur tranſeat per eccleſiam, vel cœmeterium gaudere debet immunitate eccleſiæ, nec inde violenter extrahi poteſt. Quām opinionem tenet Remigius de immunit. eccleſiæ fallentia 30. dicens eſſe communem, & idē tenet, & affirmat Iulius Clarus in ſua pract. criminali. §. fin. q. 30. verſ. ſcias autem in fine, n. 21. Ioannes de Viſchis in tract. de immunit. eccleſiæ num 63. Baldus in l. pleriq; ff. de in ius vocando in fine, & ibi Iaſon in col. 2. verſ. Nouo, & verſ.

& verſ. ſequēti Bartholomæus Soccinus quæſt. 24. Marianus Soccinus in ſuo tract. de citatione art. 17. membro 2. Bonacoſſ. in par. 1. Commun. opin. verſ. Immunitas eccleſiæ, quem refert Farinacius in loco præallegato. Et ita fuiſſe iudicatum affirmat Caſſan. ſuper Conſuet Burgund n. 121. quem refert Boer deciſ. 110 poſt numerum 8. Et ita ſimiliter de facto ſeruatū fuiſſe teſtatur Gigas de Crimine læſæ maieſtatis lib. 1. in Rubr. qualiter, & à quibus crimen læſæ Maieſtatis committatur, q. 10. n. 33. Si igitur in hoc caſu gaudere debet immunitate eccleſiæ: Ergo, & etiam in caſu primæ opinionis, vt docet Ioan. Viſch. de immun. eccleſiæ num. 52. verſ. Quid ſi aliquis &c. Mant. conſil. 70. num. 17 lib. 1. quos refert Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullam Gregorij Papæ xiv. cap. 10. num. 10. in principio, licet ipſe contrariam ſequatur opinionem.

Pro reſolutione huius difficultatis ſciendum eſt, quòd licet prima opinio ſit de iure verior, & à Doctoribus magis recepta; Tamē ſecunda opinio eſt etiam communis, magis pia, & fauorabilis immunitati eccleſiæ, & à conſuetudine approbata. Vnde ad concordādas ſupradictas opiniones ego diſtinguerem.

8 Vel carceratus ducitur per familiam ſæcularem ad carceres, vel ad vltimum ſupplicium per eccleſiam, vel cœmeterium ex neceſſitate, quia aliunde tranſire non poſſunt; Et prima opinio tuta conſcientia temeri poterit in hoc caſu, vel ducunt per Eccleſiam, vel Cœmeterium non neceſsitate coacti, ſed voluntarie, & in hoc caſu ſecunda opinio eſt magis amplectenda.

Si vero condemnatus ad mortem, dum ad ſupplicium ducitur, aufugit è manibus ſatellitum, & ad eccleſiam, vel Cœmeterium ſe recipit, vel amplectitur Sacerdotem portantem ſanctiſsimam Euchariſtiam, immunitate gaudet per ſupradicta cap. 4. Ampliat. 37 n. 78. & hoc eodem cap. 5. ampliat. 3. nu. 4. & docet Remigius de immunit. eccleſiæ Fallentia 30. Decianus in tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 29. quos refert, & ſequitur Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Gregorij Papæ xiv. cap. 10 num. 13. verſ. Adeoque &c. & Cardin. Tuſchus tom. 1. lit. E, concl. 10 num. 22.

Ampliatur quartò. Supradicta regula, vt procedat in carcerato ex carcere fracto aufugiente, & ad eccleſiam confugiente; nam, & is ab ea inuitus extrahi non poterit; 9 ita tenet Boerius in deciſ. 110. n. 8 & 9. dicens ita iudicatum fuiſſe in Burdegalēſi Senatu, & Iulius Clarus in pract. crimin. §. fin. quæſ. 30. verſ Pone familia &c. num. 16. ſimiliter teſtatur fuiſſe ſeruatum in Senatu Mediolanenſi Anno Domini 1557. die 28. Decembris, eādem opinionem tenet Couarr. in lib 2. variarum reſolut. c. 20. n. 13. verſ. 18 Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap 28. num. 28. Farinacius in ſua pract. crimin. parte

part. 1. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n 42. & Alexander Ambroſinus iſi tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Greg Papæ xiv c. 10. nu. 11. & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Fallentia 29. in fine.

10 Ampliatur quintò, ſupradictam regulam procedere etiam in carcerato nõ fugiente ex carceribus, ſed exeunte de licentia cuſtodis, cum iuramento de redeundo: Is enim ſi nolens ad Carceres redire ad eccleſiam confugerit, tutus eſt, nec ibi capi poterit, non obſtante iurata promiſsione prædicta, ita tenet Henricus Boich. in c. eccleſiæ in fine de immun. eccleſiæ, Couarr. in lib. 2. variarum reſolut. c. 20. n. 13. verſ. 18 Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6 c. 28 n. 21. verſ. Sed maior poteſt eſſe dubitatio, iuncto n. 33. & alij quos refert. Couar. in loco præallegato, & Farinacius (qui eandem tenet opinionẽ) in ſua pract. criminali p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis quæſt. 28. nu. 43. & Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 11 num. 20.

Qui omnes admittunt ſupradictam ampliationem quando carcer erat iniuſtus; at ſi erat iuſtus, tunc non eam admittunt, quando nõ agitur de pœna corporali. Vel ſi agitur de pœna corporali, ille fuerit aſſecuratus de vita, & membris, Capella Toleſana decif. 422. col. 1. Bartholomæus Brixienſis in quæſtionibus Dominicalibus q. 37. in 2. vol. tractatuũ, Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ falleut. 23. in fine, ſecus vero ſi periculum ſit, ne ille corporaliter puniatur, quia tunc non poteſt inuitus ab eccleſia extrahi.

Eſt tamen aduertendum quòd ampliationes ſupradictæ 3. 4. & 5. non procedunt in eo, qui eſt carceratus pro aliquo delicto, pro quo eccleſia non habet immunitatẽ, puta pro Aſſaſsinio, pro crimine læſæ Maieſtatis in perſonam principis &c. ita Farinac. in loco præallegato n. 46.

Ampliatur ſextò ſupradicta regula procedere etiam in Capitaliter bannitis, nam gaudent ſupradicta immunitate; Dummodo delictum pro quo ſunt banniti, non ſit de exceptis per præſentem Conſtitutionem. ita docet Iulius Clarus in ſua pract. crimin § fin. q 3. verſ. ſcias autem num. 21. vbi dicit ita ſeruatum fuiſſe in Senatu Mediolani, & Farinacius in ſua pract. crimin. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 47. quòd tamen &c. 11

Amplio ſupradictam ampliationem, vt non ſolum non poſsit capi, & per vim extrahi ab eccleſia banniti, ſed nec etiam poſsint in ea occidi, dato quòd ex forma ſtatuti poſsint impunè occidi; & occidẽtes, licet non puniantur vt homicidæ propter ſtatutum ſupra dictum, debent tamen puniri vt violatores eccleſiæ, & eccleſiaſticæ immunitatis; ita docet Remigius de Gõni in ſuo tract. de imm. eccl. Fallent. 36.

Ampliatur ſeptimò ſupradicta regula, vt procedat etiam in extrahente per vim aliquem delinquentem ab eccleſia ad finem compo- 12

nendi pacem, & euitandi ſcandala; ita reſolutum fuit in curia Archiepiſcopali Neapolitana, vt refert Reuerendiſsimus Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 22. n. 9. ponens exemplum in quodam Nobili Neapolitano, qui prouocauerat ad ſingulare certamen alium Nobilem, & donec veniret tempus ſtatutum certaminis, ſe contulerat ad quandam eccleſiã, ne à curia ſæculari impediretur; & cum per Miniſtros dictæ curiæ ſæcularis eſſet extractus per vim ab eccleſia ad finem componendi pacem, fuit reſolutum incurriſſe in excommunicationem latam contra violantes immunitatem eccleſiæ, nam poterant alio modo obuiare ſcandalis, apponendo cuſtodes, & adeundo Archiepiſcopum, vt prouideret. Et conſtitutio Gregorij Papæ xiv. prohibet fieri extractionem pro quauis cauſa: Et ſic extractus, fuit reſtitutus eccleſiæ.

73 Ampliatur octauò, ſupradicta Regula procedere etiam in ſeruo; vt patet in c. inter alia in fine de immun. eccleſ.

Verum quia ſeruus poteſt eſſe fidelis, vel infidelis; Et iſta immunitas conſiderari poteſt reſpectu Iudicis ſi delictum commiſit, propter quòd poſsit publicè puniri; Et reſpectu Domini ſi ſolum ita deliquit, vt priuatim ab eo puniri poſsit, ideo ſciendum eſt.

Primò, quòd ſi ſeruus eſt fidelis, & tractatur de immunitate reſpectu Iudicis, nulla debet fieri diſtinctio inter liberum, & ſeruum, ſed æqualiter illa gaudent, vt docet Panor. in cap. Inter alia num. 23. in fine extra de immun. eccle. & Suarez de Religione tom. 2. lib. 1. c. 10. n. 2.

Et ratio eſt, quia in Iudicijs nõ eſt habenda acceptio perſonarum c. In Iudicijs de reg. iur. in 6. & conditio ſerui reſpectu Iudicis, accidentaria eſt.

Secundò ſciendum eſt, quòd ſi ſeruus eſt infidelis, & tractatur de immunitate reſpectu Iudicis, tunc idem dicendum eſt, quòd infra in cap. 12. dubitat. 1. de infidelibus nempè de Iudæis, & Paganis dicemus.

Tertiò ſciendum eſt, quòd ſi ſeruus eſt fidelis, & tractatur de Immunitate reſpectu Domini, (quia Dominus dominium illius habet, & ius ad opera illius) tunc ſeruandum eſt, quòd in d. c. Inter alia in fine diſpoſitum eſt ab Innocentio Papa iij. his verbis, *Poſtquam de impunitate ſua Dominus eius Clericis iuramentum præſtiterit, ad ſeruitium Domini ſui redire compellitur etiam inuitus, alioquin à Domino poterit occupari*; Niſi ſeruus confugerit ad eccleſiam propter magnam atrocitatem Domini; Quia tunc non eſt exponendus tam graui periculo: Et idem dicendum eſt, quoties prudẽter timetur morale periculum de graui nocumento ſerui, non obſtante iuramento; quia tunc cogendus eſt Dominus ſeruum vẽdere, vel ſaltem maiorem cautionem adhibere, ita Panor. & Suarez in locis præallegatis.

Quartò ſciendum eſt, quòd ſi ſeruus

ſeruus eſt infidelis, & tractatur de immunitate reſpectu Domini; Tunc vel ſeruus infidelis confugiens ad eccleſiam non petit Baptiſmum, vel petit; ſi non petit nulla immunitate gaudet: ſi vero petit tunc gaudebit immunitate eccleſiaſtica reſpectu Domini, ſi iudex eccleſiaſticus iudicauerit illã non eſſe ſimulationem, ſed veram voluntatem, vt latius declarabimus infra in cap. 12. dubio primo.

Ampliatur nonò, ſupradicta re-
14 gula etiam ſi ſit Imperator, vel Rex ille qui extrahit ca. Miror 17. quæſt. 4. qui textus deſumptus eſt ex Epiſtola S. Auguſtini ad Boniſacium Regem: & ita docet Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 27. nu. 1. & colligitur ex præſenti conſtitutione Gregorij Papæ xiv. ibi: *Volumus dictaq; auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſæcularis, eiuſque iudices, & officiales &c.*

Ampliatur duodecimò, ſupra-
15 dicta Regula etiam ſi ſit Epiſcopus, nam non poteſt extrahere, vel extrahi facere delinquentem, vt corporaliter puniatur in caſibus non exceptis, vt tradit Ioannes Andreas in c, Inter alia extra de immun. eccleſię, & Decianus in ſuis tract. crim. tomo 2. lib. 6. c. 27. nu. 3.

16 Amplio vndecimò, ſupradictã Regulam procedere non ſolum cõtra extrahentes per vim ab eccleſia, ſed contra attentantes extrahere per vim reum ab eccleſia, licet de facto non extrahant. Probatur ex illis verbis noſtræ Conſtitutionis, quæ ſunt in verſ. Quòd ſi quis &c. ibi, *Quicquam præter aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus, &c.* & latè probat Marius Italia de immun. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. à n. 54. vſq; ad 62. ſed præcipuè n. 60.

Amplio duodecimò, ſupradictã Regulam ad eum, qui aliquem 17
quem putabat reum extraxit, licet re uera talis non erat, & minimè deliquiſſe inuentus ſit, nam incurrit in cenſuras, & pęnas præſentis Conſtitutionis, vt optimè probat Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap. 22. num. 2. & Marius Italia de immunitate eccleſiæ lib. 1. cap. 6. § 2. num. 36. & 37. primò per text. in cap. Definit 17. quæſt. 4. in illis verbis, *Nullus audeat confugientes ad eccleſiam, vel reſidentes inde vi extrahere &c.* Secundò per tex. in cap. Nuper de Bigamis, hoc argumento, Quis mortua vxore promotus fuerat ad ſacros ordines, & poſtea cum ſecunda de facto contraxerat, & cognouit, & ideo Bigamiæ pœnam incurriſſe, deciditur in dicto capitulo, licet verè non ſit Bigamus, quia illæ ſecundæ nuptiæ nullum vinculum matrimoniale inducunt: attamen reputatur vt bigamus ea ratione quia ſufficit, quòd ille fecerit, quòd in ſe erat, vnde conſideratur intentio cum opere ſubſecuto; ſic in propoſito noſtro: ſufficit intẽtio cum opere ſubſecuto.

Quanam perſonæ delinquentes confugientes ad Eccleſias hac immunitate non gaudeant.

SVMMARIVM.

Omnis regula patitur aliquam exceptionem.n.1.
Latrones publici immunitate eccleſię non gaudent.n.2.
Latrones publici qui dicantur.n.3.
Graſſatores viarum qui dicantur. n.4.
Ad conſuetudinem publicum latronem tria requiruntur.num.5.vſque ad 12.
Latrocinium committentes in itineribus priuatis ſed frequentatis, im munitate non gaudent.n.6.
Latrones publici an dicantur illi qui ſæpè cum violentia domos alienas ingrediuntur vt rapiant.n.7.
Latronem propriè facit violentia in furando. n.8.& 11.
Violentia factum quando dicatur. n.8.verſ.violentia &c.
Mulier ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix. nume.9.
Latro quare publicus appellatur. n.10.
Fur qui dicatur.n.11.& 8.
Tonſores monetarum non excluduntur ab hac immmunitate.n.11.verſ. Hinc ſequitur.
Depopulatores agrorum immunitate non gaudent.n.12.
Depopulatores agrorum qui dicantur n.13.
Homicidium committens in eccleſia immunitate non gaudet.n.14.
Membra mutilans in eccleſia immunitate non gaudet.num.14.
Homicidium in rixa committens in eccleſia an gaudeat immunitate? n.15.
Qui extra eccleſiam ſtando, ex loco profano ſagitta, vel ſcloppo exiſtentem in eccleſia occiderit, immunitate non gaudet.n.16.
Exiſtens in eccleſia ſi occiderit exiſtentem extra eccleſiam, non erit tutus in eccleſia.n.17.
Extrahens exiſtentem in eccleſia per vim, & extra eccleſiam eum occidens, non gaudet immunitate. n.18.
Homicidium committens in eccleſia poteſt capi non ſolum in illa eccleſia in qua deliquit, ſed etiam in alia.n.19.
Homicidium, vel mutilationem membri committens in eccleſia, non eſt tutus in eccleſia pro alijs delictis commiſſis extra eccleſiam, ante, vel poſt.n.20.
Occidens vel mutilans in eccleſia nõ gaudet immunitate dato quod eccleſia non ſit conſecrata.n.21.
Verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur.n.22.
Delinquens in eccleſia non amittit immunitatem niſi commiſerit homicidium, vel membrum mutilauerit.n.23.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis.n.24.
Dictio tãtum eſt dictio taxatiua quæ de ſui natura eſt impedire extenſionem ad non expreſſa.n.25.
Forma ad vnguem ſeruari debet. nume.26.
Delinquens in eccleſia puniri poteſt ab Epiſcopo.n.28.
Delictum leue committens in eccle-

ſia non priuatur immunitate eccleſia.n.29.

Homicidium committens prope eccleſiam, ſed extra, non priuatur immunitate.n.30.

Quòd certo loco eſt permiſſum in alio loco cenſetur prohibitum.n.31.

Homicidium committens in locis priuilegiatis, extra ſed prope eccleſiam, immunitatem non amittit.. n.32.

Eccleſiæ nomen ſumitur quandoque ſtrictè, & quandoque largè.. nume.33.

Mandans committi homicidium extra eccleſiam non priuatur immunitate, quamuis ipſe mandans ſit in eccleſia.n.34.

Mandans committi delictum non dicitur delinquere in loco vbi mandauit, ſed vbi delictum fuit expletum.n.35.

Exiſtens extra eccleſiam ſi mandat fieri homicidium in eccleſia, immunitate non gaudet.n.36.

Mutilatio quid ſit.n.37.

Membri nomine quid intelligatur.. n.38.

Digitus, & dentes an membri appellatione veniant.n.39.

Mammilla an ſub membri nomine cõprehendatur.n.40.

Verba ſunt intelligenda, & interpretanda ſecundum propriam ſignificationem.n.41.

Auriculam alteri amputans in eccleſia vtrum priuetur immunitate? n.42.

Membrum inutile abſcindens in eccleſia an priuetur immunitate? n.43.

CAPVT VI.

QVia omnis regula patitur aliquam exceptionem, vt docet Glo. in Rubr. de reg. iur. in 6. nunc videndum eſt, qui nã 1
caſus excipiantur à regula propoſita in præcedenti c.5.n 1.

Excipiuntur primò à ſupradicta regula publici latrones, vt pa- 2
tet in c. Inter alia, extra de immu. eccleſiæ, ibi, *Niſi publicus latro fuerit*, & in c. ſicut antiquitus 17. q.4. & nouiſsimè in præſenti Conſtitutione Gregorij Papæ xiv. quæ incipit cum alias, in qua additur *Viarumq; graſſatores qui itinera frequentata, vel publicas ſtradas obſident ac viatores ex inſidijs aggrediantur*; & docet Panor. in c. Inter alia, extra de Immunit. Eccleſiæ, Couar. in lib.2. var. reſol. c.20.n.13. verſ.19. &c. Suarez de Relig. tom.1. tract.2. lib.3.c.11.n.4. Sylu. in ſua Summa verbo Immunitas 3.q 2.nu 2. verſ. Primum &c. & commun. Doctores quos refert, & ſequitur Farinacius. in ſua pract. crimin. par.1. tom.2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28.n.50.

Publici Latrones dicuntur illi 3
qui in itineribus publicis, vel in mari, cum armis, & violentia deprædantur, authentica ſed nouo iure C. de ſeruis fugitiuis, Authentico vt nulli Iudicum §. fin. verſ. Fures autem &c. Decianus in ſuis tract. crim. tom.2. lib.6 c.28. nu.2. verſ. Tertio etiam extendenda, Gomez to.3. var. reſolut. c 10 in Rub.

Quan-

Quando Reus gaudet immun. eccleſię n.2.in princ.& verſ.ſecundus caſus eſt.Syl.in Summa verbo immunitas 3.q.2.n.2.

Graſſatores vero viarum dicuntur illi qui vias publicas intra Vr-
4 bem obſident:ita Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6.cap.28.n.2 verſ.Cum igitur,& Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de imm.eccl In Bullam Gregorij Papæ xiv. c.3. n.2.& 8.

Vnde illi qui in vijs publicis extra Vrbem deprædantur dicuntur propriè publici latrones; Qui vero in vijs publicis intra Vrbem deprædantur, dicuntur Graſſatores viarum.

Tamen ſub nomine latronum continentur: ita docet Decianus in loco præallegato n.2.verſ.Differre autem putarim &c.& in verſ.cũ igitur hoc genus &c.

Ad conſtituendum verò publi-
5 cum latronem, vt amittat beneficium immunitatis eccleſię oppor tet vt tria concurrant.

1 Primò,quòd in vijs publicis vel in mari deprædetur, vt patet ex præſenti conſtitutione Gregorij Papæ xiv. quæ incipit cum alias ibi, *Qui itinera frequentata, vel publicas ſtradas obſident*; Et in l.Capitalium §. & vt generaliter verſ. Graſſatores.ff de Pœnis ibi, *atq; in itineribus*. Et ex Auth.ſed nouo iure C.de ſeruis fugitiuis ibi, *aut itineribus, aut in mari*: & Authent.Vt nulli iudicum.§ fin.verſ.Fures autem ibi, *aut itineribus, aut in mari*, & docet Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiv. cap. 2. n.4 Decianus in ſuis tract.crim.in. tom.2.lib.6.cap 28.n.2. verſ. Cum igitur.Nam ſi in via priuata, ſemel aut bis aliquem ſpoliaret,non cõprehenderetur ſub nomine publici latronis, vt docet Decianus in loco præallegato:niſi eſſet iter frequentatum,quia ſupradicta Con-
ſtitutio Gregorij Papæ xiv. æquipa- 6
rat iter frequẽtatum viæ publicę: & per iter frequentatum intelligere videtur iter priuatum, nam illud diſtinguit à via publica per dictionem vel.

Vtrum autem illi qui ſæpè cum
violentia domos alienas ingrediũ 7
tur vt rapiant dicantur publici Latrones? Decianus in ſuis tract. crimin. tom 2. lib.6. cap.28 nu.2. verſ Verum aduertẽdum &c.vult, quòd dicantur publici latrones dum propter frequentiam publicè noti ſunt, & quòd hac immunitate non gaudent: Et pro hac opinione videtur facere text.in Auth. vt nulli Iudicum § fin. verſ. Fures autem ibi, *in domibus, aut itineribus, aut in mari*, & Authent.ſed nouo iure C. de ſeruis fugitiuis, ibi, *Qui aut violenter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſine arm. is, in domibus, aut itineribus, aut in mari, pœnis legibus ſubijciatur*; Quæ opinio mihi non diſplicet,nam licet in præſenti Conſtitutione Gregorij Papæ xiv.fiat tantum mentio de vijs publicis, hoc prouenit quia in illis frequenter fieri ſolent Latrocinia:tamen per ſupradicta iura inter latrones connumerantur iſti etiam qui in domibus vel in mari cum violentia furantur, vt bene dicit Decianus in loco præallega-

F 2 to,

to,& Marius Italia in ſuo tract.de immun. eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiiij lib.1.cap.5.§.1.num.34 verſ. Quare quantum &c. & num. 42.

Secundò ad conſtituendum publicum latronem requirirur quòd cum violentia aggrediatur, ſiuè cum armis,ſiue ſine armis,vt patet ex Authent. Vt nulli Iudicum §.fin.verſ.*Fures autem*, ibi, *aut cum armis,aut ſine armis*.& Authent.ſed nouo Iure C. de ſeruis fugitiuis. Et licet in l.Capitalium.§ & vt Generaliter verſ.Graſſatores.ff.de pœnis dicatur ſimpliciter, *& ſi cum ferro aggredi, & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur*: Vnde videtur colligi quòd requirantur arma ad conſtituendum publicum latronem, & ſic docet Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de immu-
8 nitate eccleſiæ.cap.2.nu.4.Tamen violentia in furando eſt propriè quæ latronem facit,& quæ conſtituit differentiam inter latronem, & furem:& ſupradicta lex Capitalium quæ eſt in ff. declaratur per ſupradictas duas Authenticas, & noua iura quæ ponunt differentiam inter furem,& latronem, (nã non eſt nouum vt vna lex per poſteriorem declaretur.l.Non eſt nouum ff. de legibus) & licet vocent furem qui occultè, & ſine armis furatur, non per hoc tamen ſequitur, quòd ſi quis cum armis furetur, ſed occultè, & ſine violentia dicatur latro; Sicut è contra dicitur latro qui cum violentia furatur, dato quòd ſit ſine armis, vt clarè patet ex Authenticis ſupradictis, Violentia factum dicitur quando effringuntur oſtia, feneſtræ, vel muri alicuius domus ad furandum.ſiue in Vrbibus,hoc eſt in locis habitatis, ſiue extra; textus eſt in l.Is qui §.Si quis de monumento in fine. ff. Quòd vi, aut clam. Item quando per vim furantur claues,& poſtea illis fores aperiuntur.Marius Italia in ſuo tract. de immunit.eccleſiarum lib.1.c.5. §.1.num.26. Et Iudex ex qualitate perſonarum,cauſæ, & tẽporis, poterit arbitrari quando violentia interuenerit.Ita Marius Italia vbi ſup.n.31.

Tertiò ad conſtituendum publicum latronem requiritur,quòd ſit ſolitus deprædari,vt patet ex l.Capitalium.§ Et vt generaliter,verſ. Graſſatores.ff.de pœnis,ibi, *Vtiq; ſi ſæpius*, & docet Decianus in ſuis tract.Crim in.tom.2.lib.6.cap.28. nu.2.verſ. Differre autem putaris, Alexãder Ambroſinus in ſuis trac. de immunitat. eccleſiæ in Bullam Greg.Papæ xiv. cap.2. nu.4. & c.3. n.3.in fine,Peguer deciſ.40.qui exactè tractat materiam iſtam,& Angel.ante eum conſil.403 in principio,& Fulgoſ.conſ.157.nu 3 quos refert Ambroſinus vbi ſup. Et ra- 9
tionabiliter requiri videtur vt ſit ſolitus deprædari, nam ſicut mulier ex vnico actu fornicationis non dicitur publica meretrix, nec publicus vſurarius appellatur qui ſemel tantum committit vſuras, ſed ex multiplicatione actuum nomen accipiunt, arg. textus in leg. Quis ſit fugitiuus. §. Errorem, & l. ſciendum. §. Illud. ff. de edilit. edicto,& docet Bart.in Prohemio ff.num 10 Panorm. in c.1.nu.24.de

Iudic.

Iudic.Nauar.in Man.c.27.nu.248. § Omnes, & quoſcumq; &c. verſ. Ideoq; arbitror &c. ita quoq; ex vnico tantum furto facto cum violentia, etiam in loco publico non poteſt dici publicus latro, ita vt ab hac immunitate excipiatur, & ita docet tota Caterua Canoniſtarũ, vt affirmat Igne. in l.3.§. ſubuertitur n.107.ff.ad Syllan. qui de cõmuni teſtatur, vt refert, & ſequitur Alexander Ambroſinus in loco præallegato c.3.n.4. in fine.

Nec obſtant ſtatuta quæ communiter vigent, vt qui ſemel graſſatus fuerit in via publica vltimo ſupplicio damnetur; Et quòd Iudices contra eos ſoleant procedere tanquam contra publicos latrones: Nam quòd attinet ad immunitatem eccleſiaſticam ius cõmune ſeruandum eſt, quòd requirit vt ſit ſolitus graſſari, vt patet ex ſupradicta l.Capitalium.

Et ſtatutum, & cõſuetudo, quòd qui ſemel graſſatus fuerit vti publicus latro ſuſpendatur, non poteſt tollere immunitatem eccleſię, vt benè dicit Alexander Ambroſinus de immunitate eccleſię in Bullam Greg. Papæ xiv.c.3.n.6. quam opinionem tenet etiam Peguer deciſ.40.& Maſtrillus in Commentario indulti Regni Siciliæ c.33. nu.7. quos refert Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiarum lib.1.c.5.§.1.n.40. licet ipſe contrarium ſentiat n.20.& 40. tamen Ambroſini opinio probabilior mihi videtur.

Sunt enim aliqui qui exiſtimãt ad conſtituendum publicum latronem, & viarum graſſatorem requiri (vltra ſupradicta tria) vt aggreſsio fiat cum interemptione hominis: ſed contrarium colligitur ex præſenti conſtitutione Gregorij Papæ xiv. ibi, *Si fuerint publici latrones, viarumq; graſſatores qui frequentata itinera, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur:* in quibus verbis Summus Pontifex non conſiderat interemptionem; Et Panorm. in cap. inter alia num.5. de immunit. eccleſiæ docet publicum latronem ex eo ſolo dici, quòd publicè cum violentia furetur: Vel quòd in vijs publicis ſtat vt viatores deprædetur: quam ſententiam ſequitur Oldradus conſ. 154 nu.2. Bartol. in l.Capitalium § Famoſos nu.1.& 2. ff. de Pœnis, Bald. in Authen. ſed nouo iure n.3. C.de ſeruis fugitiuis, quos refert, & ſequitur Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiv.ca.2. num.6.

Eſt tamen aduertendum, quòd 10
publicus latro nõ dicitur ex eo ſolo, quòd palam deprędatur, (quia immo multoties ſecreto per inſidias prædatur, & ideo à latendo dicti ſunt latrones) ſed dicitur etiam publicus, tum reſpectu loci publici in quo deprædatur; tum reſpectu frequentiæ propter quam publicè notus eſt, vt docet Decianus in ſuis Tract. criminal. tom.2. lib.6. cap.28. num.2. verſ. cum igitur, & verſ. Verum aduertendum, & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immuni. eccleſiæ in Bullam Greg. Papę xiv. c.2.n.3.

11 Et dicitur Latro quia cum violentia deprædatur, ad differentiã furis qui occultè ſine armis,& ſine violentia furatur:Authent. Vt nulli Iudicum §.vlt.verſ.vt autem &c. & Authent. Sed nouo Iure C. de ſeruis fugitiuis, & docet Alexander Ambroſinus in loco prællegato c.2.n.3.

Hinc ſequitur, quòd tonſores monetarum non debent excludi ab hac immunitate,vt rectè etiam docet Marius Italia de immunit. eccleſiarum lib.1.cap.5,§.1.nu.15. licet reſpectu rei ſublatæ quodãmodo publicè dici poſſent, cum ipſa moneta publica res dicatur, tamen cum clam, & ſine violentia furentur, inter publicos latrones connumerari non poſſunt.

12 Excipiuntur ſecundò à ſupradicta Regula depopulatores agrorum, vt habetur in præſenti Conſtitutione Gregorij Papæ xiv. & in c. Inter alia extra de immunit. eccleſiæ, & docent communiter Doctores quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crimin. part.1.tom.2. quæſt.28. num.50.& docet Suarez de Religione tom.1. tract.2.lib.3.cap.11.num.4.Syluest. in Summa in Verbo Immunitas 3. quæſt.2. num.2. verſ. ſecundum eſt.

13 Depopulatores agrorum dicuntur illi qui ſegetes in agris alienis depradantur,cõburunt,& fructus, ac vineas vaſtant, vt not. in l.1. C. Quando lic.vnic.ſin.iud. & docet Oldr.conſ.154.n.2.& Villagut. de extenſ.leg.tit.de extenſ.Immun.eccleſiæ.n.45.quos refert,& ſequitur Alexãder Ambroſinus in ſuo tract. de imm.eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiv. c.4.nu.4.& Decianus in ſuis tract. crimin. lib.6.c.28.nu.3. Nauar. in Manuali cap.25.nu.20. verſ. Non item gaudet, & Gomez quem refert, & ſequitur Marius Italia de immu.eccleſiarum lib.1. c.5.§ 2.n.3.

Et ratio quare hoc delinquentium genus ſit exceptum ab eccleſiæ immunitate eſt, quia publicã magis perturbat quietẽ, vt patet ex l.2.C.Quando lic. vnic.ſin.Iud. & ex propoſito inſidiantur,vt docet Decianus, in loco præallegato,& Ambroſinus ibidem n.5.

Notandum tamen eſt, quòd in c.Inter alia de immun.eccleſiæ excipiuntur *nocturni depopulatores agrorum*, ſed in præſenti Conſtit. Gregorij Papæ xiv. non adeſt illa dictio *nocturni*.

Vnde per præſentem Conſtitutionem ſiuè ſit nocturnus,ſiuè diurnus depopulator agrorum eſt priuatus hac immunitate, vt docet Alexan. Ambroſinus in ſuo tract. de imm.eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiv.c.4.n.5.in fine. Decianus in ſuis tract crim.lib.6. c.28. alias 29.n.3.in fine,quem refert, & ſequitur Marius Italia de immun.eccleſiarum lib.1.c.5.§.2.n.8.

Pano.vero in c.inter alia de imm. eccl.n.5.diſtinguit depopulatores agrorum à Latronib.dicens quòd Latrones publicè,& palã deprædãtur,& occidũt, depopulatores aũt agrorũ occultè latẽtes in ſegetib. ſed Dec.& Ambr. in locis præallegatis non placet dicta diſtinctio.

Excipiuntur tertiò à ſupradicta 14 regu-

regula illi qui homicidia, & muti
lationes membrorũ in ipſis eccle-
ſijs earumvè Cœmeterijs commit
tere non verentur, vt habetur in
præſenti Conſt.Greg. Papæ xiv. &
in c.fin.extra de immun. eccleſiæ,
& docent commu. Doctores quos
refert,& ſequitur Pari.in ſua prac.
crim.p.p.tom.2. tit.de carceribus
& carceratis q.28.n.52.

Circa ſupradictam exceptionẽ
notandum eſt primò,quòd dictio
&, poſita inter homicidia, & mu-
tilationes nõ ſtat coniunctiuè,ſed
alternatiuè &, pro aut vel pro vel
iuxta doctrinã Baldi in c.1. in fine
de duobus fratribus in feudis; Vn
de ſiuè homicidium tantum com
mittat in eccleſia abſque membri
mutilatione;ſiuè membrum tantũ
mutilet ſine homicidio immunita
te non gaudet.Ita colligitur ex Iu
lio Claro in ſua pract. crim. § fin.
q 30. nu.13. verſ.Item quæro,& ex
Farinacio in ſua pract.crimin.p.p.
tom.2. tit.de carceribus, & carce-
ratis q.28.n.53.

15 Ampliatur primò ſupradicta ex-
ceptio 3.vt procedat etiam in eo,
qui occidit, vel membrum mutila
uit alicui,non ex propoſito,& ap-
pẽſate,ſed in ſubitanea rixa;Ita do
cet Iul.Cla.in ſua pract.crim.§.fin.
q 30.verſ.Item quæro n.13.in fine,
Pano.in c.vlt.de imm.eccl.Aufred.
in additione ad Capellam Toloſ.
q.423.n.1.in fine, quem refert,& ſe
quitur Couar.in lib.2.var. reſol. c.
20.n.15.verſ.22.Fari.in loco pręal
legato n.54 Decianus in ſuis trac.
crimin.tom.2.lib.6.c.28.n.5. circa
mediũ, verſ. verũ quia &c. Suarez
de Religione tom.1.tract.2.lib.3.
c.11.n.6.in fine:& Marius Italia de
Immunit.Eccleſiarum lib.1.cap.5
§.3.n.7. verſ.Vnde firme dicas &c.
prope finem n.7.

Et ratio eſt, quia in præſenti
Conſtitutione indiſtinctè exci-
piuntur illi,qui homicidia, & mu
tilationes membrorum in ipſis ec
cleſijs, vel Cœmeterijs commit-
tunt,& ita indiſtinctè debet intel-
ligi tam de illis,qui data opera,&
ex propoſito, quam de illis qui in
rixa talia delicta committunt,iux
ta textum in l.de Pretio.ff.de publ.
in rem act.& l. Præſes ff. de officio
Præſidis.

Præterea tam illi qui data ope-
ra,quam illi qui in rixa talia com-
mittunt, iniuriam faciunt eccle-
ſiæ.

Ampliatur ſecundò ſupradicta 16
tertia exceptio procedere etiam
in eo, qui extra eccleſiam ſtãdo ex
loco profano, ſagitta, iaculo, aut
ſcloppo exiſtẽtem in eccleſia occi
derit,aut membrum,& mutilaue-
rit;Nã negari non poteſt,quin cri-
mẽ iſtud ſit in eccleſia commiſsũ;
Quia licet principiũ habuerit ex-
tra eccleſiam,& à loco profano,ta
men in eccleſia executionem, &
perfectionem habuit:& ideo in ec
cleſia dicitur commiſſum delictũ,
& non extra, & ſic tanquã iniuria
ſit facta ipſi eccleſiæ, delinquens
hoc modo priuatur illius immuni
tate, non aliter, ac ſi in eccleſia à
principio deliquiſſet: ita docet
Couarr.in lib.2. var. reſol. cap.20.
num.15. verſ.27.&c.Farinacius in
ſua pract. crimin. part. p. tom. 2.
tit. de carceribus, & carceratis
quæſt.28. num. 61. Decianus in

ſuis tract.crimin.tom.2.lib.6.c.28 nu.6. in fine, Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.cap.11.num.7. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de immunit.eccleſiæ in Bullam Gregorij Papæ xiv.cap.5.n.8. Marius Italia in ſuo tract.de immun.eccleſiarum lib.1. cap.5.§.3. nu.47. Et Remigius de Gonni in ſuo tract. de immunit. eccleſ. Fallent.6.

Et è contra ſi exiſtens in eccle-
17 ſia, occiderit exiſtentem extra eccleſiam, non erit tutus in eccleſia; ſed poterit ab illa extrahi; ita docet Panor. in c.vlt.nu 11. Extra de immun.eccleſiæ, Io.de Viſchis in ſuo tract de immun.eccleſiæ n.26. Alexander Ambroſinus in loco præallegato cap.5.nu.7. Villagutus de extenſione legis tit. de extenſ. immunit. eccleſiæ num.62. Decianus in ſuis tract. crim. to. 2. lib.6. cap.28. num.6. & Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.c.11 nu.7 Marius Italia vbi ſup.c.5.§.3 n.48. Et Syluester in ſumma verbo immunitas 3.q.6.nu.6.& 8.in fine, Angelus Claus in Summa verbo immunitas q.23.& Remig.de Gōni in ſuo tract.de immun.eccleſiæ Fallent.4.

18 Ampliatur tertiò, ſupradicta tertia exceptio in eo, qui extrahit exiſtentem in eccleſia contra ſuam voluntatem, & extra eccleſiam eū occidit, vel ei membrum mutilat, quia non debet gaudere immun. Et ratio eſt, quia per talem extractionē violatur eccleſia, vt docet Vinc.in c.fin. de immu. eccleſ. Panor.ibid.col.pen.in fin.& Syl.in ſua Summa verbo immu. 3.q 6.& videtur in eccleſia eum occidere; ita docet Remig. de Gonni in ſuo tract.de immun.eccleſ.Fallent 9.

Ampliatur quartò, ſupradicta 19
exceptio tertia, vt delinquens in eccleſia, modo ſupradicto in tertia exceptione, poſsit capi non ſolū in illa eccleſia, in qua deliquit: ſed etiam in alia. Et ratio eſt, quia immunitas hæc non eſt vni eccleſiæ in ſpecie conceſſa, ſed vniuerſali eccleſiæ; Vnde cum vna ſit vniuerſalis eccleſia per totum orbē, qui facit iniuriam vni particulari eccleſię, omnes offendiſſe videtur; Et propterea illius immunitate gaudere non debet: ita docent cōmuniter Doctores, quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim.p.p.tom.2.tit.de carceribus, & carceratis q.28.n.59. Remigius de immun.eccleſiæ Fallent.11.n.2 teſtans de communi Iulius Clarus in ſua pract.crimin.§.fin.q 30. verſ.Sed quid n.14 & Decianus in ſuis tract.crimin.tom.2.lib.6.c.28. num. 8. Syluest. in Summa verbo immunitas 3.q 2.verſ.tertium eſt &c. Couarr. in lib. 2. var.reſolut. cap.20 num.15. verſ.23. Henricus Boich in c.Eccleſiæ col.3.de imm. eccleſiæ, & Marius Italia in ſuo tract.de immunit. eccleſ.lib.1.c.5. § 1.n.21.& 22.

Ampliatur quintò, ſupradicta 20
exceptio tertia, Quòd ille, qui ſemel deliquit in eccleſia occidēdo, vel mutilando membrum alicuius hominis, ſi ante, vel poſt aliud cōmiſerit delictum extra eccleſiam, nō eſt tutus in eccleſia; ſed in ea capi poteſt, etiam pro delictis commiſsis extra eccleſiā. Et ratio eſt, quia

quia ob iniuriam ſemel illatā eccleſiæ, dignus eſt generali priuatione illius immunitatis; ita deciſum fuit Capella Toloſana deciſ. 422 Item fuit quæſitum an ſit aliquis &c. & docet Caſſan. & Archid. quos refert, & ſequitur Fari. in ſua pract. crim p. p. tom. 2. tit de carcerib. & carceratis q. 28. nu 60. Iulius Clar. in ſua pract. crim. § fin. q. 30. verſ. Sed quid ſi aliquis in fine n. 14 Couar. in lib. 2. var. reſol. c. 20. n. 15 verſ. 24.

Limitatur tamen ſupradicta ampliatio quinta non procedere, quādo pro delicto commiſſo in eccleſia delinquens eſſet punitus, nam tūc pro alijs delictis ante vel poſt commiſsis gauderet immunitate: ita Boerius deciſ. 110. col. fin. Farinacius in loco præallegato, Decianus in ſuis tract. crim. to. 2. lib. 6. c. 28. nu 9. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullam Greg. Papæ xiv. cap. 5. n. 10. & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immunit. eccleſiæ Fallent. 11. n. 2. in fine.

21 Amplio ſextò, ſupradictam tertiam exceptionem procedere ſiue eccleſia ſit conſecrata ſiue non, Nā quo ad hoc particulare nulla eſt differentia inter eccleſiam, & Baſilicam, vt latè probat Marius Italia de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 5. § 3. n. 40. & 41. Vnde dato, quòd occidat, vel mutilet in eccleſia nō conſecrata, (dummodo in ea celebrentur diuina officia) vel in Cœmeterio non conſecrato, ſed tantum benedicto iuxta Rituale Romanū iuſſu Beatiſs. Pauli Papæ V. edito Anno Domini 1614 ſub tit. Ritus benedicendi nouum Cœmeterium per Sacerdotem ab Epiſcopo delegatum, nō gaudet hac immunitate: ita Marius Italia vbi ſup. nu. 45. Et ratio eſt, quia ſecundum communem vſum loquendi nulla fit differentia, & verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur l. labeo. ff. de Suppelе. leg. l. Cum delanionis. §. Aſinam. 22 ff. de fundo inſtructo, Bart. communiter receptus in l. Omnes populi n. 58. ff. de iuſt. & iure, Vgol. in expoſit. Bullæ Cœnæ Domini p. 2. c. 1. n. 2.

Supradictam tertiam exceptionem ſic ampliatam.

Limito primò, non habere locū in alijs delictis, etiam grauiorib. 23 dato quòd polluatur eccleſia. Probatur primò, quia in præſenti conſtitutione excipiuntur aliqui caſus ab immunitate eccleſiaſtica: Sed exceptio firmat regulam in contrarium in caſibus non exceptis; l. Nā qd liquide §. fin. in prima reſpōſo. ff. de pen. legat. l. Tribunus §. vlt. ff. de militari teſt. c. Dñs 32. 24 q. 7. Cagn. in l. 1. ff. de reg. iur. Gloſ. & Decius in l. 1. eod. tit. Suarez de legibus lib. 8. cap. 19. nu. 6. in fine; ergo cum excipiantur tantum homicidia, & mutilationes mēbrorū factæ in eccleſijs, & cœmeterijs, ſequitur qd in alijs delictis ſeruanda eſt regula ſuprapoſita in c. 4. n. 1

Secūdò probatur quia dū in præſenti Conſt. excipiuntur caſus aliqui, apponitur dictio taxatiua, tātū ibi, *ita ad vnā tantū formā reducimus*, quæ dictio de ſui nā hēt impedire extenſionē ad non expreſſa l. Properandū § 1. C. de iudic. l. Si cū exceptio §. Quòd ſi homo. ff. Quòd me-

metus cauſa. §. 1. in fine inſt. de ſti pulatione; ſeruorum Decius conſ. 54. n. 7. in fine lib 1.

Tertiò quia in eadem Conſtitutione, eorundem caſuum exceptio fit per modum formæ, vt patet ex verbis ſupraપositis *Ad vnam tan-*
26 *tum formam reducimus*; Ergo illis nihil addi, vel minui poteſt, ſed ad vnguem debet ſeruari, vt docet Pariſius cõſ. 19 n. 188 lib. 2 & conſ. 61 n. 15. lib. 3. Rolan. conſ 3. n 3. & cõſ. 72. n. 60. & 68. lib. 3

Quartò probatur, quia in præſenti Conſtitutione extenſio fieri prohibetur ibi, *ſublata eis &c.* ergo non debet extendi ad alia delicta non expreſſa, quantumcumq; ſint grauia, per tex. in c. Inter alia de immun. eccleſiæ.

27 Quintò probatur quia vbi verba ſunt clara, nõ eſt habenda quæſtio voluntatis l. Ille aut ille. § cũ in verbis. ff. de leg. 3. l. Continuus. §. Cum ita. ff. eod. tit.

Et huius opinionis eſt Farinacius in conſ. 76 à nu. 9. in p. p. Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullã Greg. Papæ xiv. c. 5. n. 4 verſ. Nec ſubſiſtunt &c. & nu 6. Io. Franciſcus Leo in ſua praxi Archiepiſcopali c. 13. de immunit. eccleſiæ n. 27. verſ. Minuſq; &c. Cardinalis Tuſchus tom. 3. lit. E, concl. 11. n. 9. & Stephanus Gratianus in ſuis Diſceptationib. Forenſ. tom. 2 cap. 380. num. 29. cum tribus ſeq. qui in ſpecie loquuntur de hac Conſtitutione.

Nec obſtat cõis opin. Doctorũ, quæ docet eandem exceptionẽ factã per Greg. ix. in c. fin. de immun. eccl. extendi in quocumq; delicto graui commiſſo in eccleſia, dato quòd non interueniat homicidiũ, aut membri mutilatio: de qua cõmuni teſtatur Remig. in tract. de imm. eccl. in 3. Fallen. n. 5. Iul. Cla. in ſua pract. crim. §. fin. q. 30. n. 13. verſ. Item quæro &c. Bonacoſſ. in commun. opin. p. p. verbo eccleſia habet immunitatẽ, ad finem verſ. Limita niſi in ipſa eccleſia delinquat. Couar. in lib. 2. var. reſol. c. 20 n. 15. verſ. 21 &c. Nau. in Man. c. 25. n. 20. dicens eſſe opinionem communem, Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 11. nu. 6. Syluest. in Summa verbo Immunitas 3. q. 2. n. 2. verſ. tertium eſt.

Non obſtat dico ſupradicta cõmunis opinio.

Primò quia dicti Doctores ſcripſerunt ante præſentem Conſtitutionem; Et licet eadem exceptio fiat in dicto cap. fin. de immun. eccleſiæ, & in præſenti Conſt. tamen ſtrictius fit in præſenti Conſtitutione, per dictionem taxatiuam tantum, & per modum formæ, vt dictum eſt ſupra in ſecunda, & tertia ratione.

Secundò quia ad hunc finem Sũmus Pontifex ſanxit præſentem Conſtitutionem nempè ad tollendas dictas extenſiones, & interpretationes à Doctoribus Canonum factas in præiudicium immunitatis eccleſiæ, vt docet Farinàcius conſ. 76. n. 9. & Ioa. Franciſcus Leo in ſua praxi Archiepiſcopali cap. 13. de imm. eccl. n. 7. verſ. Minuſq; &c.

Tertiò, quia per hanc Conſtitutionem declaratur cap. fin. extra de immunitate eccleſiæ non

loqui

loqui generaliter de delictis: Nec ibi fuiſſe factam mentionem de homicidio, & mutilatione membri gratia exempli, vt aliqui præſupponunt: ſed excepiſſe à Regula tradita in c. Inter alia de Immun. eccleſiæ, homicidium, & mutilationem membri factam in eccleſia, vel Cœmeterio tantum

Aduerte tamen, quòd licet quãtum reſpecit ad pœnam temporalem à Iudice ſæculari datam hac immunitate dicti ſacrilegi gau-
28 deãt per ſupradicta, tamen propter delictum commiſſum in eccleſia ab Epiſcopo puniẽdi ſunt: quia ratione delicti commiſsi in eccleſia, forum eccleſiaſticum ſortiuntur: & cum iniuria facta ſit eccleſiæ, ab eadem vindicari, & puniri debẽt: optimus textus in c. ſignificaſti extra de Adulterijs, & ſtupro, & patet ex Bulla Pij V. quæ incipit cum primum &c. c. Cum ſit generale de foro compet. Abbas in c. Relatum num. 1. verſ. Et ex hoc, & Gloſ. in c. Graue de ſentent. excommun. Marius Italia de immu. eccleſiæ lib. 1. cap. 3. §. 2. n. 2. & c. 4. §. 7. n. 13. & 14. & dum eſt in eccleſia non datur locus præuentioni iudici ſęculari, Marius Italia de immu. eccleſiæ lib. 1. c. 5. §. 3. n. 39. & 53 Nam regulariter ibi puniendus eſt reus, vbi crimen commiſſum eſt c. 1. extra de Raptoribus.

Poterit tamen Epiſcopus (ſi expediens ſibi videbitur) ipſum reũ tradere Curiæ ſæculari, data prius ſecuritate ab ipſo iudice ſæculari de delinquentis impunitate quoad vitam, & membra, & omnem corporalem pœnam, iuxta Canonem Id conſtituimus 17. q. 4. & ita docet Sylueſter in Summa verbo immunitas 3. q. 4. n. 4. & Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 13 n. 3.

Hæc tamen ſecuritas ſeu, cautio ſufficit ſi ſit iuratoria, vt in dicto c. Id conſtituimus 17. q. 4. Sed ſi timetur, quòd iuramentum non ſeruet: debet eſſe fideiuſſoria, arg. c. ex tranſmiſſa de reſt. ſpoliat. & docet Sylueſter in loco præallegato.

Ampliatur ſupradicta limitatio, multo magis habere locum quando delictum intra eccleſiam commiſſum eſt leuè: Nam non eſt abducendus delinquens ab ipſa eccleſia, vt docent commu. Doctores; Pano. poſt Hoſti. in c. fin. de im mun. eccleſiæ, & alij Doctores ibi, Henric. Boich. in c. eccleſiæ col. 3. de immun. eccleſiæ. Sylueſt. in Summa verbo immunitas 3. q. 2. verſ. Tertium eſt, Angelus Caſtrenſis, Pauli Caſtrenſis filius in conſ. 459. col. 1. 2. lib. conſiliorum patris, vbi aſſerit hanc opinionem eſſe communẽ, quos refert, & ſequitur Couarr. in lib. 2. var. reſol. c. 20. nu. 15. verſ. 25. & Farinacius in ſua prac. crimin. part. 1. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis quæſt. 28. nu. 63. 29

Limito ſecundò, ſupradictam tertiam exceptionem non habere locum in eo qui commiſit homicidium, vel membrum alicui mutilauit extra, ſed prope eccleſiam; Nam immunitate gaudet ſi ad eccleſiam confugiat. 30

Sed circa ſupradictam ſecundam limitationem ſciendum eſt,

quòd

quòd controuerſia eſt inter Doctores, An deliquens propè eccleſiam gaudeat immunitate eccleſiæ, ſi ad illam confugiat? In qua Controuerſia duæ ſunt Doctorum opiniones. Prima docet non gaudere immunitate.

Probatur primò. Quia delinquendo propè eccleſiam videtur deliquiſſe ſub ſpe, & fiducia illius immunitatis: Sed peccans ſub ſpe immunitatis non debet gaudere immunitate, vt patet ex cap. fin. in principio extra de immunitate eccleſiæ, (Nam non eſt dignus venia ille, qui ſub ſpe veniæ peccat cap. Quando il primò de conſecr. d. 4. c. Illud de Clerico excommunicato miniſtrante;) ergo immunitate non gaudet.

Secundò, Delinquens in eo puniri debet, in quo deliquit c. fin. de immunit. eccleſiæ, Sed delinquens propè Eccleſiam, videtur deliquiſſe in eccleſia, Quia ſicut potentia proxima ad actum pro actu habetur, ita quoq; delinquens propè eccleſiam haberi debet, ac ſi in eccleſia deliquiſſet: Ergo immunitate eccleſiæ gaudere non debet.

Tertiò, Fruſtra legis auxilium implorat, qui eam offendit c. fin. de immu. eccleſiæ: Sed delinquens propè eccleſiam videtur offendere legem immunitatis, vt patet ex ſupradictis; Ergo illa gaudere non debet.

Quartò, Si delinquens propè eccleſiam gauderet immunitate eccleſiæ, domus Dei fieret ſpelunca Latronum propter commoditatem, quam haberet delinquentes confugiendi ad illam; ergo dicta immunitate gaudere non debeat ad euitandum hoc abſurdum.

Quintò accedit auct. DD. qui tenent hanc opin. nempè Couar. in lib. 2. var. reſol. c. 20 nu. 15. verſ. 26. Alciatus in trac. de Præſump. reg. 3 Præſump. 33. n. 22. Io. de Viſchis in ſuo tract. de imm. eccl. n. 27. & alij.

Sextò, Clemens Papa viij. Anno 1597 in vna Panormitana immu. eccleſiæ reſoluit ſecundum hanc opinionē, teſtè Farin. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 56. in fine. Vnde ſtante hac reſolutione, non videtur dubitandum amplius de hac opinione.

Altera opinio docet, quòd immunitate non priuatur, niſi ille, qui in eccleſia, vel Cœmeterio delinquit, vt patet ex cap. fin. de immunitate eccleſiæ, ibi, *homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis eccleſijs, vel earum Cœmeterijs committere non verentur*, & ex præſenti Conſt. Greg. Papæ xiv. ibi, *Qui uè homicidia, &c.* vbi ſunt eadem verba quæ ſunt in d. c. fin. In quibus iuribus cum diſtinctè dicatur in eccleſijs, vel Cœmeterij, virtute ponitur excluſiua extra eccleſiam, vel Cœmeterium. Sed qui delinquit propè eccleſiam, vel Cœmeterium delinquit extra eccleſiam, vel Cœmeterium, & non in Eccleſia: Ergo illius immunitate priuari non debet; Et huius opinionis eſt Decianus in ſuo tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. n. 5. verſ. Ex quo infero reſpondens fundamentis Alciati, Bellamera conſil. decimotertio, incipiente D. Ioann. quem refert idem

De-

Decianus vbi ſupra, Suarez de Religione tom. 1. tract. 2 lib 3. c. 11. n 9. Angelus in ſumma Verbo Immunitas n. 7. Marius Italia de Immunit. Eccleſiarum lib 1 cap. 4. §. 1. à num. 16. verſ. Hinc ergo male ſenſerunt illi &c. vſque ad n. 28. & c. 5. § 3. nu 4 in princ. & n. 7. verſ. Vnde firme dicas &c. cuius verba ſunt hæc. *Vnde firme dicas, quòd illi dumtaxat à Iure ſunt excluſi, qui intra eccleſias, vel Cœmeteria mutilauerint, vel occiderint, ſiue caſu, ſiue data opera*. Et Farinacius in conſ. 76. n. 14. qui reſpondet huic dubitationi his verbis; Secūdò, & quòd attinet ad locum delicti, conſtitutio excipit tantummodo homicidium commiſſum in eccleſia, vel Cœmeterio: Ideo non eſt extendenda exceptio ad commiſſum

3 extra Eccleſiam, licet propè eam, per Regulam quòd certo loco permiſſum, in alio loco prohibitum cenſetur, & è contra l. Cum lex. ff. de legibus, l. Cum prætor. ff. de Iudic. cum vulgaribus, & generaliter fruſtra hic tractandum de extenſione huius Cōſtitutionis ad alios caſus, cum in ea adſit clauſula, ſublata &c. quæ omnem prorſus extraneam interpræetationem, & extenſionem excludit. Decius conſil. 61. num. 2 Aymo. conſ. 201. num. 43 Put. deciſ. 50. num. 5. lib. 1. hæc Farinacius.

32 Quæ opinio procedit dato, quòd homicidium, vel mutilatio membri ſit facta in locis priuilegiatis; non extra, ſed propè eccleſiam, vt intra ſpacium quadraginta, vel triginta paſſuum circū circa eccleſiam, intra clauſtrum, ſupra tectum eccleſiæ, vel in loco ſubterraneo &c. Et ratio eſt, quia nomen eccleſiæ ſumitur quandoque ſtrictè quandoque largè; & quando tractatur de pollutione eccleſiæ ſumitur ſtrictè, Vnde Cā 33 panile, & atrium, & ſimilia loca non veniunt nomine Eccleſiæ in dicto caſu, quia non ſunt principaliter Deo dicata, ſed in quandā conſequentiam, vt docet Marius Italia de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 4. § 7 n. 11. & 12 & ſi ſanguis humanus iniurioſè effundatur in dictis locis, non polluitur eccleſia, vt docet Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3 c 9. n. 7.

Quando verò tractatur de priuilegio immunitatis, tunc ſupradicta loca veniunt nomine eccleſiæ, vt docet Suarez in loco præallegato; Vnde cum per ſupradictam tertiam exceptionem reſtringatur immunitas eccleſiæ, propterea nomen eccleſiæ, vel Cœmeterij, ſtrictè ſumendum eſt.

Nec fundamenta adducta pro prima opinione, aliquid obſtant.

Et ad primum negatur minor, & ratio negationis eſt, quia ſpes immunitatis non eſt cauſa finalis deciſionis illius tex. c. fin. de immunit. eccleſiæ nam eſt poſita in verbis narratiuis: Ergo ab ea non eſt arguendum. Secundò ſi ſpes gaudendi immunitate eſſet cauſa finalis, cur ille qui peccat propè eccleſiam, non gauderet immunitate eccleſiæ, vt Doctores contrariæ opinionis ſupponunt, ſequeretur, quòd ſi aliquis longè ab eccleſia delictum committeret ſub. ſpe immunitatis, non deberet gaude-

re

re immunitate, nam etiam ille abuteretur beneficio immunitatis.

Sed hanc extenſionem non admittunt Doctores; Ergo nec illam debent admittere, quando delinquit propè eccleſiam. Tertiò dato, & non conceſſo, quòd ſpes immunitatis eſſet cauſa fin. deciſionis illius tex. illa haberet locum, quando quis delinquit in eccleſia, nam tunc ſpes eſt certa; Sed delinquendo extra eccleſiam ſpes decipi poteſt, nam multa poſſunt occurrere per quæ impediretur perfugium ad eccleſiam; ergo cum non ſit eadem ratio extra eccleſiam, quæ eſt in eccleſia dicta immunitate priuari non debet delinquens extra eccleſiam, dato quòd propè eccleſiam delinquat.

Ad ſecundum, declaro maiorem propoſitionem, & nego minorem.

Ad maiorem dico, quòd illa verba c. fin. *delinquens in eo puniri debet, in quo deliquit*. interpretantur, & intelliguntur hoc modo, quòd puniri debeat in eo ſcilicet loco, in quo deliquit: ſed delinquens propè eccleſiam delinquit extra eccleſiam; ergo non debet immunitate eccleſiæ priuari. Ad probationem vero minoris, nego proportionem.

Ad tertium, Negatur minor, quia delinquens propè eccleſiam, non offendit legem immunitatis, ſed leges loquentes contra homicidas.

Ad quartum negatur antecedens, nam ratio illa procederet in delinquente in eccleſia, & non in eo qui extra eccleſiam delinquit; Nam hoc modo omnes confugientes ad eccleſiam facerent illam ſpeluncam latronum, & immunitas eccleſijs conceſſa totaliter deſtrueretur.

Ad quintum dico, quòd licet communis opinio Doctorum ſit magni momenti, tamen cum verba tex. ſint clarè in contrariũ, textibus eſt ſtandum, & ſecundum illos iudicandum, & non ſecundum opinionem Doctorum,

Ad ſextum reſpondeo, quòd reſolutio S. Pontificis in aliquo caſu particulari non tollit legem vniuerſalem; Quia ex aliquibus circunſtantijs particularibus moueri potuit ad reſoluendum illo pacto, quæ non militant in vniuerſali.

Vnde cum fundamenta adducta pro prima opinione non ſubſiſtant, & pro ſecunda opinione ſit textus clarus præſentis Conſtitutionis, non debet iſta limitatio tam odioſa ampliari contra immunitatem eccleſiæ: Et tanto magis cũ in ea adſit clauſula ſublata &c quæ omnem prorſus extraneam interpretationem excludit.

Limito tertiò ſupradictam tertiam exceptionem non habere locum in eo qui exiſtens in eccleſia mandauit committi homicidium extra eccleſiam, nam immunitate gaudet. Et ratio eſt, quia mandans committi homicidium extra eccleſiam, nam immunitate gaudet. Et ratio eſt, quia mandãs committi homicidium extra eccleſiam videtur habere reuerentiam 34

tiam

etiam eccleſiæ, vt intra eam non committatur, ita docet Decianus in ſuis tract. crimin. tom 2. lib. 6. c. 28. n. 7. Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de imm. eccle. c. 5. n. 9. Ioa. de Viſchis in ſuo tract. de immun. eccleſ. n. 63.

35 Præterea mandans committi delictum non dicitur delinquere in loco vbi mandauit, ſed vbi delictum fuit expletum, ita docent commun. Doctores, Bart. & Bald. in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſoribus, idem Bartol. in l. Nõ ſolum §. Si mandato. ff de iniurijs, & in l. libello. ff. de Accuſationibus, Ioannes de Viſchis in ſuo tract. de immun. eccleſiæ col 15. verſ. Quid ſi exiſtens in eccleſia, &c. Panorm. in c fin. de immun. eccleſiæ Felin. in c. fin. col. 6. de foro competenti, Syluest. in ſua Summa verbo Immunitas tertio q. 6. verſ. 3. Marianus Soccinus in c. poſtulaſti de foro competenti col. 3. verſ. circa ſecundam quæſtionem, & alij quos refert, & ſequitur Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Fallent 5. Et ex hac ratione moti ſupradicti Doctores dicunt quòd exiſtens in eccleſia, & mandans committi homicidium extra eccleſiam debet gaudere immunitate eccleſiæ.

36 Si vero exiſtens extra eccleſiam mãdaſſet committi homicidium in eccleſia ſine dubio immunitate eccleſiæ non gauderet iuxta notata per Glo. in Clemen. Paſtoralis in verbo diſtrictu de re iudicata, & ita docet Decianus in loco prę allegato; & Remigius de Gonni in ſuo tract. de immunitate eccleſiæ fallentia 7.

Circa ſecundam particulam ſupradictæ tertiæ exceptionis nēpè *Mutilationes membrorum*, ſunt aliqua examinanda.

Primò videndum eſt, quid in iure intelligatur per mutilationem, & reſolutiuè reſpondendo dico, quòd mutilare idem eſt, quòd abſcindere, vt dicit Gloſ. in c. Accuſaſti verbo Debilitatus de Accuſationibus, & ibi Panor. nu. 3. & Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 5. § 3. n. 14 Vnde quemadmodum is qui membrum debilitat nec omninò abſcindit nō fit irregularis, vt docet Sayrus de Cenſuris eccleſiaſticis lib. 6. c 15. n 6. ſecundum veriorem opinionem, ita etiam in caſu noſtro, non debet quis immunitate priuari ſi membrum non abſcindat in ipſis eccleſijs ſeu Cœmeterijs, ita Marius Italia in loco præallegato. Præterea membrum debilitatum licet ſit inutile quoad operationem, valet tamen ad decorē, & ornatum corporis, & ideò non deſinit eſſe membrum: ita Sayrus vbi ſup. 37

Secundò videndum eſt quid nomine membri intelligatur Reſpōdeo quòd intelliguntur illa membra quæ ſpectant ad integritatem & perfectionem corporis humani, & proprium, & diſtinctum officium, & operationem ab alijs habent in corpore humano, vt oculus, pes, manus, &c. ita docent cōmuniter Doctores teſte Sayro, qui late tractat hanc quæſtionem in ſuo tractatu de Cenſuris eccleſiaſticis lib. 6. cap. 15, dub 6. num. 1 1. 38

&idem.

& idem tenet Fęlinus in c. Ego .N. de Iure Iurando col.2.& in c. Cum illorum de ſenten.excommunicationis Bartolus in l. publicorum num.13.ff de Public. Iudic. Angelus in Summa verbo Homicidium 5.num.6.Nauar.in Manuali ca.27. nu.206.verſ.ſecundo dico, Couar. in Clem ſi furioſus p. 3. in princ. num.8.de Homicidio,Graffius in ſuis deciſ.lib.2.cap.62.nu.4.& alij. Pro qua opinione facit text. in l. Non ſunt liberi ff. de ſtatu hominum,& l.Idem offilius.ff.de Aedil. edict. Digitus vero manus,& den-
39 tes non veniunt appellatione mēbri in caſu noſtro , & ratio eſt, quia propriè membra non ſunt, ſed dicuntur membra acceſſoria quæ alijs membris inſeruiunt,iuxta doctrinam Bartoli in l. 2. ff. de Public.Iudic.& in l.Non ſunt liberi.ff de ſtatu hominum, Baldus in l.Seruis.ff.de Seruis fugitiuis,& in l.Reos C.de Accuſationibus col.3 & in l.Data opera in 12.col.C.Qui accuſare non poſſunt verſ. in corpore,& aliorum quos refert,& ſequitur Sayrus vbi ſup.n.13.

Tertiò videndum eſt,vtrum mā-
40 milla ſub nomine membri comprehendatur? Et reſolutiuè reſpondendo dico, quòd licet in hominibus non ſit propriè membrum, in fœminis verò eſt propriè membrum,cum proprium,& diſtinctū habeat officium,nempè alendi liberos ita Baldus in l. Data opera n.75.C.Qui accuſare non poſſunt, quem ſequitur Fęlin. in c. Cum illorum n.11.de ſenten.excommunicationis Couarruuias in Clem.Si furioſus p.3.in initio num.4. verſ. ſecundo de Homicidio, Sayrus dé cenſuris eccleſiaſt.lib.6.c.15.n.18 & Marins Italia de immu. eccleſ. lib.1.c.5.§.3.n.10.& 12 in fine. Conſtitutio igitur noſtra intelligitur de membris propriè ſumptis, Nā 41
verba ſunt intelligenda, & interpretāda ſecundum propriam ſignificationem. Calder. conſ. 245. in princip.alias 24 de Præbendis Card.Tuſchus to.8.lit.V, cōcl 91.

Quartò videndum eſt , vtrum priuetur immunitate ille qui auriculam alteri amputaret? Et dicendum eſt quòd non,quia quam 42
uis auris propriè membrum ſit, auricula tamen ideſt cartilago illa quæ eſt circa aurem, non eſt mēbrum,cum neceſſaria non ſit auditui , ſed eſt potius tutela,& ornamentum auris. ita Nauarrus in Manuali c.17.n.223.verſ. ſeptimo infertur &c Couarr. in Clem.ſi furioſus 3.p.relect.in initio nu.8.de Homicidio, quos refert,& ſequitur Sayr. de Cenſuris eccleſiaſticis lib.6.c.15.n.17.

Quintò videndum eſt,vtrum priuetur immunitate ille qui mēbrū inutile abſcinderet? Reſpondeo 43
quòd non quia nō eſt propriè mēbrum cum ſit inutile quo ad operationem , quæ operatio requiritur ad hoc vt dicatur propriè mēbrum,vt probatum eſt ſupra in ſecunda dubitatione in principio, ſed eſt membrum ſolum largo modo ſumptum & pertinens ad ornatum corporis; Vnde cum ſimus in odioſis ſtricta debet fieri interpretatio,c.odia de reg.iur. in 6.nempè de membris propriè ſumptis.

De

De eadem materia, nempè de perſonis quæ excipiuntur ab immunitate Eccleſiæ pro Homicidio proditoriè commiſſo, & pro crimine aſſaſſinij.

SVMMARIVM.

Occidens proximum ſuum proditoriè immunitate non gaudet. num. 1.
Proditorium homicidium quando dicatur n. 2.
Proximus quis dicatur. n. 3.
Proditoriè occidens non gaudet immunitate, ſiuè Clericus ſit, ſiuè Laicus. n. 4.
Dictio ſi quis comprehendit omnes. num. 5.
Veneno occidens aliquem dicitur proditoriè occidiſſe. n. 6.
Fœtum animatum occidens, dando, vel recipiendo potum cauſa abortionis dicitur proditoriè occidiſſe. nu. 7.
Abbortum procurans fœtus animati ad præſeruandam ipſam prægnantem, an priuetur immunitate? nu. 8.
Qui aliquem per inſidias deducit, vt ab alio occidatur, non gaudet immunitate. n. 9.
Qui occidit illam quem de non offendendo fidem dedit, proditoriè dicitur occidiſſe. n. 10.
Proditio eſt acceptio contra fidem datam. n. 11.
Homicidium ſimplex committens, nō priuatur eccleſiaſtica immunitate. num. 12.
Vulnerans aliquem proditoriè animo occidendi, non priuatur immunitate, non ſequta morte. n. 13.
Vulnerare mandans proditoriè ex quo mors ſequuta eſt, homicidij reus eſt, dato quòd expreſſè inhibuerit ne occidat. n. 14
Homicidium committens deliberatè non autem proditoriè, non amittit immunit. n. 15.
Regulam habens pro ſe habet intentionem fundatam. n. 16.
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. n. 17.
Regula poſita per aliquem canonem, non eſt reſtringenda per ius ciuile. num. 18.
Iuri canonico ſtandum eſt in materia immunitatis, & non iuri ciuili. n. 19
Inimicum ſuum occidens etiam per inſidias, non dicitur proditoriè occidiſſe. n. 20.
Verbum proditoriè ſtrictè accipitur cōtra immunitatem eccleſiæ. n. 21.
Aſſaſſini immunitate eccleſiæ nō gaudent. n. 22.
Aſſaſſini qui dicantur. n. 23.
Aſſaſsini per ſimilitudinem qui dicantur. n. 24.
Aſſaſsini tàm veri, quàm ſimilitudinarij excipiuntur per Conſtit. Greg. xiiij. n. 25.
Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. n. 26.
Verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur. n. 27.
Verba in lege poſita debent aliquid operari. n. 28.
Aſſaſſinus tàm mandans, quàm mandatarius priuatur immunit. nu. 29.
Lege non diſtinguente nec nos diſtinguere debemus. n. 30.
Aſſaſſinus non gaudet immunitate, dato, quòd homicidium non ſit ſequutum: Dummodo deuentum ſit ad actum proximum. n. 31.

Actus proximus in crimine aſſaſſinij quando dicatur. n. 32.

Affectus regulariter non punitur niſi ſecuto effectu. n. 33.

Affectus punitur in atrociſſimis delictis, etiam effectu non ſecuto. n. 34.

Fautores, Defenſores, Receptatores, &c. Aſſaſſinorum immunitate non gaudent. n. 35.

Receptator aſſaſſini tunc perdit immunitatem quando ſcit illum eſſe aſſaſſinum. n. 36.

Socij, & complices aſſaſſinorum immunitate non gaudent. n. 37.

Aſſaſſinium committitur non ſolum quando pecunia ſoluitur pro homicidio, ſed etiam quando ſoluitur alia res pretio æſtimabilis. n. 38.

Aſſaſſinium committitur non ſolum occidendo chriſtianos, ſed etiam infideles toleratos. n. 39.

Aſſaſſinus dicitur qui hominem occidit non ſolum pecunia numerata, ſed etiam promiſſa, dummodo promiſſio ſit certa, & ſpecifica. n. 40.

Clericus aſſaſſinus immunitate non gaudet. n. 41.

Iudex qui mercede corruptus innocentem ad mortem condemnauit, inter aſſaſſinos connumerari debet. n. 42.

Teſtis qui mercede corruptus falſum depoſuit, & reus eſt condemnatus ad mortem propter illam falſitatē, inter aſſaſſinos connumerari debet. n. 43.

Pecuniam accipiens non ad occidendum, ſed ad vulnerādum tantum, non amittit immunitatem eccleſiæ. num. 44.

Aſſaſſinus non dicitur qui propriam iniuriam vlciſcendo alios conduxit ad occidendum inimicum, nec cōducti dicuntur aſſaſſini. n. 45.

Aſſaſſinus non dicitur qui pecuniam accepit ad occidendum communē inimicum. n. 46.

Occidens aliquem pro pecunia præſente mandante, immunitatem eccleſiæ non amittit. n. 47.

Aſſaſſinus non dicitur qui ſpe, vel gratia eſt inductus ad occidendum, nō autem pecunia data, vel promiſſa. n. 48.

Aſſaſſinus vt aliquis dicatur requiritur vt plenè conſtet pecuniam fuiſſe datam pro cauſa aſſaſſinij. n. 49.

Aſſaſſinus non dicitur qui pecuniam accepit non pro homicidio, ſed pro expenſis itineris. n. 50.

Aſſaſſinus non dicitur qui aliquem occidit ſpe ſucceſſionis, vel lucrandi litem. n. 51.

Occidens aliquem ex mandato alterius, ſi promiſſionem ſibi factam pro homicidio non acceptauit, immunitatem non amittit. n. 52.

De perſonis eccleſiaſticis non debet ſe intromittere curia ſæcularis. n. 53.

CAPVT VII.

PRoſequendo exceptiones Regulæ ſuprapoſitæ in cap. 5. num 1. Excipiuntur quarto à ſupradicta regula illi qui proditorie proximum ſuum occiderint, vt expreſsè habetur in præſenti Conſtitutione Gregorij xiv. & in cap. 1. de Homicidio: & docent communiter Doctores quos refert, & ſequitur Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2 lib. 6. cap. 28. num. 12. 13. 14. & 19. & Farinacius in ſua

in ſua prā.crimin.p.p.tom.2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. num.24.& Couar.in lib.2. var.Reſolut.cap.20.num.7.verſ.8.conſtat &c. & Remigius de Gonni in ſuo tract.de immun.eccl. Fallent.13. num.1.

2 Proditorium homicidium tunc dicitur vbi nullus præcedebat ran cor:ſed potius ſimulabatur amicitia, quia ſimul comedebant, vel ſimul erant in itinere: Et ſic vnum gerebatur in corde, & aliud in verbis; ita docet Bartol. communiter receptus in l. Reſpiciendum §.Delinquunt. ff. de Pœnis Alexander Ambroſinus in ſuo trac.de immu. eccleſiæ in Bullam Gregorij Papæ xiv.cap.6 num.3. & Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Fallent. 14.num.2.& Clarius videbimus infra num. 20. & 21. Limit.4.

3 Proximi vero appellatione comprehenduntur omnes homines cuiuſcumq; fuerint conditionis, vel cultus,ſeu religionis; & illud pronomen ſuum,nihil aliud ſignificat niſi illam charitatem, & dilectionem qua alter alteri ſubuenire tenetur; patet ex c. charitas il 2. de Pœnit. diſt. 2. & ibi gloſ. in verbo particeps, & ex c. 10. Lucæ ibi. Et quis eſt meus proximus, & ex alijs locis, vt latè, & exactè probat Marius Italia de immun.eccleſiarum lib.1. cap.5. § 4. num. 20. & 21. & cap. 3. §.3. à num.7. & Graffius in ſuis deciſ.Caſ.Conſc.p.1. lib.2.c.4. num.1.

4 Ampliatur primò, ſupradicta quarta exceptio procedere ſiuè Laici, ſiuè Clerici ſint qui proditorìè proximum ſuum occiderint, vt docent Couarr. in lib. 2. variarum reſolut. cap. 20. num. 7. verſ. octauo conſtat &c. Farinacius in ſua pract. crimin. par. pr. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis quæſt.28.n.24.& præcipuè Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6. cap.28.nu.13.& 14. Suarez de Relig.to. 1.tract.2.lib.3.cap. 11. n. 10. Et clarè colligitur ex proprietatè 5 vocis c.1.de Homicidio ibi, ſi quis quæ proculdubio comprehendit tàm Clericum, quàm Laicum, tàm maſculum, quàm fœminam, vt docet Decianus vbi ſupra n.13. & 14.

Ampliatur ſecundò ſupradicta exceptio quarta in eo qui veneno 6 aliquem occiderit, nam proditoriè dicitur occidere, ſecũdum Baldum in l.Nemo C.de Summa Trin. quem commun.Doctores ſequuntur, teſtè Fœlinio in c.1.de Homicidio n. 1. in princ. & idem docet Decianus in ſuis trac.crim.tom.2. lib.6. cap.28. nu.19. Farinacius in ſua pract.crimin.p.p.tom.2 tit.de carceribus, & carceratis q.28 n.24. in fine, & tom.1. tit. de Delictis, & pœnis q.18 nu.74. Couar. in lib.2. var.reſol.c.20.n.7, verſ. Tãdem his prænotatis.

Et idem dicendum eſt de illo 7 qui fętum animatum occidit, dando vel recipiendo potum cauſa abortionis, & ſecutus fuerit abortus; nam proditorie dicitur occidere, ſicut ille qui veneno occidit: & pœna mortis à lege punitur, vt patet in l penult. C. de Sicarijs, & l. viuus. ff. de varijs, & extraordinarijs criminibus, &

 ideo

ideo immunitate eccleſiaſtica non gaudet.

8 Vtrum autem idem dicendum erit de eo qui procurauerit abortum fœtus animati ad præſeruandam ipſam prægnantem, quam medici non poſſe mortem aliter euadere dixerint, niſi exiſtens in vtero occidatur?

Dic quòd ſic, & ratio eſt, quia nulli ſubueniendum eſt cum iniuria alterius, c. primum 22. quæſt. 2 C. Deniq; 14. q 5. & ibi gloſ. in verbo neutrum, & in terminis noſtris docet Syluester in ſumma verbo Medicus §. 4. verſ. Secundum &c. Nauar. in Manuali c. 25. n. 62. verſ. quarto peccat. Sayrus in lib. 7. Clauis Regiæ cap. 12. num. 22. vbi latè tractat hanc materiam à num. 19. vſq; ad nu. 24. Burgas in ſuo tract. de Irregularitate p. 6. tit. de Phyſicis, & Chyrurgis, quem refert, & ſequitur Proſper de Auguſtinis in Addit. ad Summam Bullarij. Stephani Quarantæ verbo abortus lit. A, verſ. Prædictæ autem pœnæ. Secus vero ſi Medicus probabiliter iudicet, quòd etiam ſi a medicamento mater abſtineat, puer non poterit in lucem ſuſcipi, ſed neceſſarium eſſe cum matre eum mori, nam in hoc caſu poterit mater medicamẽta ſumere, quæ principaliter ſint, & ſua natura cauſatiua ſanitatis, vt alterum ex duobus ſaluetur. ita Sayr. in loco præallegato n. 22. in fine.

9 Ampliatur tertiò, ſupradicta quarta exceptio in illo qui aliquẽ per inſidias deducit, vt ab alio occidatur, & ille deductus ab alio eſt occiſus. Nam ſic talem deducẽs ſi confugerit ad Eccleſiam non gaudebit immunitate, licet ipſe non occiderit, per tex. in l. Item ſi obſtetrix iunc. glo. verbo in factũ, l. Qua actione §. Sed ſi quis de põte, l. Itẽ mela §. Item, & cum eo, ff. Ad legem Aquiliam l. De pecoribus C. ad legem aquiliã, glo. in §. penult. inſt. de lege Aquilia. Ioan. Igneus in l. 1. §. ſi Dominus. ff. ad Senat. Conſult. Syllan. quem refert, & ſequitur Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſ. Fallen. 14. Et ratio eſt, quia licet ipſe non occiderit tamen per iura ſupradicta ei imputatur.

Ampliatur quartò ſupradicta quarta exceptio procedere in eo 10 qui occidit illum cui de non offendendo fidem dedit, vel ipſi occiſo, vel alteri, Nam proditoriè dicitur occidiſſe; Probatur, quia proditio nihil aliud eſt quã deceptio 11 contra fidem datam, vt docet Sylueſter in ſumma, verbo proditio in principio, Bartholomæus Fumus in Sũma, Armilla verbo Proditio in princ. & Ang. in l. 1. §. Non fuit. ff. de Dolo n. 3. in fi. apertè ait proditorie occidiſſe, qui fidẽ fregit de nõ offendendo eo quẽ occidit: Gig. ẽt de crim. læſæ maieſt. tit. de prod. n. 8. & Dec. in ſuis trac. crim. lib. 7. c. 29. n. 23. proditores appellãt fidẽ nõ ſeruãtes. Benedic. Beol. Aug. Paccinel. & Steph. Bena ff. latè probant hanc ampliationem in quodam eorum reſponſo regiſtrato inter Conſilia Criminalia Proſperi Farinacij tom. 2. conſ. 168. à n. 74. vſq; ad finem reſponſi.

Limitatᷣ primò ſupradicta quarta 12 exceptio nõ procedere in ſimplice

ho-

homicida qui commiſit homicidiũ nulla animi deliberatione ex interuallo præcedente: Quæ opinio proculdubio eſt communis, vt ait Couarr. in lib.2.var.reſolut. cap. 20. num.7. in fine, verſ.9.&c. Iulius Clarus in ſua pract. crimin. §.fin.q.30.verſ. Scias tamen, nu.9. Alexander conſil 145.lib.7.Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6. cap.28. num. 16. & ſatis colligitur deſumpto arg. ex caſibus exceptis in c.Inter alia,& fin.de imm.eccl. & in præſenti Conſtitutione.

Nec obſtat tex. in Authent. de Mandatis Principum §.Sed neque autem homicidis,Quia ius ciuile in hoc correptum eſt per ius Canonicum cui ſtandum eſt in hac materia, vt probatum eſt ſup. c.2. n.5.& 6.& docet Decianus in loco præallegato n.16.

23 Limitatur ſecundò ſupradicta quarta exceptio non procedere in occidere volente,& ſic in vulnerante proditoriè animo occidendi dũ mors ſecuta non fuerit,nam is immunitate eccleſiæ nõ priuatur. ita docet Rebuffus in tomo Regiarũ Conſt.tract.de immunitate art. 1. q.5.Decianus in ſuis tract.crimin. tom.2.lib.6.cap.28.n.17.Placha in Epit.delict.lib.1.cap.21 nu.6.verſ. Rurſus&c. Boerius in deciſ. 109. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib.3.cap.11.num.14 & Raph.Cuma. in l.Damni infecti §. Sabinus ff. de Damno infecto Villagut. in ſuo tract. de extenſione legum tit. de immunitate eccleſiæ à num.54. & præſertim num.58.dicens in facti contingentia ita deciſum fuiſſe,vbi reſpondet contrarijs,& Marius Italia de immunit. eccleſiarum lib.1.cap.5.§.4.à num.22.vſq; ad 28.

Probatur etiam ratione.Primò, quia præſens Conſtitutio Greg.Papæ xiv. expreſsè loquitur de occidente proditoriè; Vnde ex vi verborum requirit actum conſumatũ cum effectu ſebſequto, ad hoc,vt immunitatem amittat l.1. §. Hæc verba. ff. Quòd quiſq; Iuris: l. 1. ff. de Extraordin.criminibus Baldus in l.Damni infecti §.Sabinus.ff.de Damno infecto, cum alijs ibi per eum allegatis.

Secundò probatur ex tex.Exodi cap. 21. vbi dicitur primò quòd ſi quis percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur:& tamẽ nullum verbum de priuatione immunitatis dicit: Et poſtea dum loquitur de immunitate abolenda dicit, Si quis per induſtriam, vel inſidias occiderit (non dicit percuſſerit)euellas eũ ab altari meo. Ecce quòd dum loquitur de Vulnerante animo occidendi non priuat eum immunitate altaris; Sed dum loquitur de occidente priuat.

Tertiò. Pro hac opinione facit, quia vulnerans appenſate animo occidendi, ſi non ſequatur mors, non punitur hodie capite ſed mitiori pœna, vt docet Decianus in ſuis tract.crimin.tom.3.lib.6.c.28. n.17. in fine.

Quartò, Ita practica obſeruat teſtè Deciano in loco præallegato. Ioa.vero Igneus in l.1. §. ſi Dominus n.7.ff.ad Syllan.oppoſitum docet;Nempè ſupradictã quartã exceptionẽ procedere nõ ſolũ in occi-

dente proditoriè,ſed etiam in occidere volente, & ſic in vulnerante, licet mors ſecuta non fuerit; quē refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract.crim.p.p.tom.2.tit.de carceribus,& carceratis q.28.n.25 & Couarr. in loco præallegato, & Remigius de Gonni in ſuo trac.de immun.eccleſiæ Fallent.23. nu. 5. §. Prædictis non obſtantibus. Tu tamen ne recedas à prima opinione,quæ verior,& probabilior eſt.

Nec obſtat id quòd aduertit Farinacius, nēpè c.1. de Homicidio loqui non ſolum de occidente,ſed etiam de vulnerante;Nam reſpōdetur quòd in d.c.1.nulla fit mentio de vulnerante. Nec etiam fit mentio de vulnerante in c.21.Exodi nu. 14.ex quo loco deſumptum eſt c.1.extra de Homicidio; Nam hæc ſunt verba ſacræ ſcripturæ ſub num.14.Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum,& per inſidias; ab altari meo euelles eum, vt moriatur. Et hæc eadem verba ſunt regiſtrata in c.1.extra de Homicidio.Et licet in nu.12.eiuſdem c.21.Exodi dicatur. Qui percuſſerit hominem volens occidere morte moriatur:tamen Greg.Papa ix. noluit renouare legem de percutiente,& occidere volente, ſed tantum de occidente per inſidioſam induſtriam: & ideo illa tantū verba aſſumpſit,& non præcedentia; Et ſic lex Canonica loquitur de occidente,& non de vulnerante;Et tex.Exodi de percutiente, probat noſtram opinionem,vt patet ex ſupradictis in ſecunda ratione. Secus vero dicendum erit de eo qui aliquem proditoriè vulnerare voluerit,vel mandauerit, ex quo vulnere mors ſequuta eſt: nam licet expreſsè inhibuerit ne occidat,adhuc homicidij reus erit; vt latè probat Marius Italia de immun. eccleſ.lib.1.c.5.§.4. à num.28.vſq; ad 36.

Limitatur tertiò, ſupradicta quarta exceptio non procedere in 15
homicida qui non proditorie illud commiſit,dato quòd deliberatè,& ex propoſito homicidium cōmiſerit,nam gaudet hac immunitate:ita docet Couar.in lib.2.var. reſolut.cap.20.nu.7.verſ.Sed illud dubium eſt,poſt verſ.in his profecto caſibus.Panor.in c.1. de Homicidio nu.1.Conrad. in pract.crim. tit.de captura n.6 in fine,Alexander in conſ.145.nu.4.6.& 11.lib.7. Blanc.in ſua pract.crim.nu.26.Gigas in tract.de crimine læſæ maieſtatis in Rub.Qualiter,& à quibus crimen læſæ maieſtatis commit. q.16.n.19.in fine verſ.Nec aſſentio; & n.21.verſ.Et idem dicas,Mariā. Soccinus in c.1. num.3. de Homicidio,Suarez de Religione tom.1. tract.2.lib.3.c.11.num.13.vbi benè explicat c 1 de Homicidio à n.10. vſq; ad 13.Boſsius in ſua pract.criminal.tit.de captura num.21.ad finem qui dicit Doctores contrariū aſſerentes comm.reprobari.Card. Tuſchus tom.3.lit.E,concl.11 n.3. & 43.

Probatur etiam ratione primò. Quia ſi homicida qui per inſidias, vel à tergo homicidium commiſit contra inimicum, non ammittit immunitatem, vt probabo in ſequenti limitatione: ergo multo magis illam non amittit qui non

per

per inſidias, nec retro, ſed tantum ex propoſito, & data opera homicidium commiſit.

16 Secũdò, Qui habet regulam pro ſe, habet intentionem fundatam; nam regulę ſtandum eſt in dubio, vt docet Bart. in l. 2. ff. ſi quis ius dic. non obtemp. Panor. in c. 2. de traslat. Epiſcopi nu. 37. & ibidem Additio lit. B, Decius in l. 1. n. 7. ff. de reg. iur. Menochius de Arbit. Iudic lib. 1. q. 80. num. 108. Sed dubium eſt inter Doctores, an homicida qui non proditoriè, ſed data opera, ex propoſito, & deliberate homicidium commiſsit, gaudeat necne hac immunitate, & vtraq; opinio eſt probabilis, & communis, vt patet ex Farinacio in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 23. Ergo cum illa exceptio expreſsè in iure canonico non reperiatur, ſtandum eſt regulæ ſuprapoſitæ in c. 5. n. 1. vt non poſsit talis homicida violenter ab eccleſia extrahi.

Tertiò, eſt differentia inter homicidium proditorie commiſsũ, & non proditorie, dato quòd deliberate ſit commiſſum: ſed præſens conſtitutio clarè excipit homicidam, qui proditoriè proximum ſuum occiderit; ergo *non* excludit homicidam, qui non proditoriè homicidium commiſit: nam ex-

17 ceptio firmat regulam in caſibus non exceptuatis: c. Dominus 32. q. 7. l. Nam quòd liquide §. fin. ff. de pœn. leg. §. Vt autem Authent. de non alienandis, Decius, Cagnolus, & Gloſ. in l. 1. ff. de Regulis Iuris.

Contra ſupradictam limitationem tenent multi Doctores, quos refert Couarr. in lib. 2. var. reſolut. cap. 20. num. 7. Tu tamen ne diſcedas à ſupradicta limitatione quia probabilior opinio eſt ex ſupradictis, & magis ſauorabilis immunitati eccleſiæ.

Nec obſtat text. in Authent. de mãdatis principum. §. Deinde cõpetens eſt, verſ. Homicida autem, & §. Sed neq; verſ. Neq; autem, in quibus iuribus excipiuntur homicidæ, vt non gaudeant immunitate eccleſiæ, ſed ab illa extrahi poſſint; Nam reſpondetur, quòd regula poſita per aliquem canonem, nõ eſt reſtringenda per ius ciuile, vt 18
docet Panor in c. 1. nu. 12. de reſtit. in integrum. Et in materia immunitatis eccleſiaſticæ ſtandum eſt iuri Canonico & non ciuili, vt docet Couar. in lib. 2. var. reſol. c. 20. 19
n. 3. & 12. circa medium, Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 8. num. 11. Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 6. & n. 15. in fine, & alij.

Nec obſtat ſecundo tex. Sacræ Scripturæ Exodi cap. 21. regiſtratum in c. 1. de homicidio, quia duę illæ voces *per induſtriam, & inſidias* coniunctim ſumendæ ſunt, ita vt poſterior ſit determinatio prioris, nempè per induſtriam inſidioſam; ita ſentit Couar. in lib. 2. var. reſol. c. 20. n. 7. verſ. Tãdem &c. Gloſ. & Bart. in l. 1. ff. de pactis, & Suarez de Relig. to. 1. tract. 2. lib. 3. c. 11. n. 13.

Nec obſtat tertiò conſuetudo in contrarium, de qua teſtatur Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2.

lib.6.c.28. n.15. nam per præſentē Conſtitutionem eſt reuocata (vt patet ex ſupradictis in cap.2. q.5. n.16.vſq; ad finem) reducendo immunitatem eccleſiæ ad hanc formam: Vnde dicenda eſt nunc potius corruptela quam cōſuetudo.

20 Limitatur quartò, ſupradicta exceptio quarta, nō procedere in occidente ſuum inimicum: Quia nō propterea dicitur proditor, quòd eū occiderit per inſidias, vel à tergo, quia debebat præuidere futurā vindictam, & præcauere à ſuo inimico: ita docet Bartolus in l. Reſpiciendum § Delinquunt n.1.ff.de Pœnis, Antonius Comeſius in lib. 3.var.reſol.tit. de Homicidio cap. 3.num.5. Igneus in l. Et ſi certus §. Si vnus ex hominis num. 14. ff. Ad Syllan. Anchar. in c.1. de Homicidio Baldus in cap.1.col.4. Quibus modis feudum amittatur, Angelus Aretinus in ſuo tract. de Maleficijs in verbo fecit inſultum verſ. Et benè nota, & in inſt. tit. de Hæredit. quę ab inteſtato deferuntur, in §. Interdū n.4. Cepolla conſ. 32. Iulius Clarus in §. Homicidium verſ. Proditorie, Gerar ſingul. 14. nu.5.& 6. Alex. Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſ. in Bullam Greg.xiv.c.6.n.5.

Quæ opin. cōis eſt, vt docet Emanuel, Suarez ī additione ad Gometium in loco præalleg. ſub lit. B, Farin. conſ. 76.n.7. in fine, & n 8.

Et licet oppoſitam ſententiam doceat Cou. in lib.2.var.reſol.c.20 n.7. verſ. Tandē his prænotatis &c. & alij quos ipſe refert, & Marius Italia poſt eos in ſuo tract. de immun. eccleſ. lib.1.c.5.§.4. à n.1. vſq; ad 20. Tamen à ſupradicta limitatione non eſt diſcedēdum; quia cū immunitas eccleſiæ ſit fauorabilis propter reuerentiam ſacrorum locorum, & exceptio ſit odioſa, verbum proditoriè eſt ſtrictè intelligēdum, vt docet Reuerendiſs. Mar- 21 cus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Curiæ Neapolitanæ, Romę impreſſa anno 1619. c.94.& ideo in caſu noſtrę immunitatis opinio Bartoli cōmu. approbata, eſt alteri præferenda; Et ita in ſimili fuit deciſū in Regno Neapolitano, vt teſtatur Vincētius de Franchis in deciſ. 713. in qua fuit dictum conceſſa indulgentia delictorum per regem propter adeptā poſſeſſionem regni, in qua erat exceptū crimen vulneris proditoriè ſclopo rotato, vel aliter illati, non intelligi proditorium cum ſclopo cōmiſſum ab inimico: Et ſimiliter in terminis noſtris ita fuit reſolutum à Clem. Papa viij anno 1597. die 6. Februarij Archiepiſcopo Panormitano reſolutionem petenti, cui reſpondit his verbis.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Panormitano Clem. Papa viij. Venerabilis frater ſalutē. Tuæ fraternitatis nomine nuper nobis expoſitū fuit, quòd cū ſuperiorib. diebus in ciuitate Panor. Carolus, Greg. Innoc. Caſita, Scipo Taxis, Octau. Baglius, & Gerardus Rigius quōdam Carolum de Amato nobilē Panormitanum tormenti bellici breuioris ictibus, ex inſidijs, nimium ex cuiuſdam domus (in quam deliberato animo dum ſe receperant, & aliquandiù delituerant) feneſtra occidiſsēt, ſtatimq; ad quādam

dā eccleſiam fugiſſent,ibidemque capti in carcerē tuæ Archiepiſcopalis curiæ iux.Fel.Reco.Greg.xiv Prædeceſſoris noſtri Cōſtitutionē ſuper immunitate eccleſiarū editā reducti fuerint,& ibi etiā nunc ſub diligenti cuſtodia detineātur. Cū autē curiæ ſæcularis miniſtri prædictos carceratos ſibi conſignari, & eorum Curiæ tradi inſtāterabs te petant, prætendentes prædictā Greg.conſtitutionem in hoc caſu locum non habere: tu vero ſuper hac re nobis,& Apoſtolic.ſede inconſultis nihil deliberandum eſſe cenſueris;ſed ad nos quaſdā ſuper d.caſu,& ſuper prædicta conſtitutione dubitationes tranſmiſeris, nobis humiliter ſupplicando, vt quid in huiuſmodi cauſa faciendū ſit tibi,præſcribere dignaremur.

Nos itaq; licet omnes ſupradicti carcerati eccleſiaſtica immunitate gaudere,& frui debeant:nihilominus attenta huius homicidij qualitate, necnon circunſtantijs prædictis,& alijs,quæ in eo perpetrando interuenere,Octauium Baglium,& Herardum Rigium,quorum alter in 16.alter vero in 18.ętatis ſuæ anno circiter cōſtitutus eſſe dicitur,eccleſiaſtica immunitate dignos eſſe iudicamus, cęteros vero ex rōnabilib.cauſis aīum noſtrū mouētib.vt infra,curiæ ſæculari tradēdos cēſemus,ac propterea fraternitati tuæ per pręſentes iniūgimus,vt Octa.& Gerar.prædictos eccleſ.immu. gaudere debere declares, ac in foro tuo eccleſiaſtico retineri facias: reliquos vero tres prænōminatos,ſi tibi tñ prius ſummariè,ſimpliciter,&extraiudicialiter,& quantū pro cōſcientiæ tuę informatione ſufficere videbitur, illos homicidium prædictū perpetraſſe,aut illi cooperariuos,ſeu in illo culpabiles fuiſſe:qđ ſi oēs rei, aut culpabiles homicidij prædicti per ſe, vt præfertur reperti comperiantur, curiæ ſæculari prædictæ liberè tradas,& dimittas,nō obſtāte prædicta,aut quibuſvis alijs cōſtitutionib. & ordinationib. cęteriſq; in contrariū facientib.quibuſcumq; Dat.Romæ apud S.Petrum ſub annulo piſcatoris die 6. Febr. 1497. Pontificatus noſtri anno V. Quā deciſionē refert Reuerēdiſs. Marcus Antonius Genuen. in ſua praxi Archiepiſcopali curiæ Neapolitanæ Romæ impreſſa 1619. cap.94.

Nota ſupradictam declarationem Clem. Papæ viij. quia in ea dicit ſupradictos debuiſſe gaudere eccleſiaſtica immunitate,quāuis ex cauſis particularibus mandauerit non omnes debere gaudere.

De hac materia vide etiam in ſecundo tomo conſiliorum criminalium Proſperi Farinacij conſ. 168.art.5.à num.68.vſq; ad numerum 74.excluſiuā,vbi latè diſputatur hic articulus, An is homicidiū per proditionem commiſiſſe dicatur, qui per inſidias occidit. Vbi concluditur, quòd homicidium proditorium inſidiæ non faciunt, ſed cum quis eum interfecit, cui nulla ab interfectore cauendi occaſio erat,iuxta ſupradictam doctrinam Bartoli in l.Reſpiciendū §. Delinquunt n.1. ff. de Pęnis. Et ita etiā docet Marius Italia in ſuo

tract.

tract.de immun.eccl.lib.1.c.6.§.1 n.80 81.& 82.

Excipiuntur quintò à ſupradi-
22 cta regula Aſſaſsini, Quibus Immunitas eccleſiaſtica non ſuffragatur: ita habetur in præſenti Cõſtitutione Gregorij Papæ xiv.& docet ſpeculator in tract. de Cõcilio p.2.c.45.Remigius in tract.de immunit.eccleſiæ Fallen.15.n.8. verſ. venio ad fallentias: Decianus in ſuis tract.crim in tom.2.lib.6.c.28 num.18.Marcus Mant lib.5.obſer. 41. obſer. Petr. à Plac. in Epit. de Delictis cap.19 num.24.qui teſtatur de crebriori, & magis recepta ſententia apud omnes hac de re ſcribentes in c 1.de Homicid in 6. quos omnes refert,& ſequitur Farinacius in ſua pract. crimin. p.p. tom.2.tit.de carceribus,& carceratis q.28.n.26.& 27.dicens ita communiter ſeruari, Iulius Clarus in ſua pract.crim. §. Aſſaſsinus verſ. Item licet Aſſaſsinus, Couarr. in lib.2.var.reſol.cap.20. nu.10. verſ. ſeptimo &c. & eamdem opinionẽ tenet Suarez de relig.tom.1.trac.2 lib.3.c.11.nu.15. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de imm.eccleſiæ in Bullam Gregorij xiiij.cap.7. num.1.

Aſſaſsini enim primò dicuntur
23 quidam infideles patrio nomine ita vocati,quorum opera vti ſolebant nonnulli ex Chriſtianis, ad alios etiam Chriſtianos inſidioſè occidendos de quibus loquitur tex.in c.1.de Homicidio in 6.vt docet Couarr.in lib.2.var.reſol.c.20. n.10 Aret.conſ.163.n.17.Alexãder conſil. 166. in prima Addit. lit.A, lib 7.& alij; Sed communiter Doctores(quos refert, & ſequitur Iul. Clar.in ſua pract. crim.§. Aſſaſsinus in principio num.1 & Boſsius in ſua pract.crim.tit. de mandato ad homicidium num. 16.) docent diſpoſitionem d.c.1 comprehendere non ſolum ſupradictos, ſed etiã omnes qui Chriſtianos pretio occidunt, vel occidi mandant.

Secundò Aſſaſsini per ſimilitu-
dinem dicuntur illi, qui pecunia 24
accepta chriſtianos incautos occidunt,ita docet Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.cap.11 n.15 Couar.in lib.2.var.reſol.c.20.n.10. Alexander Ambroſinus in tract. de imm.eccl. in Bullam Greg.xiv. cap 7.n.3. Iulius Clarus in §.Aſſaſinus in primis verbis, capit. deciſ. 155.n.12.& alij.

Vel mediante pecunia occidi mandat:Doctores commun. quos refert, & ſequitur Iulius Clarus, & Boſsius in locis præallegatis, & Alexander Ambroſinus vbi ſupra c.7.n.5.

Supradicta igitur quinta exce- 25
ptio locũ habet in Aſſaſsinis vtroque modo ſumptis, vt docent cõmuniter Doctores teſte Couarr.in loco præallegato ante verſ.Primũ verè cenſeo, (licet ipſe contra cõmunem ſentiat) & Iulius Clarus, & Boſsius in locis præallegatis, Ignat.Lopez in addit. ad Diez in pract. crimin. canonica cap.96. alias 91.lit.D.verſ.ſecundus caſus vbi teſtatur de cõmuni, Decianus in ſuis tract.crimin.lib 4.c.9.n.79. & ſeq.vbi n.81.teſtatur de cõmuni, & conſ.82. num.82. lib.2. Farinac. in ſua pract.crimin.parte 2.tom.2 tit. de Modis quibus committitur

aſſaſ-

aſſaſsinium q. 123. num. 22. Syluеſ. in verb. aſſaſsinus q. 1. nu. 2. & alij quos refert, & ſequitur Ioa. Gutierez in lib. 3. pract. quæſtionum q. 7. nu. 4. teſtans ſimiliter de communi.

Et ratio eſt primò, quia Conſtitutio Gregorij xiv. quæ Aſſaſsinos exceptuat, vt nullo pacto immunitas eccleſiaſtica eis ſuffragetur, loquitur generaliter, & ſimpliciter
26 de aſſaſsinis: ergo ita generaliter, & ſimpliciter debet intelligi iux. tex. in c. ſolitæ §. fin. de maior. & obed.

Secundò, eo tempore, quo Gregorius Papa xiv. promulgauit præſentem ſuam Conſtitutionem dicti Aſſaſsini infideles, qui patrio nomine ita vocantur, non erant vſu apud Chriſtianos: ergo non loquitur de illis tantū, ſed de omnibus Aſſaſsinis, qui ſecundum communem vſum taliter vocantur: Nam verba ſecundum communem vſum loquendi accipiuntur, l. laben. ff. de ſuppellectili legata l. Cum delanionis §. Aſinam. ff.
27 de fundo inſtructo, Bartolus communiter receptus in l. Omnes populi n. 58. ff. de iuſt. & iur. Vgolin. in expoſit. Bullæ Cœnæ Domini p. 2. c. 1. nu. 2. Sed ſecundum communem vſum loquendi ſub nomine aſſaſsini comprehenduntur omnes illi, qui Chriſtianos occidunt, vel occidi mandant pro pretio, vt communiter docent Doctores, quos refert, & ſequitur Iulius Clarus in ſua pract. crimin. §. Aſſaſsinus, Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 28. num. 18. in fine, & Alexander Ambroſinus de Immunitate Eccleſiæ in Bullam Gregorij xiiij. cap. 7. num. 5. & 6. Ergo omnes cōprehenduntur, ſiuè infideles, ſiuè fideles ſint, qui mediante pretio occcidunt, vel occidi faciunt Chriſtianos.

Tertiò verba in lege poſita de- 28
bent aliquid operari c. Si Papa de Priuilegijs in 6. l. Si quando ff. de legat. 1. Io. Andreas in c. Accuſatus de Hæreticis in 6. num. 9 Flam. Pariſius de confident. beneficialibus q. 34. num. 29. Sed ſi verbum aſſaſsini in præſenti Conſtitutione poſitum intelligeretur de illis Aſſaſsinis infidelibus ſupradictis eſſet fruſtatoriè poſitum, quia non erant in vſu illo tempore: Ergo vt aliquid operetur, debet intelligi de omnibus Aſſaſsinis ſupradictis, qui ſecundum communem vſum loquendi, taliter appellantur.

Amplio primò, ſupradictam
quintam exceptionem procedere 29
tàm in mandante, quàm in mandatario, cum omnes ſub nomine Aſſaſsini comprehēdantur, vt docet Salicetus in l. Non ideo minus num 36. ad medium, verſ. & Aſſaſsini &c. C. de Accuſationibus, Iul. Clarus in ſua pract. crimin. §. Aſſaſsinus num. 1. Farinacius in ſua pract. crimin. p. 2. tom 2. tit. de modis quibus committitur Aſſaſsin. q. 123. num. 19. & 26. Boſsi. in ſua pract. crimin. tit. de mandato ad homic. n. 16 & 23. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib 3. cap. 11. nu. 15. Alexander Ambroſinus de imm. eccleſ. in Bullam Gregorij xiv. c. 7. num. 5.

Et licet tex. in cap. 1. de Homic. in 6.

in 6. loqui videatur de mandan-
te, & non de mandatario interfi-
ciente; Communi tamen interpre
tatione receptum eſt, vt etiam ad
mandatarium interfectorem ex-
tendatur: ita docet Capic. deciſ.
155. num. 3. & ſequent. vſq; ad 14.
Grammaticus voto 9. in principio
& n. 1. Carr. in ſua pract. crimin. in
3. tract. de Homic. & Aſſaſſ. §. Cir-
ca igitur tertium num. 11. Ignat.
Lopez in Addit. ad Diez. in pract.
crimin. canonica cap. 96. alias 91.
lit. C, & alij quos refert, & ſequi-
tur Farinac. in ſua pract. crimin.
part. 2. tom. 2. quæſt. 123. tit. de Mo
dis quibus committitur Aſſaſſi-
nium n. 19.

Præterea præſens conſtitutio
30 Greg. xiv. Simpliciter loquitur de
Aſſaſsinis, non diſtinguens inter
mandantem, & mandatarium: er-
go nec nos diſtinguere debemus,
iuxta tex. in l. De pretio ff. de Publ.
in rem act. & l. Præſes. ff. de officio
præſidis, & ſic comprehendit om-
nes.

31 Amplio ſecundò, ſupradictam
quintam exceptionem, vt proce-
dat etiam non ſecuto effectu homi
cidij, dummodo deuentum ſit ad
actum aliquem proximum conſu-
mationi, nempè inſultus, vel vulne
rum: Et ratio eſt, quia eſt verè Aſ-
ſaſsinus; Nam per eum non ſte-
tit, quominus eſſet adimpletum;
& ideo immunitas eccleſiaſtica ei
non ſuffragatur; ita Bolſius in ſua
pract. crim. tit. de Mandato ad ho
micidium num. 16. in fine, Plach.
in Epit. de delictis c. 19. num. 24.
quem refert, & ſequitur Farina-
cius in ſua pract. crimin. parte 1.
tom. 2. tit. de carceribus, & carce-
ratis q. 28. num. 23. & p. 2. tom. 2.
q. 123. num. 104. & num. 106. vbi
declarat, quòd actus proximus in
crimine Aſſaſsinij tunc dicitur, 32
quando deuentum fuit ad inſul-
tum, vel offenſionem; Et multa
cumulat de actu proximo, & re-
moto in hoc delicto, dicto n. 106.
cum duobus ſequentibus, Meno-
chius de Arbitr. Iudic. in ſecundò
caſu principali, Hieronymus Gia-
charius in ſua addi. ad prac. crim.
Iulij Clari §. fin. q. 92. lit. B, Philip-
pus Francus in c. 1. de Homicidio
in 6. num. 8. per tex. in l. Is qui cum
telo. ff. de Sicarijs, & l. Si quis non
dicam C. de Epiſcopis, & Clericis,
& Remigius de Gonni in ſuo trac.
de immun. eccleſiæ Fallen. 15. n. 8.
verſ. ſi dicimus 4. & Ioannes Gutie
rez in lib. 3. pract. quæſt. q. 7. nu. 54.
Et licet Regulariter non puniatur
affectus, niſi ſecuto effectu ex gene
rali conſuetudine, vt docent com- 33
muniter Doctores, quos refert, &
ſequitur Iulius Clarus in ſua pra-
ctic. crim. §. fin. quæſt. 92. in princ.
num. 1.

Tamen dicta regula non proce-
dit in atrociſsimis delictis, vt do- 34
cet idem Iulius Clarus ibidē verſ.
ſcias tamen, & Felinus in cap. 1.
de officio delegati poſt nu. 9. ver-
ſiculo limita ſecundo dicens eſſe
communem opinionem, & idem
Clarus in §. Aſſaſsinus verſ. Scias
etiam num. 6. & Farinacius in ſua
pract. crim par. 2. tom. 2. quæſt. 123.
tit. de Pœna affectus in crimine aſ-
ſaſsinij num. 77 & Ioannes Gutie-
rez in lib. 3. pract. quæſt. q. 7. nu. 35.
dicit, quòd in hoc caſu erit puniē-
dus

tius pœna ordinaria. Et licet Marſilius in conſ. 105 num. 3. & ſeq. & nu. 22. & alij oppoſitum ſentiant: Tamen ſunt intelligendi, quando affectus, ſeù conatus non deuenit ad actum proximum conſumationi, vt docet idē Far. vbi ſup. q. 123. n. 119 & Io. Gutierez in lib. 3. prac. quæſt. q. 7. n. 59.

35 Amplio tertiò, ſupradictam quintam exceptionem, vt procedat etiam contra Fautores, & Defenſores Aſſaſsinorum; nam ipſis immunitas eccleſiaſtica non ſuffragatur, & ſimiliter non ſuffragatur præſtantibus auxilium, nec receptatoribus, nec occultatoribus aſſaſsinorum.

De Fautoribus docet Plac. in Epit. de delictis c. 19. n. 24. Fari. in ſua pract. crimin. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 27 & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſ. Fallent. 15. n. 9. & Ioa. Gutierez in lib. 3. pract. quæſt. q. 7. n. 53.

De defenſoribus clarè patet ex c. 1. de Homic. in 6. ibi, vel defen[illegible]rit, & docet Hoſt. in d. c. n. 26. ver[illegible] Quartus ſi defeñdit, & Io. Monachus ibidem in principio, & nu. 9. verſ 4. ſi defendit forſan verbo, & alij quos refert, & ſeq. Farin. in ſua pract. crimin. p. 2. tom. 2. q 123. tit. quibus modis cōmitt. aſſaſs. n. 30.

De præſtātibus auxilium docet Prob. in Addit ad Ioa. Monach. in c. 1. de Homicidio in 6. num. 1. in fine lit. C, in verbo defenderunt (vbi dicit etiam, quòd auxilium dicitur omne id, per quòd inſultās efficitur audacior, & inſultatus timidior, vt docet etiam Baldus in l. Non ideo minus in vlt. col. C. de accuſat. & latè Petr. de Anc. conſ. 216.) Angelus conſil. 14. col. 2. ante medium, verſ. in hos ergo aſſaſſinos &c. Pariſ. conſ. 166. nu. 1. lib. 4. Capic. deciſ. 155. n. 13. verſ. 6. facit, & n. 15. & 17. quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2 q. 123. tit. Quibus modis commit. aſſaſsi. n. 33.

Quòd procedit etiam homicidio non ſecuto, vt docet idem Farinacius in loco præallegato n. 98. & Capicius deciſ. 155. n. 13. verſ. 6: facit, qui loquitur de auxilio cooperatiuo: Et dummodo deuētum ſit ad actum proximum homicidij, ita quòd per eum non ſteterit, vt patet ex ſupradictis in Ampliatione 2.

De receptatorib. & occultatorib. eſt tex. in c. 1. de Homicid. in 6. ibi, *aut eos receptauerit, ſeu occultauerit* Et docet Plac. in Epit. de Delictis c. 19. n. 24. Farin. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. q. 28. tit. de carcerib. & carceratis nu. 27. Dec. in ſuis tract. crim. lib. 9. c. 30. n. 42. Glo. in d. c. 1. in verbo receptauerint, Hoſt. in d. c. 1. de Homicidio in 6. in princ & nu. 25. in verbo receptauerit, & in verbo occultauerit, Boſsius in ſua pract. crim. tit. de mand. ad Homicidium n. 13. & alij, quos refert, & ſequitur Farin. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. q. 123. n. 29.

Requiritur tamen, vt ipſe recep- 36
tator, vel occultator ſciat illū eſſe aſſaſsinū, alias eccleſ. immun. nō priuatur, quia ignorantia facti eū excuſat, iux. tex. in c. Ignorantia de reg. iur. in 6 & l. Conſtitutiones C. de Iuris, & facti ignorantia.

Nota

Nota tamen differentiam inter Receptantes,& occultantes, receptantes enim ſunt illi, qui patenter receptant, occultãtes vero ſunt qui cęlant, vel occultè receptant, ita Ioannes Monacus in cap.1. de Homicidio in 6. num.9. & Philippus Francus in eodem c.1.num.4. Syluester in Summa in verbo Aſſaſsinus q.2.

37 Præterea ſocij,& complices huius criminis aſſaſsinij, qui habuerint ſcientiam qualitatis aſſaſsinij, non gaudent dicta immunitate: ita docet Petr. Gaball. in ſuo tract. de omn. gen. Homicidij.nu. 412. & Cardin. Tuſchus tom. 3. lit.E, concluſ.10.n.10.& concl.11. nu.7.

38 Amplio quarto, ſupradictam quintam exceptionem locum habere non ſolum in illo, qui pecunia mediante homicidium commiſit, vel committi mandauit, vt immunitate eccleſiaſtica non gaudeat: ſed etiam in illo, qui loco pecuniæ aliquam rem pretio æſtimabilem dedit, vel accepit pro Homicidio, ita docet Capicius deciſ.155.num.11.verſ.ſexta dubit. iunct.n.17.ad mediũ,& n. 21. verſ. Ad ſextam dubitationem, & n.22. Grammat. voto 9. in principio, Carr.in ſua pract.crimin.in 3.trac. de Homicidio,& Aſſaſsinio §.Circa igitur tertium nu.4. Monticell. reg crim.8. nu.6. Decianus in ſuis tract.crimin.lib.9.cap.30.n.16.dicens eſſe comm.opin. Farin.in ſua pract.crim.p.2.tom.2.q. 123.n.41. vſq; ad 44.

39 Amplio quintò ſupradictam quintam exceptionem, vt procedat non ſolum quando mediante pecunia occiditur, vel occidi mandatur aliquis Chriſtianus: ſed etiã quando infidelis toleratus in dominio Chriſtianorum occiditur, vel occidi mandatur; Nam gaudere non debet immunitate Eccleſiæ in hoc caſu, nec qui occidit, nec qui occidi mandauit mediante pecunia: licet ſit infidelis, qui occiditur. Vnde Brun. à ſol. in ſuis quæſt.legal.q.34.n.24.probat committi aſſaſsinium, etiam quando occiditur Iudæus toleratus in dominio Chriſtianorum.

Et multo magis committitur aſſaſsinium quando Iudæus pro pretio Chriſtianum occideret, vel occidi mandaret.

Et ſimiliter quando Iudæus Iudæum occideret, vel occidi mandaret pro pretio, vt probat Colleg.Bononien.in conſil.crim.diuerſorum 41.n.8.lib.1. & Farin. in ſua pract.crim.p.2 tom.2.q. 123.n.135 & 136.

Probatur etiam per præſentem Conſtitutionem Greg.Papę xiv.in qua aſſaſsini excipiuntur nulla facta diſtinctione inter illos aſſaſsinos, qui mediante pecunia occidunt, vel occidi faciunt Chriſtianos, vel Infideles,& ideo ſimpliciter, & abſq; diſtinctione intelligi debet de omnibus aſſaſsinis, iuxta tex. in l. De pretio ff. de Public. in rem act.& l.Præſes ff de officio Præſidis. Inſuper dato, & non conceſſo, quòd ſub nomine Aſſaſsinorũ ſupradicti non comprehenderentur, negari tamen non poteſt, vt comprehendantur ſub nomine illorum, qui proditoriè proximum

ſuum

ſium occidunt; nam proximus noſter eſt non ſolum fidelis, ſed etiam infidelis iuxta Euangelium Luc. c. 10. & aſſaſsinus verè proditor eſt, vt docet Farin. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. q. 28 tit. de carceribus, & carceratis n. 26.

Nec obſtat tex. in c. 1. de Homicidio in 6. qui loquitur de illis, qui interfici faciunt Chriſtianos per aſſaſsinos, ex quo tex. à contrario ſenſu colligi videtur, quòd qui interfici facit infidelem, non cõprehendatur ſub illis pœnis.

Nec etiam obſtat communis doctrina Doctorum, quos refert, & ſequitur Iulius Clarus in ſua pract. crim. §. Aſſaſsinus in princ. n. 1. Boſs. in ſua pract. crim. impoſitas locum habere quando occiditur, vel occidi mãdatur aliquis Chriſtianus mediante pecunia; Secus vero ſi occidatur, vel occidi mandetur aliquis infidelis. Nam reſpondetur, quòd dicti Doctores loquuntur de pœna imponenda contra dictos aſſaſsinos, & an cõprehendantur in d. c. 1. de Homicidio in 6. Nos autem loquimur an immunitas eccleſiaſtica eis ſuffragetur nec ne, quæ ſunt diuerſa; Et ex diuerſis non fit illatio, c. Ad audictiam de Decimis l. Papinianus exuli. ff. de Minoribus; Præterea intelligi poſſunt de infidelibus non toleratis ab eccleſia.

Ad tex. vero in c. 1. de Homicidio in 6. dici poteſt, quòd declaratur per præſentem Conſtit. Greg. xiv. quæ excipiendo aſſaſsinos nõ diſtinguit inter illos aſſaſsinos qui occidunt, vel occidi faciunt Chriſtianos, & inter illos qui occidunt, vel occidi mandant infideles toleratos: Sed ſimpliciter excipiendo aſſaſsinos omnes comprehendit qui ſecundum communem vſum loquendi dicuntur aſſaſſini: vt ſupra probatum eſt nu. 24. & 25. Et Salicetus in l. Non ideo minus n. 36. ad medium verſ. Et aſſaſsini C. de accuſationibus dicit, quòd aſſaſsini vocantur vulgo qui pecunia præcepta, vel promiſſa homicidia committunt; & quòd iſta vulgaris interpretatio eſt attendenda.

Amplio ſextò, ſupradictã quintam exceptionem procedere non ſolum quando à mandante ſolutum fuerit pretium mandatario pro homicidio tempore mandati, vel antequam homicidium cõmittatur: ſed etiam quando fuerit promiſſum pretium: Et ratio eſt, quia ſola promiſsio pecuniæ, vel alterius loco pecuniæ facit aſſaſsinium: ita docet Salicet. in l. Non ideo minus ad finem nu. 36. verſ. Et Aſſaſsini vocantur C. de accuſationibus, vbi æquiparat pecuniæ receptionem, vel promiſsionem, Grat. conſ. 52. num. 47. lib. 2. Curt. Senior. conſ. 20. num. 43. ad finem verſ. Omitto poſtremo, Capic. deciſ. 125. num. 6. & ſeq. & n. 17. in fine verſ. Ad tertiam dubit. & num. 18. quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crimin. p. 2. tom. 2. quæſt. 123. num. 36. Boſſ. tit. de Mandato ad homicidium num. 14. & 35. Grammat. Voto 9. num. 2. Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immunitate eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. cap. 7. num. 3. & Ioannes Gutierez in lib. 3. pract. quæſt.

quæſt.q.7.num.20.Quæ ampliatio locum habet dato, quòd promiſſio ſit facta ſine ſcriptura, vel alia cautela, vt docet Capic Gramma. & Farinacius in locis prællegatis,& alij quos refert Farin.nu.37. Dummodo dicta promiſsio ſit certa,& ſpecifica; ſecus vero ſi ſit incerta, & generalis: ita docet Decianus in tract. crimin.lib.9.c.30. num. 17. in principio, Boſſ.in ſua pract. crimin. tit. de Mandato ad Homicid.nu.35. Gabr.conſil.170. n.18.vſq; ad 21.lib. 1.Vlpel.conſil. 143.num.5.& alij quos refert,& ſequitur Farin.in ſua pract.crim.p.2 tom.2.quæſt. 123.nu.145.& nu.40. Alexan. Ambroſinus in loco prælegato c.7.n.9.Rim.Iun.cōſ.685. nu.22. vol.6. Eug.conſ.76.nu.138. Pett.Cab.in tract.de omn.gen.homic.n.494.

41 Amplio ſeptimò ſupradictā quintam exceptionem procedere non ſolum contra laicum, ſed etiam contra clericum tam graue ſcelus committentem, nam non gaudet hac immunitate:ita docet Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6. cap.28.n. 13. verſ. Et vera qnidem &c. & Remigius de Gonni in ſuo tract de immun.eccleſ. Fallen.15. n.10.

42 Amplio octauò, in Iudice qui mercede corruptus innocētem ad mortem condemnauerit: nam inter Aſſaſsinos connumerari debet, vt latè probat Marius Italia de Immunitate eccleſiarum lib.1. c.5.§ 5 à num. 144.vſq; ad 149.ſed præcipuè hoc dicit nu. 48 in fine, & patet ex ſupradictis in hoc eodem capitulo n.24.& 25. quia cui competit definitio,competit etiā & definitum.

Amplio nonò,in teſtē qui mercede corruptus falſum depoſuerit, propter quam falſitatem, reus eſt condemnatus ad mortem; Nā ſimiliter inter Aſſaſsinos connumerari debet, vt probat Marius Italia de immunitate eccleſiarum lib.1. cap.5. §. 5. à num. 149.vſque ad 151. 43

Supradicta quinta exceptio ſic ampliata limitatur in multis caſibus

Primò limitatur non procedere in Recipiente, vel dante pecunias non ad occidendum, ſed ad vulnerandum, vel percutiendum aliquem baculo, aut quid ſimile faciendum: tunc enim non intrat pœna aſſaſsinij ordinaria, vt docet Maſcardus de Probationibus lib. 1.concluſ.138 n.1.verſ contrarium tamen,& num. 10.& ſeq. Vlpellus conſ.143. num.1. Decianus in ſuis tract.crim.lib.9.cap.30. nu. 41. Farinacius in ſua pract. crim. p.2.tom.2.quæſt.123.nu.139. Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Imm. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv.cap.7. num.11.in fine. Et ideo ſub nomine Aſſaſsini non comprehenduntur ſtrictè, & propriè loquendo; Et propterea Immunitas Eccleſiaſtica eis non denegatur.Et ratio eſt, quia cum agatur de fauore Eccleſiæ larga debet fieri interpretatio in fauorem dictæ immunitatis iuxta Reg. C. Odia de regul.Iur.in 6.& c.Reuonantes 22.diſt. 44

Secundò limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere in 45

eo qui

eõ qui propriam iniuriam vlciſcendo per ſeipſum, auxilio tamẽ aliquorum quos pecunia cõduxit hominem occidit; Nam in iſto caſu, nec ipſe principalis, nec ipſi priori conducti auxiliatores poſſunt nuncupari Aſſaſsini: quia in aſſaſsinij pœna non intrant: Et propterea non priuantur Immun. eccleſiæ, vt docet Far. in ſua pract. crim. p.2. to.2. q. 123. n. 148. Vlpell. conſ. 143 n. 10. Alex. Ambroſinus in loco præallegato de imm. eccl. c. 7. n. 10.

46 Tertiò limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere in eo qui accepta ab altero pecunia occidit communem inimicum: Et ratio eſt, quia aſſaſsinium committi non dicitur.

Nec etiam qui pecuniam dedit dicitur Aſſaſsinus in hoc caſu, Sed potius inſtigator, & inflammator; & vt talis punitur, non autem vt Aſſaſsinus; ita docet Grammat. conſ. 52. nu. 49. Et ſequitur Vlpellus conſ. 143. num. 10. Baiard. in Addit. ad Iul. Clar. in § Aſſaſsinus num. 20. quos refert, & ſequitur Farinac. in ſua pract. crim. p.2. to.2. q. 123. num. 157. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Immun. eccleſiæ in Bullam Gregor. XIV. cap. 7. num. 10. Hond. conſ. 87. n. 4. vol. 2.

47 Quartò, Limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere in eo qui recepta pecunia aliquem interfeciſſet præſente ipſo mandante, nam in iſto caſu non intrat pęna neque qualitas aſſaſsinij; ita docet Hieronym. Gabr. conſ. 180. num. 11. & ſequen. lib. 1. Bertaz, conſ. 143. num. 13. vol. 1.

Quintò, limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere quando pretium non interuenit (nec datum, nec promiſſum) ad occidendum, licet ſpe, vel gratia ad id ſit adductus; Nam in hoc caſu nec occidens, nec mandans priuatur eccleſiaſtica immunitate, niſi proditoriè eſſet commiſſum: & ratio eſt, quia ſine pecunia, vel alio pretio loco pecuniæ aſſaſsinij nomen, & illius pœna ceſſat; vt probat Pariſ. conſil. 166. num 3. & ſequen. lib. 4. Capic. deciſ. 153. num. 16. ad finem, Petrus à Plach. in Epit. delictorum lib. 1. cap. 19. num. 3. verſ. Cęterum, Decianus in ſuis tract. crimin. lib. 9. cap. 30. in princ. Gabriel conſil. 170. nu. 7. lib. 1. & alij quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. part. 2. tom. 2. q. 123. num. 153. & idem docet Sylueſter in ſua Summa in verbo aſſaſsinus q. 1. num. 2. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Immun eccleſiæ in Bullã Greg. Papæ xiv. cap. 7. num. 8. & Cabal. in ſuo trac. de omn. gen. homi n. 491. 48

Eſt tamen aduertendum circa ſupradictam limitationem, 49 quòd non ſolum debet interuenire pecunia, vt aſſaſsinium dicatur, ſed etiam requiritur, vt conſtet plenè, aut per teſtes, aut per confeſsionem partis, quòd ipſa pecunia fuerit data pro illa cauſa pro qua prætenditur datum mandatum; prout in ſimili in crimine Simoniæ probat text. in cap. de hoc extra de Simonia: Et multo magis

hoc procederet quando poſſet apparere alia probabilis cauſa propter quam pecunia ſit data; cum potius ſit præſumendum eſſe datã pro cauſa licita, quàm illicita; vt docet Farin. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. q. 123. n. 154. cum duobus ſequentibus.

50 Sextò, Limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere in eo qui mandat fieri homicidium, & mandatario dum ſe ad illud præparat expenſas ſubminiſtrat, aut pecunias pro expenſis tribuit, nã Immunitate gaudet; Et ratio eſt, quia gratis, & non pro pretio facit homicidium; Et cum nihil lucri faciat mandatarius ex ipſis expenſis non poteſt propterea dici ex ijs corruptus, & gratis non facere ita conſuluit Gabr. conſ. 170. num. 21. & ſeq. & nu. 23. quem refert, & ſeq. Farin. in ſua pract. crim. p. 2 tom. 2 q. 123. nu. 158. Vlpell. conſ. 143. & Alexan. Ambroſinus de Immun. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. ca. 7. num. 9.

Et idem dicendum eſt, quando perfecto delicto dantur pecuniæ mandatario, vt abeat, & ex illis in itinere donec tutus euaſerit ſe alat. ita Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de Mandato ad Homic. n. 34. in fi. Vlpellus conſil. 143. num 8. Baiar. in Addit. ad Iulium Clarum in §. Aſſaſsinium num. 6. in princip. & num. 8. Farin. in loco præallegato. num. 159.

51 Septimò, limitatur ſupradicta quinta exceptio non procedere in eo qui hominem occidit ſpe ſucceſsionis in perſona ſua, vel ſuorum vt docet Gabriel lib. 7. cõcl. 1. num. 37. poſt Grat. in loco per eum allegat. Baiard. in ſua Addit. ad Iulium Clarum in §. Aſſaſsiniũ num. 11. quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim. p. 2. to. 2. q. 123. num. 160. Alciat. conſ. 11. nu. 17. Alexan. Ambroſinus in ſuo tract. de Immu. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. cap. 7. num. 10. Et ſimiliter non procedit ſupradicta quinta exceptio in eo qui occidit aliquem cauſa lucrandi litem quam habebat cum ipſo occiſo, vel cum alio; Quia iſta ſpes lucrandi litem non producit qualitatem Aſſaſsinij: ita docet Pariſ. conſ. 166. n. 2. & 3. iuncto nu. 8. & 9. lib. 4. Farin. vbi ſup. n. 161.

Octauò, limitatur ſupradicta 52
quinta exceptio non procedere in eo qui promiſsionem, vel oblationem pro homicidio non acceptauit, nam requiritur, vt interueniat conuentio, ac contractus mutuæ voluntatis inter mandantem, & mandatarium. Ita Farin. conſ. 10. nu. 3. Gramma. Voto 11. n. 19. Rim. Iun. conſ 685. n. 12. & ſeq. vol. 6. qui ſub num. 14. dicit, quòd non ſufficeret illa præſumptio, quòd præſumatur acceptaſſe promiſsionem ſibi fauorabilem.

Aduertendum tñ eſt, quòd qñ à Curia ſeculari prætenditur eſſe cõmiſſum Aſſaſsinium à perſonis eccleſiaſticis, non ſolũ cognitio dicti criminis ſpectat ad Iudicẽ eccleſiaſticũ quando Reus confugit ad eccleſiam, vt patet ex præſenti cõſtitutione ibi Niſi cognito prius per Epm &c. Sed etiã quando Reus eſſet captus à curia ſeculari, & num- 53
quã cõfugiſſet ad eccleſiã, quia de
per-

perſonis Eccleſiaſticis nõ debet ſe intromittere curia ſæcularis, vt patet ex eadẽ conſt. Greg. xiv. ibi, Ne contra eccleſiaſticas perſonas &c. & ex conſtit. Clem. viij. quæ incipit Aequa, & circũſpecta &c. edita die 18. Decemb. 1595. quã refert Steph. Quaranta in ſua Sũma Bullarij tit. Forum competens, conſt. vlt. & Marius Italia in ſuo tract. de imm. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 5. n. 154. Et poſtquã declaratum fuerit à Iudice eccleſiaſtico cõmiſiſſe aſſaſsinium, non poterit curia ſæcularis procedere ad condemnationem pęnæ, niſi ſolemniter fuerint dicti rei per Epm degradati, & traditi in manib. dictæ curię ſęcularis. ita latè probat Marius Italia de imm. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 5. à n. 152. vſq; ad finem §.

SVMMARIVM.

De perſonis quæ excipiuntur ab hac immunitate pro crimine Hæreſis.

HAeretici immunitate eccleſiæ non gaudent. n. 1.
Quis dicatur propriè hæreticus. n. 2.
Hæretici etiam non denunciati immunitate non gaudent. n. 3.
Lex generaliter loquens generaliter debet intelligi. n. 4.
Hæretici non ſolum affirmatiui, ſed etiam negatiui immunitate non gaudent. n. 5.
Hæretici præſumptiui immunitate nõ gaudent. n. 6.
Hæreſis præſumptio quando oriatur ex verbis, & quando ex factis. n. 7.
Suſpectus vehementer de hæreſi immunitate non gaudet. num. 8.
Credentes hæreticis immunitate non gaudent. n. 9.
Credentes hæreticis qui dicantur num. 10.
Apoſtatæ à Chriſtiana Religione immunitate non gaudent. n. 11.
Schiſmatici immunitate non gaudẽt, quando ſchiſma habet hæreſim cõiunctam. n. 12.
Hæreticus immunitate non gaudet, non ſolum quando pro crimine hæreſis confugit ad eccleſiam, ſed etiam quando confugit pro alio delicto. n. 13.

CAPVT VIII.

EXcipiuntur ſextò à ſupradicta Regula tradita in c. 5. n. 1. Hæretici, quibus Immun. eccleſiaſt. non ſuffragatur, vt habetur in præſenti conſt. Greg. Papæ xiv. ibi, *vel Hæreſis*, & docet Gonſaluus Villadiego in tract. de Hæreticis q. 11 num. 15. Hippolytus in l. Ex Senatus conſulto. ff. de Sicarijs ad fin. Boerius deciſ. 110. quos refert, & ſequitur Cou. in lib. 2. var. reſol. c. 20. num. 11. verſ. 14. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 10. n. 12. Dec. in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 26. n. 4. 1

Sciendũ eſt tamen quòd vt quis verè, & propriè hæreticus dicatur ad minus tria poſtulantur, ſecundum communem Theologorum, & Canoniſtarum ſententiam: Primum, vt fidẽ catholicam ſit profeſſus, ideſt vt ſit baptizatus: Alterũ error in intellectu, eorũ quæ fidei ſunt: Tertium, Pertinacia in voluntate: ita docet Alph. Caſtrus de iuſta 2

hæreticorum punitione lib.1. c.7. Simanca de catholica inſtitutione tit.31.num.40.Couarr.in lib.3. var.reſol.cap.1. num.2. verſ.Hinc ſanè deducitur. Vgol.in Expoſit. Bullæ Cœnæ Domini par.2 c.1.§.1 vſq; ad num. 11. Sayrus de cenſuris eccleſiaſticis lib.3.cap.4.a n.9. vſq; ad 19.Franciſcus Penia in 2.p. Direct. Inquiſitorum in q.32.Scholio 44. n.1.

3 Amplio primò ſupradictam exceptionem ſextam, vt non ſolum procedat contra Hæreticos declaratos,&denunciatos ab eccleſia vt tales, ſed etiam contra hæreticos non declaratos,neq; denunciatos.

Et ratio eſt, quia dum per præſentem conſtitutionem hæretici
4 excipiuntur abſq; vlla diſtinctione, omnes hæretici cõprehenduntur:Lex enim generaliter loquens, generaliter debet intelligi c.ſolitę §.fin.de maior.& obed. l.1. §.in infinitum.ff.de legatis præſtandis.

5 Amplio ſecundò ſupradictã exceptionem ſextam, vt non ſolum excipiantur hæretici affirmatiui qui dictis,vel factis oſtendunt errorem fidei quem habent in intellectu,& pertinaciam in volũtate, ſed etiam excipiantur hæretici negatiui, qui coram Iudice fidei per legitimos teſtes ſunt conuicti,(ſed non confeſſi)& in negatiua cõſtanter perſeuerãt,verbis & factis fidẽ catholicam profitentes, & verbis, & factis hæreſes deteſtantes.Et ratio eſt,quia hi quandiu in dicta negatiua perſiſtunt,hæretici ſunt cẽſendi, & vt tales cõdemnandi per Iudicem eccleſiaſticũ ad quos illi pertinẽt.ita docet Hoſt.in ſumma tit.de Hæreticis.§.Qualiter deprẽhendatur quis in hæreſim, Eymericus in ſuo Direc Inquiſitorũ p.2. q.34 Cald.conſ.2.tit.de Hęreticis, Reper.Inquiſit.in verbo negatiua §.Si tamen accuſatus,Simanca de catholica inſt.tit.48.nu.25.& 26.& commun. Doctores quos refert, & ſeq.Franc.Penia in 3.p. Direct.Inquiſit. Scholio 66. vbi latè tractat hanc materiam.

Amplio tertiò ſupradictam ſextam exceptionem,vt nõ ſolum ex- 6
cipiantur illi qui formaliter,& verè hæretici ſunt: Sed etiam hæretici præſumptiui;id eſt illi qui præſumptione violenta iuris,hæretici reputantur,vt docet Franciſcus Pęnia in 2.par.Direct. Inquiſitorum Scholio 45. verſ. Grauiſsima eſt: Nam legum præſumptiones verè & propriè probationes dicuntur l.fin.in fi.ff.de Probat.Iaſon in l.1. n.9.C.de Militari teſtamẽto,&in l.licet Imperator n.8. ff.de legat. 1.

Hæc autem præſumptio quan- 7
doq; oritur ex verbis,quandoq; verò ex factis hæreticalibus; Verba enim, & facta ſunt ſigna indicãtia interiorem mentis conceptum vt docet Ariſtoteles in lib. 1 de Interpretatione,& Imperator in l.ſi nõ conuicij C.de Iniurijs.

Ex verbis oritur præſumptio violenta, quòd aliquis ſit hæreticus, qñ publicè prædicat, vel defendit errorem,qui directè repugnat Articulis fidei,aut eccleſiæ definitionibus,aut ſacris literis,vt hebetur in c.ſuper quibuſdã extra de verborum ſignificatione,& docet Vgol. in expoſ. Bullæ Cęnæ Domini p.2. c.1.verſ.credentes in princip.nu.1.

Eyme-

Eymericus in 2. part. Direct. Inquiſitorum. q. 35. & Franciſcus Penia ibidem, ſcholio 21. vbi tradit ſeptē Regulas ad cognoſcendas propoſitiones hæreticas.

Ex factis etiam oritur præſumptio violenta de iure quòd aliquis ſit hæreticus in multis caſibus, quos enumerat Franciſcus Penia in ſuis Annotat. ad 3. partem Dirrectorij Inquiſitorum Scholio 31. à verſ. Ex factis autem, vſq; ad verſ. ſunt iam alia facta &c. Primò tranſire ad ritus iudæorum ſe circunci dendo, vel ad Ritus Saracenorum, aut aliorum quorumvis infideliū, factum eſt indicans hominem Hęreticum, vel Apoſtatam c. Contra Chriſtianos de Hæreticis lib. 6.

Secundò qui citatus ad reſpondendum de fide velut ſuſpectus in ea, non comparuit, & excommunicationem per annum pertulit animo pertinaci; anno elapſo ex hoc facto hæreticus reputatur, & velut talis damnatur: c. cum contumacia de Hæreticis in 6.

Tertiò, qui deficiunt in purgatione Canonica, quam in cauſa fidei ſibi indictam præſtare non potuerunt velut hæretici condemnantur, c. Inter ſolicitudines extra de purgat. canonica.

Quartò, Qui poſt abiuratam hęreſim de qua conuictus fuerat, cū hæreticis communicat, eos viſitādo, receptando, aſſociando, dona vel munera eis donando, vel mittendo, hæreticus putatur c. Accuſatus §. ille quoq; de Hæreticis in 6.

Quintò, Qui cum eſſent ſanæ mētis in corporis infirmitate, & morbo cōſtituti, petiuerunt hæreticos conſolaturos, hæretici habentur; c. Filij de hæreticis in 6.

His factis prima ſunt illa in quibus error manifeſtè exprimitur, & nullo modo poſſunt in bonam partē accipi, vt exēpli gratia, Si quis ſpontè dæmones adoraret, Idolis genua flecteret, reuerentiam hæreticis ſuo more exhiberet, conciones frequenter ab eis iuxta eorū ritū audiret, ſi more Iudæorū ſe circūcidi faceret: Ex ſupra dictis. n. & ſimilibus factis oritur etiam violenta præſumptio cōtra delinquētes quòd ſint hæretici: Et qnamvis de intentione eorū formaliter nō conſtet, tamen poteſt procedi cōtra eos velut contra hæreticos; ita docet Albertinus in tract. de Agnoſcendis aſſertionibus quæſtio. 32. num. 17. q. 34 n. 53. & q. 36. n. 18. quē refert, & ſeq. Franciſcus Penia in 2. p. Directorij inquiſitorum Scholio 45. à verſ. Grauiſſ. eſt. Sunt etiā alia verba, vel facta quibus quādoq; vehementes, quandoq; leues oriuntur hæreſis ſuſpiciones, de quib. tractat Eymeric. 2. p. Direc. Inquiſitorū q. 55. & ſeqq. Alber. de agnoſcēdis aſſertionib. q. 30. n 60. & ſeq. Iacobus Simāca de Cathol. inſt. tit. 31. n. 14. & ſeq. Franc Penia in ſuis annot ad 2. p. Direc. inquiſ. Scholio 56. & ſeq. & in 3. p. Scholio 31. à verſ. ſunt iam alia facta.

8 Amplio quartò ſupradictā exceptionē ſextā, vt procedat ēt quādo quis vehemēter eſt de hęreſi ſuſpectus, & iudicio inquiſitoris procedēdū eſt ad capturā contra eū, nā non gaudet meo iudicio imm. eccleſiaſt. Et ita etiam tener Marius Italia de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5.

§6.n.59.in fine, verſ.His ergo traditis,& num.140.Et ratio eſt,quia contra eum velut contra hæreticũ procedi poteſt ; quamuis de eius intentione formaliter non cõſtet: ita docet Franciſcus Penia in ſuis Annot. ad 2. partem Directorij Inquiſ.ſchol 9 §.Qui autem inuenti &c. Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de Immun. Eccleſiæ c.8. num 10.loquens de blaſphæmo hæreticali,caſus vero pro quibus efficitur quis vehementer de Hæreſi ſuſpectus,videri poſſunt apud Eymericum in ſuo Directorio Inquiſitorum p.2. q.55.& 56.& ibidem Franciſcum Peniam Scholio 60.& 62. & Marium Italiam de Immun. Eccleſiarum lib.1.c.5. §.6.à nu.18. vſq; ad finem §.

Secus verò quando ſuſpicio eſt leuis, nam ex leui ſuſpicione ad capturam non eſt deueniendum, vt docet Franciſcus Penia in ſuis Annot.ad 2. partem Direct.Inquiſitorum ſchol[illegible] §.Cęterum in fine, & par 3. ſchol: 18. §. Dixi vero in fine.

9 Amplio quintò ſupradictam exceptionem ſextam vt procedat nõ ſolum contra hæreticos,ſed etiam contra credentes hæreticis, nam & hi hæretici ſuut,vt patet ex c.penult. § fin.in fine extra de Hæreticis;& per conſequens Immunitas eccleſiaſtica eis non ſuffragatur.

10 Credentes autem hæreticis dicuntur illi qui nullum errorem, aut hæreſim explicitè,& in particulari habent: Sed implicitè aſſentiuntur erroribus hæreticorũ quorum ſectam ſequuntur ; Et tales propriè videntur eſſe homines ruſtici, rudes, & indocti ; ita docet Vgol. in Expoſitione Bullæ Cœnæ Domini part.2.cap.1. verſ.Actorũ credentes nu.2.Sed melius Sayrus in lib.3.de Cenſuris Eccleſiaſticis c.5.n.1. Suarez tom.5. de Cenſuris diſp.21.ſect.2.n.6.Card.Toletus in Expoſit.Bullæ Cœnæ §.1.

Amplio ſextò ſupradictam exceptionem ſextam,vt procedat non ſolum contra hæreticos,ſed etiam contra Apoſtatas à Chriſtiana fide,qui licet à Vulgo hæretici vocari nõ ſoleant,tamen in re non differunt ab hæreticis, vt ſumitur ex D.Tho. in 2.2.q.12.art.1.& docet Suarez tom.5.de cenſuris diſp.21. ſect.2.n.3.& Vgol.in Expoſit. Bullæ Cœnæ Domini parte 2. cap. 1. verſ. & à Chriſtiana fide Apoſtatas §.1.num.1. Et ideo vt hæretici Immunit. Eccleſiaſtica non gaudent. 11

Amplio ſeptimò ſupradictam exceptionem ſextam,vt procedat 12 etiam contra Schiſmaticos,quando ſchiſma habet hæreſim coniunctam: ita quòd ab Eccleſia ſunt diuiſi,non ſolum quoad obedientiam,verum etiam quo ad fidem; Vt quia nolunt credere derermina tionibus eccleſiæ de fide factis:Tales enim vt hæretici habendi ſunt, vt docet Eymericus in 2.parte Direct.Inquiſitorum q.48.n.4.& per conſequens Immun. eccleſiaſt. eis non ſuffragatur.

Secus verò quando Schiſma nõ haberet hæreſim coniunctam : & quo ad ſolam obedientiam tantum eſſent diuiſi; nam huiuſmodi vt hæretici non ſunt habendi,cum nõ habeant errorem in intellectu,

nec

nec pertinaciā in voluntate,& per conſequens immunitatem eccleſiaſticam non amittunt.

13 Amplio octauò ſupradictam exceptionem ſextam procedere non ſolum quando Hæreticus,vel Apoſtata à fide aufugiſſet ad eccleſiā ne puniretur pro ipſa hæreſi, vel apoſtaſia, ſed etiam quando iam quando iam condemnatus (ſed nō dū punitus) vt hæreticus vel Apoſtata à fide commiſiſſet aliquod aliud delictum, puta adulterium, vel homicidium,pro quo ne puniretur confugit ad Eccleſiam; Et ratio eſt, quia hoſtis eſt eccleſiæ, & nullo fauore eccleſię eſt dignus: ita docet Couar.in lib.2.var.reſol. cap.vlt.nu.11. verſ.14.Gondislaus in tract.de Hæreticis q.11.Boerius deciſ.110 n.6 & alij quos refert, & ſequitur Decia.in ſuis tract. crim. tom.2.lib.6.c.26.nu.4.quos refert, & ſequitur Alexan. Ambroſinus de Immu. Eccleſiæ in præſenti Conſt. c.8.n.9.

Oppoſitum tenet Marius Italia contra Ambroſinum,(& ante ipſum tenuit Sylueſter in Sūma verbo Immunitas tertio q.3.verſ. Secundum &c.) & rationem reddit quia hic excipitur crimen hæreſis non autem hæreticus: ſed reſponderi poterit quòd crimen in tantū excipitur in quantum afficit perſonam, & quamuis facta ſit mentio de crimine,tamen exceptio redundat in perſonam illo crimine maculatam.

Dixi *ſed non dum punitus*,quia ſi de hæreſi fuiſſet punitus,& per pœnitentiam ad gremium S.R.E. rediiſſet non eſſet priuandus iſta immunitate pro alijs delictis:Et ratio eſt, quia is amplius appellari hęreticus non poteſt,ita docet Decianus in loco præallegato nu.6.in fine,& Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de Immu.eccleſiæ in Bullam Greg.Papæ xiv.c.8.nu.9. verſ. Ego credo.

De perſonis, quæ excipiuntur ab hac Immunitate pro crimine læſæ Maieſtatis in perſonam Principis commiſſo.

SVMMARIVM.

Læſæ maieſtatis criminis rei in perſonam Principis,immunitate non gaudent.n.1.

Læſæ maieſtatis crimen contra quos committatur.n.2.

In penalibus ſtricta debet fieri interpretatio.n.3.

Verba in ſuo potiori ſignificatu ſumenda ſunt.n.4.

Læſæ maieſtatis crimen committitur à ſubditis, qui ſubduntur ratione originis,vel domicilij:ſecus vero ſi ſubduntur ratione feudi, vel delicti.n.5.

Læſæ maieſtatis crimen committitur etiam contra miniſtros Principū, tamen rei dicti criminis, immunitatem non amittunt.n.6.

Læſæ maieſtatis crimen à quibus perſonis committatur, vel non committatur.n.7.

Quæ excuſant à crimine læſæ maieſtatis.n.8.

CAPVT IX.

1 PEr præſentem Conſtitutionē Gregorij Papæ XIV Excipiuntur ſeptimò à ſupradicta regula (poſita in cap. 5. num. 1.) Rei criminis læſæ Maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis ; Nam immunitas eccleſiaſtica eis non ſuffragatur, ita clarè habetur in præſenti conſtitutione Greg. Papæ xiv.

Sciendum eſt tamen ; quòd licet hoc delictum ante conſtitutionem Gregor. xiv. non reperiretur expreſsè connumeratum inter caſus exceptos , neque à Iure Canonico , neque ciuili , attamen tutos non fuiſſe iſtos delinquentes , pluribus comprobat Hieronymus Gigas de crimine læſæ Maieſtatis , ſub Rubrica de pluribus, & varijs quæſtionibus , quem refert , & ſequitur Decianus in ſuis tractat. crimin. tom. ſecundò lib. 6. cap. 28. num. 23. Addendo text. in l. 2. C. de ijs qui ad eccleſias confugiunt : Hodie verò cum hoc crimen ſit clarè exceptum in præſenti conſtitutione, non eſt amplius dubitandum : Sed videndum eſt crimen læſæ maieſtatis contra quos committatur, Et à quibus perſonis committi , vel non committi poteſt.

Committitur autem hoc crimen in perſonam Principis, 2 quando offenditur Summus Pontifex Imperator , Rex , Dux, Princeps , Marchio , Comes , vel Baro , qui ſuperiorem non recognoſcit , & ſimiliter Ciuitas , vel Reſpublica , quæ ſuperiorem non recognoſcit , vel Cardinalis . Ita docet Marius Italia in ſuo tractat. de immunitate eccleſiarum lib. 1. cap. 5. §. 7. nu- 3 mer. 20. 22. & 28. vſque ad 36. & ratio eſt, quia cum ſimus in pœnalibus ſtricta debet fieri interpretatio, nempè de proprijs principibus , qui ſuperiorem in temporalibus non recognoſcunt. Præterea , verba in ſuo potiori ſignificatu ſumenda ſunt , l. 1. §. Qui in perpetuum. ff. Si ager ve- 4 ctigal. arg. l. Non aliter . ff. de legat. 3. l. cum quæritur. ff. de ſtatu homi. Menochius de Arbitrarijs Iudicum centur. 1. quæſt. 77. num. 1. & centur. 4. Caſu 321. num. 14.

Primò, committitur crimen læſæ maieſtatis, quando offenditur perſona Summi Pontificis : & ratio eſt, quia Summus Pontifex ſupra omnes alios Principes Maieſtatem habet : & omnes leges loquentes de crimine læſæ maieſtatis Imperatoris trahuntur etiam ad Papam : ita docet Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. in Rubr. Quotuplex ſit maieſtas num. 3. & ſequen.

& in

& in Rub. Quand. & à quibus crimen læſæ maieſtatis committitur quæſtione prima, per totum Iul. Clar. in ſua pract. crimin. §. læſæ maieſtatis verſ. committitur num. 2. teſtificans de communi, Decianus in ſuis tract. crimin. lib 7. cap. quarto, nu. 4. & cap. 32. num. 2. & alij quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua prac̃tic. crim. parte 2. tom. 2. quæſtio. 112. num. 18. tit. de crimine læſæ maieſtatis.

Et hoc crimen committitur, non ſolum à clericis cuiuſcumquè digniatis ſint etiam Cardinalatus, ſed etiam à Laicis, non ſolum in temporalibus ſubiectis ipſi Summo Pontifici, ſed etiam à non ſubiectis in temporalibus, & etiam à Regibus, & ab Imperatore, vt docet Gigas de crimine læſæ maieſtatis, libro primo in Rubrica Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſtatis committatur quæſtione ſecunda, numero quinto, & queſtione tertia, numero tertio in fine, Boſſ. in ſua practic. crimin. titulo de crimine læſæ maieſtatis, ſub numero 107. verſ. & Imperator etiam, Decianus in ſuis tract. crimin. libro ſeptimo, cap. octauo, numero primo, Farinacius in ſua practica criminali, parte ſecunda, tomo ſecundo, quæſtione centeſimaduodecima, titulo de crimine læſæ maieſtatis numerò ducenteſimo vegeſimo nono, & ducenteſimo quadrageſimo ſeptimo. Et ratio eſt, quia Summus Pontifex eſt caput omnium, vt Vicarius Chriſti, & omnes ei ſubduntur, vt in Clem. Paſtoralis in princip. & in fine de ſent. & Re iudic.

Secundò committitur crimen læſæ maieſtatis contra Imperatoris perſonam; Et ratio eſt, quia Imperator poſt Summum Pontificem habet maieſtatem, vt habetur in prohęmio inſtit. in principio, & in l. Quiſquis in principio C. ad legem Iul. Maieſt. Et ita etiam docet Iulius Clarus in ſua practica criminali. § læſæ maieſtatis verſ. committitur autem numero ſecundo, Decianus in ſuis tract. criminali, libro ſeptimo, capitulo ſecundo, numero tertio in fine, & numero octauo, & capitulo quarto, numero tertio, Gigas de crimine læſæ maieſtatis, libro primo Rubr. Quotuplex ſit maieſtas numero ſexto, & nono. Capic. deciſ. centeſimatrigeſima, numero vndecimo; Farinacius in ſua practica crimin. part. ſecunda, tom. 2. titulo de crimine læſæ maieſtatis q. 112. num. 19.

5 Hoc tamen crimen committitur à ſubditis ipſius Imperatoris, non autem à non ſubditis, vt patet ex Clem. Paſtoralis de ſenten. & re iud. & ibi Gloſ. in verbo Non ſubfuit, & eſt communis ſententia Doctorum, vt ait Roland. in conſil. quarto, numero primo, & conſil. 15. numero ſeptimo, & per totum, Iulius Clar. in ſua pract. crimin. §. læſæ maieſtatis verſ. Vidi quoque num. 6. Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. titulo Qualiter,

liter, & à quibus crimen læſæ maieſt. committitur q. 4. Boſſ. in ſua pract.crim.tit.de crim.læſæ maieſtat. n.108. ad finem, verſ. Sed non eſt, Decianus in ſuis tract. crimin. lib.7.c.5. n.18. verſ. Et ideò ſubditus Papæ, Farin. in ſua pract.crim. p.2.tom.2.tit.de crimine læſæ maieſt.q. 112.num.240.& 243. verſ.vbi quòd ita ſentiunt.

Per ſubditos autem intelliguntur illi, qui ei ſubduntur ratione originis, vel Domicilij. Vnde licet aliquo particulari iure, puta Feudi, vel delicti quis efficiatur de foro alicuius principis, ſi tamen ratione originis, vel Domicilij non ſit ei ſubditus, non dicitur committere contra eum crimen læſæ maieſtatis; ita docent communit. Doctores teſtè Iulio Claro in ſua pract.crim. §.læſæ maieſt.verſ. Vidi quandoq; num.6. Et clarè colligitur ex Clem. Paſtoralis de ſent. & re iudicata, & docet Baiardus in Repetit. l. Quiſquis C. Ad legē Iuliam maieſtatis, Decianus in ſuis tract.crim.lib.7.cap.8.n.3. Farinacius in ſua pract. crim. par.2. tom.2. tit. de crimin. læſæ maieſt. q.112, num.245. in fine, & 248. Licet Feudatarius ſuum principem (ratione feudi) offendēdo, feudum amittat, quòd habet ab ipſo Domino: Non autem amittit alia, ſi quæ habet ab alijs, vt docet Dec. conſ. 18.nu.320 in fine, & num.321. lib. 1. quem refert, & ſequitur Farinacius in loco præallegato q.112 nu.250.

Tertiò committitur crimen læſæ maieſtatis contra perſonam Regis; Vnde eos offendentes Immunitate Eccleſiaſtica non gaudent: Et ratio eſt, quia maieſtatē habent, vt patet in l. 1. C. vt nemo priuatus, & in conſtit. Feder. in tit. de Pace tenenda in vſibus Feudorum, & idem docet Afflictus ibi in 2.Not. Albericus in l. Quiſquis nu.10. C. Ad leg. Iul. Maieſt. Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. Rubr. Quotuplex ſit maieſtas n.7. & Rubr. Quale & à quibus crimen læſæ maieſt. commit. q.28. nu. 1. & 2. & alij quos refert, & ſequitur Farina. in ſua pract.crim.p.2.to.2. tit de crim. læſæ maieſt.q.112.n.22 Boſſ. in ſua prac.crim.tit.de crim. læſæ maieſt.nu.51. Iul. Clar. in ſua pract.crim. § Læſæ maieſt.verſ. cōmittitur autem n.2.

Quartò committitur crimen læſæ maieſtatis cōtra perſonas Principum, qui ſuperiores non recognoſcunt, & habent plena regalia in eorum dominijs; ſiue ſint Duces, ſiuè Marchiones, ſiuè Comites, ſiuè Barones, vel alio titulo nuncupati, ita docet Iul. Clar. in §. Læſæ Maieſtatis, verſ. cōmittitur autem num. 2. Gigas de crimine læſæ maieſt lib.1. Rubr. Qualiter, & à Quibus crimen læſæ maieſtat. commit. quæſt.29. & lib.3 Rub. de Proditore quæſt.6. num.1. Præpoſitus Alexander in c. In primis §. de perſona num. 23. 2. q. 1. Soccinus Iunior conſ. 105. num. 10.16. & ſeq. & alij quos refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crimin. p.2. to.2 tit.de crim læſæ maieſt.q.112. nu.184. & etiam 182. Quæ opinio communis eſt.

Quintò committitur crimen læſæ maieſtatis contra ciuitates, &

Reſpu-

Reſpublicas, quæ ſuperiores non recognoſcunt, ita quòd offendens perſonam Ducis (vel cuiuſcunq; nominis ſit) qui principatum, vel principale regimen tenet in Republica, non gaudet Immunitate Eccleſiaſtica: & ratio eſt, quia maieſtatem habent. Ita docet Iulius Clarus in ſua pract.crim § læſæ maieſtatis, verſ.committitur autem nu.2 Decianus in ſuis tract.crim. lib.7.cap.4 poſt num.2. verſ.contra alias vero ciuitates, & num.6. in princ.& conſ.18. num.314. in fine, & ſequenti Peregr.de Iure Fiſci lib.4 tit.5. à num.24.vſque ad 28. Gigas de crim. læſæ. maieſt. lib.1. Rubr.Quotuplex ſit maieſtas n 21 Farinac. in ſua pract.crim. par.2. tit.de crimine læſæ maieſt q.112. nu.190.Et probat text.in l.1.§.1.& per tot ff.Ad legem Iul.maieſ.Qui text. licet loquatur de Republica Romana, tamen eadem ratio procedit de Republicis noſtris temporis, quæ habent Regalia.

Sextò committitur crimen læſæ maieſtatis offendendo perſonam alicuius Illuſtriſs.ac Reuerendiſs. S. R. Eccleſiæ Cardinalis, vt patet ex c.Fœlicis de Pœnis in 6. Et ratio eſt, quia ſunt Fratres Papæ, & pars corporis ipſius, vt docet Iul.Clar.in ſua pract.crim. § Læſæ maieſtatis verſ. Quæro nunquid num.4 & per ſe ipſos maieſtatem habere dicuntur, vt docet Boſſ. in ſua pract.crim.tit.de crimine læſæ maieſt.num.6. in princip.Ant.Gomez de Delictis cap.2.in Rubr.de crimine læſæ maieſt. nu.6.in fine; Quæ opinio communis eſt, vt docet Gigas de crimine læſæ maieſt. lib.1. Rubr. Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſt. committ.q.5. num.1.& ſequen.& Farinac.in ſua pract.crim.par.2. tom.2.tit.de crimine læſæ maieſtat. quæſtio. 112. num.75.

Et procedit dato, quòd Cardin. Galerum, ſeù Cappellum à Romano Pontifice non acceperit, ita docet Vgol. in Expoſit. Bullæ Cœnæ Domini p.2.c 11. §.1.num.1. verſ. ſecundo &c. Et Sayrus de cenſuris Eccleſiaſticis lib.3.c.15.nu.3.verſ. de hac materia.

Committitur etiam crimen læſæ maieſtatis contra alias perſonas miniſtres ſupradictorum Principum, tamen Immunitatem Eccleſiaſticam non amittunt: Quia ſolis illis reis criminis læſæ maieſtatis non ſuffragatur Immunitas Eccleſiaſtica, qui in perſonam ipſiuſmet Principis tale delictum commiſerunt, vt patet manifeſtè ex præſenti conſtitutione Gregor. Papæ xiv.& docet Alexander Ambroſinus in ſuo tract.de Immunit. eccleſiæ in dictam conſtitutionẽ cap.9 num.vlt.& Marius Italia de Immun.Eccleſiarum lib.1.c.5 §.7. num.1.

Et vt aliquibus exemplis res clarior fiat.

Primò, crimen læſæ Maieſtatis committitur offendẽdo legatum, vel Vicarium Summi Pontificis, (Dato quòd Cardinales non ſint) Vicarium non perpetuum Imperatoris, Proregem, Vicarium alterius Principis ſuperiorem non recognoſcentis, vt docet Capic. deciſ.130.n.41.& ſeq dub.6.per tot. Decian.in ſuis tract.crim.lib.7.c.5

num.10.

num. 10. Menochius conſil. 99. nu. 49. lib. 2. Gigas de crimine lęſę maieſt. lib. 1. Rubr. Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſt. committitur q. 6. num. 1. & ſeq. & q. 15. per totam, Farinac. in ſua pract. crim. parte 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſt. q. 112. num. 39. & dictum caſum declarat nu. 40. cum tribus ſequentibus. Et Marius Italia de immun. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 7. nu. 36. verſ. Hoc autem procedere &c. vſq; ad nu. 45.

In iſto enim caſu tale crimen committens non priuatur immu. eccleſiaſtica per ſupradicta; Quia immediate nō offendit perſonam Principis.

Secundò, committitur crimen læſæ maieſtatis offendendo vxorē Imperatoris, Regis, vel Principis ſuperiorem non recognoſcentis: vt docet Marſil. in conſ 1. num. 10. & ſequent. Burſat. conſil. 147. n. 10. lib. 2. quos refert, & ſeq. Farinac. in ſua pract. crimin. p. 2. tom. 2. tit. de crimine lęſæ maieſt. q. 112. nu. 45. & tamen per ſupradicta, offendens non amittit immun. eccleſ. Quia nō offendit immediatè perſonam Principis.

Tertiò committitur crimen læſæ maieſtatis offendendo conſiliarios à latere Principum; vt docet Iul. Clar. in ſua pract. crim. in §. læſæ maieſtatis, verſ. Quæro etiam num. 5. Pariſ. de Put. de Syndicatu fol. 124. num. 14. afflictus ſuper prima parte conſtit. Regni Rubr. 29. num. 6. Decianus in ſuis tract. crimin. lib. 7. cap. 5. nu. 3. Ant. Gomez de Delictis cap. 2. Rubr. de crimine læſæ maieſt. num. 6. in fine verſ. Item etiam committitur, & alij quos refert, & ſequitur Farinac. in ſua pract. crim. par. 2. tom. 2. tit de crimine læſę maieſt. q. 112. n. 64 & 65. Et tamen in hoc caſu delinquēs non priuatur Eccleſiaſtica Immunitate, quia delictum non eſt immediatè contra perſonam Principis. Et ita docet Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. ca. 9. num 7.

Quartò committitur crimen lęſę maieſtatis offendendo officiales, ſeu Magiſtratus Principum, vt habetur in l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſtatis, ibi, *Quo quis magiſtratus Populi Romani, quiuè Imperium poteſtatem vè habeat occidatur.* docet Immola in Clem. Paſtoralis num. 35. verſ. Item delictum aduerſus officiales principis de ſententia, & re iudic. & ibi etiam Card. Zabarella nu. 4. in 12. Not. & num. 13. Præpoſitus Alexandrinus in c. In primis §. De perſona num. 19. poſt medium 2. q. 1. Fęlin. poſt Baldum in c. 1. n. 17. verſ. Dixit hic Baldus extra de officio Delegati, Afflictus in tit. quæ ſint regalia in verbo, & bona committentium nu. 63. & alij quos refert, & ſeq. Farin. in ſua prac. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crim. lęſę maieſt. q. 112. nu. 136.

Quòd crimen punitur, etiam offenſione non ſequta; Nam ex ſolo tractatu de occidendo magiſtratū committitur crimen læſæ maieſt. vt docet Angelus in d. l. 1 ff. Ad leg. Iul. maieſt. num. 7. Afflictus in loco præallegato, Gigas de crimine lęſæ maieſt. lib. 1. Rubr. Qualiter, & à quibus crimen lęſę maieſt. com-

mit-

mittitur.q.16.n.2.Capic.deciſ.130 n.47.Farinacius in loco præallegato nu.114. Et tamen in ſupradicto caſu delinquens non priuatur eccleſiaſtica immunitate per ſupradicta: Quia delictum non eſt immediatè contra perſonam Principis.

Quintò committitur crimen læſæ maieſtatis offendẽdo Nuncios, ſeu Oratores Principum, vt docet Decian.in ſuis tract.crimin lib.7. ca.5.nu.11.& 17.Boſſ.in ſua pract. crim.tit.de crimine læſæ maieſtatis nu.36.in princ. Gig.de crimin. læſæ maieſt.lib.1.Rub.Qualiter,& à Quibus crimen læſæ maieſt.committ.q.16.num.1.& ſeq.Fœlin.in c. 1.de officio delegati nu.17. ad fin. verſ.ſecundo dicit,& ibidem Bald. num.7. Farinac.in ſua pract.crim. p.2.tom.2.tit.de crimine læſæ maieſt.q.112.num.160. Et tamen in ſupradicto caſu delinquens non priuatur eccleſiaſtica immunitate per ſupradicta.

Sextò, ſecundum communem Doctorum opinionem committitur crimen læſæ maieſtatis in inferiori Principe ſuperiorẽ recognoſcente, Duce, Marchione, Comite, vel Barone, tanquam contra officiales Regis, vel ſupremi Principis; Et ratio eſt, quia licet non habeant maieſtatem, tamẽ quia habent merum, & mixtum imperiũ in ſuos ſubditos, dicuntur officiales ſupremi Principis, & ſi à ſubditis offendãtur committitur ab eis crimen læſæ maieſtatis: ita docet Afflictus in tit.quæ ſint Regalia in verbo,& bona committentiũ n.112 verſ.Hoc ſanè intellige, Gramat. deciſ.6.n.1 & verſ. Aut recognoſcit ſuperiorẽ, Boſſ. in ſua pract.crim. tit.de crim.læſæ maieſt n.51.vbi teſtatur de communi, Gig. de crim. læſæ maieſt.lib.3 Rub.de Proditoribus q.6.n.1.Iul.Clar.in ſua prac. crim.§.læſæ maieſt.n.3.verſ.Dubiũ eſt.Far.in ſua pract.crim.p.2.tõ.2. tit.de crim.læſæ maieſt.quæſt.112. n. 178 Quæ opinio de facto ſeruatur; licet de Iure multi Doctores (immo communiter) oppoſitum ſentiant, nempè quòd non committatur crimen læſæ maieſtatis contra ſupradictos, & contra ciuitates ſuperiorem recognoſcentes, quos Doctores refert Iul.Clar. in loco præallegato,& Farinac.vbi ſupra n.181.

Sed quicquid ſit de iſtis opinionibus, dato quòd crimen læſæ maieſtatis committerent illos offendendo, tamen non amitterent immunitẽ eccleſiæ: Et ratio eſt, quia præſens conſt.o Greg.Papæ xiv.intelligitur de offendente perſonam ſupremi Principis: & offendentes Principes, vel Comites, vel Ciuitates ſuperiorẽ recognoſcẽtes nõ puniuntur, ſicut offendentes perſonã ſupremi Principis, ſed ſicut offendẽtes officiales, vt ijdem Doctores teſtantur: Ergo ſicut offendentes officiales, vel Conſiliarios Principum nõ priuãtur eccleſiaſtica immunitate, vt patet ex ſupradictis, ita quoq; illa nõ priuãtur offendẽtes Prĩcipes ſuperiorẽ recognoſcẽtes.

Nunc videndum eſt crimen læſæ maieſtatis à quibus perſonis committi, vel non committi poteſt. 7

Et primò, crimen læſæ maieſtatis committi poteſt ab omnibus

Lai-

Laicis, etiam ab Imperatore offendente Papam, vel Cardinalem: Dico quòd in temporalibus Summo Pontifici, vel Cardinali offenſo non ſit ſubditus.

De offendente Papã docet Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de crim. læſæ maieſt, num. 107. verſ. Et Imperator etiam, Gigas de crim. læſæ maieſt. lib. 1. Rub. Qualiter, & à quib. crimen læſæ maieſtatis committatur q. 2. n. 5. & q 3. n. 3. in fin. Dec. in tract. crimin. lib. 7. c. 8. num. 1. Farinac. in ſua pract. crim. part. 2. to. 2. tit. de crim. læſæ maieſt. q. 112. num. 229.

De offendente Cardinalem docet Glos. in c. Ad Apoſtolicæ in verbo Cardinales de ſent. & re iud. in 6. Præpoſitus in c. In primis §. De perſona nu. 20. in fine verſ. Etiam ſi eſſet Imperator qui offenderet Cardinalẽ 2. quæſt. 1. Gigas in loco præallegato q. 2. n. 10. & Farin. vbi ſup n. 100.

Secundò crimẽ læſæ maieſtatis committi poteſt à Clericis, Sacerdotibus, Epiſcopis, & Cardinalibus, offendentibus perſonam Sũmi Pontificis, vt dictum eſt ſupra hoc eodem capite num. 2. verſ. & hoc crimen &c. Et à Clericis, Sacerdotibus, Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis offendẽtibus perſonas Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum Cardinalium S. R. E. vt patet ex c. Fęlicis in fine de pœnis in 6.

Tertiò crimen læſæ maieſtatis committi poteſt etiam à fęminis, vt docet Gigas de crimine læſæ maieſt. lib. 3. Rubr. de pœnis quas filij incurrunt quæſt. 19. num. 1. & 3. Farinac. & alij quos ipſe refert in ſua pract. crimin. parte 2 tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſt q. 112. n. 127.

Quartò crimen læſæ maieſtatis regulariter non committitur à nõ ſubditis ratione originis, vel domicilij, dato quòd aliquo particulari iure, puta Feudi, vel delicti quis efficiatur de foro alicuius Principis; ita docent communiter Doctores teſtè Iulio Claro in §. læſæ maieſtatis, verſ. Vidi quandoq; n 6. & Farin. in pract. crim. p. 2. tõ. 2 tit. de crim. læſæ maieſtatis q. 112. nu. 240. & 248. vbi latè ſcribit de hac materia, & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullam Gregorij xiv. c 9. n. 6 & Marius Italia de Immunit. Eccleſiarum lib. 1. cap. 5. §. 7. n. 48. 49. & 50.

Quintò crimen læſæ maieſtatis non committitur ab Epiſcopis, Sacerdotibus, & Clericis in ſuum Principem ſæcularem: ita docent communiter Doctores teſtè Iulio Claro in ſua pract. crim. §. læſæ maieſtatis verſ. Hinc infertur num. 7. Boſſ. de crim. læſæ maieſt. n. 86. & ſeq. & alijs quos refert, & ſeq Fari. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit, de crim. læſæ maieſt. q. 102. n. 231. licet aliqui oppoſitum ſentiant, quos refert Farin. vbi ſupra: Sed prima opinio eſt verior.

8 Sextò quia multa excuſare poſſunt reum à crimine læſæ maieſt. remitto lectorem (occurrente caſu) ad doctiſs. Farin. in ſua pract. crim p. 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſtatis q. 117. vbi latè tractat hanc materiam.

Crimen læſæ Maieſtatis, Quibus modis committatur.

SVMMARIVM.

Læſæ maieſtatis crimen quibus modis committatur contra perſonam Principis. n.1.
Coniuratio quid ſit.num.2.
Conſpiratio quid ſit.n.3.
Machinatio quid ſit.n.4.
Conuenticula quid ſit.num.5.
Seditio quid ſit.num.6.
Læſæ maieſtatis crimen committens in perſonam Principis, immunitate non gaudet etiam effectu non ſequuto.n.7.
Statuas, vel Imagines Principis offendens, committit crimen læſæ maieſtatis, tamen immunitatem non amittit.n.8.
Qui ſe Regem facit cum non ſit, crimen læſæ maieſtatis committit, tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n 9.
Falſam monetam cudens, crimen læſæ maieſtatis incurrit, tamen immunitatem Eccleſiæ non amittit. num.10.
Proditionis tractatum contra Principem ſciens, ſi non reuelat, crimen læſæ maieſtatis incurrit, & tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n.11.
Offendens eum qui à Principe habet ſaluum conductum, crimen læſæ maieſtatis committit, tamen immunitatem eccleſiæ non amittit. num.12.
Rebellionem committens cõtra ſuum Principem, crimen læſæ maieſtatis committit, tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n.13.
Litteris ſpolians Nuncios à Legato Apoſtolico miſſos ad Romanum Pontificem, ad effectum ſciendi arcana ſummi Pontificis, crimen læſæ maieſtatis committit. Et ſimiliter ab Oratore Regis, vel Principis miſſos, tamen immunitatem eccleſiæ non amittit.n.14.
Qui viuente Papa tractatum faceret de faciendo Papa, vel viuente Rege, crimen læſæ maieſtatis committeret, tamen immunitatem Eccleſiæ non ammitteret.n.15.

CAPVT X.

Viſo contra quos crimen læſæ maieſtatis committatur, & à quibus perſonis committi, vel non committi poteſt: Nunc conſequens eſt, vt videamus quibus modis committatur dictum crimen læſæ maieſtatis: ad hoc vt delinquenti Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur.

REGVLA igitur eſt, quòd qui occidit, vulnerat, percutit, carcerat, vel hoſtiliter inſequitur ſuũ Principem ſupremum, ſuperiorem non recognoſcentem, committit crimen læſæ maieſtatis, vt patet ex ſupradictis. cap 8 Et Immunitas Eccleſiaſtica ei non ſuffragatur, vt manifeſtè apparet in præſenti Conſtitutione Gregorij Papæ Decimiquarti, ibi, 1

ibi, *Aut læſa maieſt. in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas eccleſiaſtica non ſuffragetur*. Quæ regula ampliatur multis modis.

Primò ampliatur procedere cõtra Conſulentes, Auxiliantes, vel fauorem præſtantes in crimine læſæ maieſtatis contra perſonã Principis, vt patet ex l. 1. Ad fin. ff. Ad leg. Iul. maieſt. ibi, *Quo hoſtis populi Romani conſilio iuuetur, &c.* & ex l. 3. in princip. ff. eodem tit. ibi, *Qui vè opem hoſti tradiderit*. & ex l. 4. ff. eod. in illis verbis, *Cuiuſvè opera, dolo malo hoſtes Populi Romani commeatu, armis, telis, equis, pecunia, aliaq; alia re adiuti erunt*. Et docent communiter Doctores teſtè Farinacio in ſua pract. crimin. part. 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſtatis q. 113. num. 19. Deciano in ſuis tract. crimin. lib. 7. cap. 13. n. 2. 4. 5 7. 13. 16. 20. & 21. & cap. 29 n. 7. & 8. Gig. de crimine læſæ maieſt. lib. 1. Rubr. Qualiter, & à Quibus crimen læſæ maieſt. commit. q. 54. per totam, Capic. deciſ. 130. nu. 8. verſ. Item ex l. 3. &c. & alijs quos refert, & ſeq. Farin. in loco præallegato n. 19.

Secundò Ampliatur ſupradicta Regula in proditore, qui proditionem facit in perſona Principis; Iſte enim proditor Immunitate eccleſiaſtica nõ gaudet; Quia crimen læſæ maieſtatis committit in perſonam Principis: ita docet Io. de Plat. in §. Publica autem in princip. inſt. it de Publicis Iudicibus, Afflictus in tit. Quæ ſint regalia in verbo. Et bona committentium num. 99. in fine, Bart. in extrauag. Qui ſint rebelles in verbo Rebellis num. 5. Idem Bart. in l. Quiſquis in ſumma C. Ad l. Iul. maieſt. & ibi etiam Salycetus in Summario quos refert, & ſeq. Farina. in ſua pract. crim. p. 2 tom. 2. tit. de crim. læſæ maieſtatis q. 113. num. 4.

Quæ ampliatio procedit etiam in Conſiliario, vel Secretario, vel Feudatario reuelante ſecretum Principis ſuis hoſtibus in damnũ ſuæ perſonæ; Nam proditio eſt dicta reuelatio, & crimen læſæ maieſtatis, vt docet Decianus in ſuis tract. crim. lib. 7. c. 17. n. 1. & 4. Gig. de crim. læſæ maieſ. lib. 1. Rub Qualiter, & à quibus crim. læſæ maieſt. committatur q. 21. n. 11. & 16. & Farinac. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſt. q. 113. n. 217.

Dixi Conſiliario, Secretario, vel Feudatario, quia ſi talis nõ ſit, Dato quòd ſit ſubditus, & reuelet ſecretum ſui Principis hoſtibus ſuis, licet puniatur pœna mortis, non tamen dicitur committere crimẽ læſæ maieſtatis, vt docent Decian. Gig. & Farin. in locis præallegatis; Et; per conſequens ſubditus reuelãs in hoc caſu Immunitate eccleſiaſtica non priuatur.

Dixi etiam procedere in Conſiliario, Secretario, & Feudatario, reuelante ſecretum Principis ſuis hoſtibus: Quia ſi non reuelaret ſuis hoſtibus: Vel ſi reuelaret ſuis hoſtibus eſſet abſq; damno perſonæ ſui Principis, Immunitatem Eccleſiaſticam non amitteret: Quia crimen læſæ maieſtatis non eſſet, per ea quæ docet Farinacius in loco præallegato num. 218. Secus

cus vero quando proditio non tendit ad perſonam Principis, vt docet Farinac. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2 tit. de crimine læſæ maieſtatis q. 113. n. 6. & Baiard. in Addit. ad Iul. Clar. in §. Læſæ maieſt. n. 2. verſ. Trigeſimo ſeptimo committitur, & per præſentem Conſtitutionem non excipitur extra dictũ caſum; Vel ſi tendit ad perſonam Principis eſt facta à non ſubdito; Quia licet ſit proditio, nõ tamen eſt crimen læſæ maieſtatis per ſupradicta c. 9. n. 5. Nec caſus eſt exceptus à Greg. xiv. in præſenti conſtitutione;

Tertiò ampliatur ſupradicta Regula in coniurante, vel conſpirãte, vel Machinante, vel conuẽticulam faciente, vel ſeditionẽ concitãte cõtra perſonã ſui Principis.

Sed pro faciliori intelligentia declarandi ſunt termini.

Sciendum eſt enim quòd coniu-
2 ratio eſt plurium contra aliquem in vnum iuratio: ita docet Card. Zabarella in Clem. Paſtoralis de ſent & re iudi. n. 2. verſ. coniuratio eſt, Gigas de crimine læſæ maieſt. lib. 2. Rubr. Quando, & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur. q. 22. n. 2. & ſeq & Farinacius in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſt. q. 113. n. 104.

3 Conſpiratio eſt plurium cõtra aliquem in vnum maligno ſpiritu inſurrectio, ita docet Gigas in loco præallegato n. 4 & colligitur ex Turrecremata, & Archid. in c. Cõiurationum 11. q. 1.

4 Machinatio eſt doloſa ordinatio; ita docet Bart. in Extrauag. qui ſint rebelles in verbo Machinantur, & Gigas de crimine læſæ maieſtatis lib. 3. Rubr. de Rebellis quæſt. 5.

Conuenticula eſt hominum cõ- 5
gregatio in aliquem finem nõ approbatum; Vnde conuenticula ſonat in malam partem, & in delictum: Congregatio vero non ad malam partem, nec ad delictum; ita docet Corn. conſ. 216. col. 2. in princip. n. 3. ad medium, verſ. Non enim lib. 3.

Seditio aliud non eſt, quam pu- 6
blicæ quietis perturbatio l. 1. & 2. C. de Seditioſis; Vnde Decianus in tract. crim. lib. 7 c. 7. n. 16. verſ. Seditio quidẽ, & iterum infra in verſ. Et ſeditioſus &c. dicit, quòd propriè ſeditioſus dicitur qui diſſentiones animorum facit, & diſcordias gignit, & tumultus ad pugnã excitat.

Terminis igitur declaratis, ſciẽdum eſt quòd coniurans, vel conſpirans contra perſonam ſui ſupremi Principis tenetur crimine læſæ maieſtatis, vt habetur in l. Quiſquis C. Ad leg. Iul. maieſ. & in Clẽ. Paſtoralis §. Sanè de ſen. & Re iud. ibi, *Et cõſpirationes fecerat in ipſius maieſtatis offenſam*. Et ibidem docet Anchar. n. 3. in 4. Not. Immola n. 2. verſ. 2. Ex cõſpiratione, Zabar. in princ. n. 2 Boſſ. in ſua prac. crim. tit. de crim. læſæ maieſ. n. 8. verſ. Eſt verũ, Gig. de crim læſæ maieſ. lib. 1. Rub. Qualiter & à quib. crim læſæ maieſt. cõmit. q. 25. in princ. & Far. in ſua pract crim. p. 2. tom. 2. tit. de cri. læſæ maieſ. q. 113. n. 109. & alij.

Machinatione etiã cõtra perſonã Principis cõmittitur crim. læſæ maieſt. ſecundum Bart. in extrau.

Qui ſint rebelles in verbo tenore
n.4.verſ.Nā quocumq; modo, Boſſ.
in ſua pract.crim.læſæ maieſt.n.43
in princip. & in fine dicti num.43.
verſ.de Machinatione, Farinac. in
loco præallegato n.110.

Côuenticula quoq; contra per-
ſonam ſui Principis crimen læſæ
maieſt.cômittitur, vt patet ex tex.
in l.1 § 1.ff.Ad leg.Iul.Maieſt. ibi,
Conueniantue aduerſus Rempublicā.
& docet Capic.deciſ.130.in princ.
Iaſon conſ.86 n.1.verſ.Secus quan-
do plures lib.3.Farin.in ſua pract.
crim.p.1.tom.2.tit.de crimine læ-
ſæ maieſt.q.113 n.119.

Inſuper ſeditionem concitans
côtra perſonā ſui Principis crimē
læſæ maieſt. cômittere dicit, vt eſt
tex.in l.1 §.1.ff. Ad leg.Iul.Maieſt.
ibi, *Hominesvè ad ſeditionē concitē-
tur*, & docet Card. Zabarella in
Clem.Paſtoralis de ſen & Re iud.
poſt num.13. Capic. in deciſ. 130.
n.1.in fine, & n.4. Boſſ.in ſua pract.
crim. tit. de crimine læſæ maieſt.
nu.17. verſ.ſed potuit, Decianus &
alij quos refert, & ſequitur Fari-
nacius in ſua pract.crim.p.2.to.2.
tit.de crim.læſę maieſ.q.113.n.179.

Ampliantur etiam ſupradictæ
7 ampliationes procedere etiam ef
fectu non ſequto: Nam licet re-
gulariter de generali conſuetudi-
ne in alijs criminibus non punia-
tur affectus, neque conatus niſi
ſequto effectu, vt docent Commu-
niter Doctores quos refert, & ſe-
quitur Iulius Clarus in ſua pract.
crimin §.fin. quæſt.92. num.1 Ta-
men in crimine læſæ maieſt. puni-
tur ſolus conatus, tractatus, ſo-
lumvè conſilium, & ſola machi-
natio etiam effectu non ſequto,
vt latè probat Farinacius in ſua
pract. crimin. tit. de crimine læſæ
maieſt.quæſt.116. § 4 & num.147.
& ſeq & docent Communiter Do-
ctores quos refert Farinacius in
loco præallegato, Iul.Clar.in §.læ-
ſæ maieſt. verſ. Scias autem n.16.
& Boerius de Seditioſis in ſeptimo
præſuppoſito n.42.

In omnibus ſupradictis caſibus
cum crimen læſæ maieſtatis in per
ſonam Principis committatur. Im
munitas eccleſiaſtica tali delin-
quenti non ſuffragatur, vt patet ex
præſenti Conſtitutione, ibi, *Aut
læſæ maieſtatis in perſonam ipſiuſmet
Principis rei, Immunitas Eccleſiaſti-
ca non ſuffragetur*.

Secus vero dicendum eſſet quā-
do coniuratio, conſpiratio, Machi
natio, conuenticula, vel ſeditio
non eſſet facta contra perſonam
Principis. *ſed contra ſtatum, ſeu Pro
uinciam Principis, nam tunc immunī
tate eccleſiaſtica non priuaretur*.

Et ratio eſt, quia Summus Pon-
tifex Greg.xiv. in præſenti Conſti-
tutione excipiendo dictum crimē
læſæ maieſtatis taxauit dictam ex
ceptionem in perſonam ipſiuſmet
Principis: Et Paulo ante poſuit di
ctionem taxatiuam tantum, (ibi,
*ita ad vnam tantum formam reduci-
mus*) quæ de ſui natura eſt impedi
re extenſionem ad non expreſſa, l.
Properandum § 1. C. de Iudi. l. Si
cum exceptio §. Quòd ſi homo .ff.
Quòd metus cauſa, § 1.in fine, In-
ſtit.de ſtipulatione Seruorum. De-
cius conſ. 54. num.7. in fine lib. 1.
Præterea in eadem Conſtitut. ca-
ſuum exceptio fit per modum for

mæ

inæ vt patet ex verb. Conſtit. *Ad vnam tantum formam reducimus*: Ergo illis nihil addi, vel minui poteſt, ſed ad vnguem debet ſeruari, vt docet Pariſ. conſ. 19. n. 188. lib. 2. & conſ. 61. n. 15. lib 3. Rolan. conſ. 3. nu. 3. & conſ. 72. num. 60. & 68. lib. 3. Farin. cõſ. 76. n. 13. in fine.

Committitur etiam crimen læſæ maieſtatis multis alijs modis, ſed quia non tendunt in offenſionem perſonæ Principis, delinquentes Immunitatem eccleſiaſticam non amittunt.

Sed vt exemplis res clarior fiat.

Primò, Qui offendit ſtatuas, vel
8 imagines Principi dicatas crimen læſæ maieſtatis committit, vt habetur in l. Non contrahit in fine, & in l. Qui ſtatuas ff. Ad leg. Iul. Maieſt. & docet Afflictus in tit. Quæ ſint regalia in verbo, & bona committentium n. 97. Capyc. deciſ. 130 n. 10. verſ. Item qui ſtatuas; Menochius conſ 99. n. 68. lib. 1. & Farin. in ſua pract. crimin. part. 2. tom. 2. tit. de crim. læſæ maieſ. q. 113. n. 49.

Et tamen in iſto caſu delinquẽs Immunitatem eccleſiaſticam non amittit, quia crimen nõ eſt in perſonam Principis, vt præſens cõſtitutio Greg. Papæ xiv. requirit.

Secundò, Qui ſe regem facit cũ non ſit, cõmittit crimen læſæ ma-
9 ieſtatis ſecundum Bart. in l. 3. n. 1. ff. Ad leg. Iul. maieſt. per illum tex. Capyc. deciſ. 130. n. 9. Gigas de crimine læſæ Maieſt. lib. 1. Rub Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſt. commit. q. 22. n. 1. & ſeq. Dec in tract. crim. lib. 7. c. 9. nu. 2. Farinac. in ſua pract. crim. parte 2. tom. 2. tit. de crim. læſæ maieſt. q. 114. n. 8.

Et ſimiliter faciens ſe magiſtratum cum non ſit, crimen læſæ maieſt. committit, iuxta tex. in l. 3. in fine. ff. Ad leg. Iul. Maieſt. ibi, *Quivè priuatus pro poteſtate magiſtratuum quid ſciens dolo malo geſſerit*, & ibi Angelus num. 2. Raphael Cuman. in l. 1. eod. tit. nu. 12. Capyc. deciſ. 130. nu. 8. ad fin. verſ. Is qui priuatus, & n. 17. in fine, Decianus in loco præallegato n. 2. verſ. Quare priuatus, & n. 5. in princ. Farinac. vbi ſup. n. 4. Et in aliquibus alijs ſimilibus caſibus vſurpatę Iuriſdictionis, crimen læſæ maieſt. committitur, vt latè videri poterit apud Farinac. in loco præallegato q. 114. à num. 1. vſq; ad 20. Et tamen Immunitatem Eccleſiaſticam delinquens non amittit, quia non delinquit in perſonam Principis.

Tertiò cudens falſam monetam 10 crimen læſæ maieſtatis incurrit, vt patet ex tex. in l. 2. C. de Falſa moneta, ibi, *Cuius obnoxij maieſtatis crimen committunt*: Et docet Decianus in tract. crim. lib. 7. c. 23. n. 1 & ſeq. Gigas de crim. læſæ maieſt lib. 1. Rub. Qualiter & à Quibus crim. læſæ maieſt. commit. q 62. nu. 1. Et com. Doctores quos refert, & ſeq. Farin. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2 tit. de crimin. læſæ maieſt. q. 115. nu. 1. Et tamen delinquens in hoc caſu Immunitatem Eccleſiæ non amittit; cum non ſit delictum cõmiſſum in perſonam Principis, & ita etiam tenet Marius Italia de Immun. Eccleſiarum lib 1. c. 5. § 1. num. 19. in fine, & nu. 15. loquitur de tonſoribus monetarum, dicens quòd non debent excludi ab hac immunitate.

11 Quartò ſciens tractatum proditionis contra Principem, licet illũ non reuelãdo puniri debeat pęna mortis ſecũdum Bart. in l. Verum ff. de Par. Capyc. deciſ. 130. n. 65. & deciſ. 155. n. 18. Soccin. Iunior. cõſ. 105. n. 43. lib. 3. Angelum de Maleficijs in verbo, Et hai tradito la tua patria n. 10. & in §. Publicè circa finem verſ. Et ſingulariter, Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de crim. læſæ maieſt. nu 6. & ſeq. Et communem Doctorum opin. teſtè Iulio Claro in ſua pract. crim §. fin. q. 87. verſ. Punctus eſt, & in §. Læſæ maieſtat. n. 16. in fine. Tamẽ Immunitatem eccleſiaſticam non amittit, quia crimen eſt omiſsionis, & non commiſsionis contra perſonam Principis: & in præſenti conſtitutione Greg. Papæ xiv. excipiuntur (ſi rectè conſideretur) delinquentes in committendo cõtra perſonã Principis, non autem in omittendo.

Marius Italia de immun. eccleſiarũ lib 1. c. 5. § 7. n. 52. tenet quòd non gaudent hac immunitate ſupradicti ſcientes, & nõ reuelantes machinationem contra perſonam Principis: tu tamen ne diſcedas à ſupradicta opinione, quia rationabilior mihi videtur: Nam dictio, in poſita in hac Conſtitutione, denotat, contra, & per conſequẽs actionem, & non omiſsionẽ; Et Doctores quos allegat ad probandã ſuã opinionem, probãt tantum quòd puniri debeant pęna criminis læſę maieſtatis, ſed nõ ſequitur ex hoc, quòd non debeant gaudere hac immunitate; Nam ſunt multi alij qui incurrunt in pęnam criminis læſæ maieſtatis, & tamen non priuantur hac Immunitate, vt patet ex ſupradictis, & infra dicendis.

Quintò, offendẽs eum qui à Prin-
cipe habet ſaluum conductum in- 12
currit crim. læſæ maieſ. vt patet ex l. 1. in princ ff. Ad leg. Iuli, maieſt. ibi, *Vel aduerſus ſecuritatem eius cõmiſerit*; & ibi Glo. in verbo Securitatẽ & Bar. n. 6 & Angel. n. 2. Felin. in c. Ego. N. col. fin. n. 12. in fine, verſ. Item infert extra de Iur. Iur. Boerius deciſ. 179. n. 2. & alij quos refert, & ſeq. Farinac. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 29. n. 12. Et tamen offendens non priuatur Immunitate eccleſiaſtica, cum non ſit contra perſonam Principis.

Sextò, Qui Rebellionem com- 13
mittit contra ſuum Principem, in crimen lęſæ maieſt. incurrit, vt docet Boſsius in ſua prac. crim. tit. de crimine læſæ maieſt. n. 67. Vbi etiã ponit differentiam inter rebellionem, & crimen læſæ maieſt. & Decianus in tract. crim. lib 7. cap. 32. ſub nu. 2 & num. 35. & Farinacius in ſua pract crim. par. 2 tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſtatis quæſt. 113. num. 66. Et tamen Immunitatem eccleſiaſticam non amittit: Et ratio eſt, quia per rebellionem licet reſiſtat, & non obediat ſuo Principi (Nã rebellare nihil aliud eſt quam non obedire, & reſiſtere ſuo Principi, vt docet Boſſ. in loco præallegato num. 43. in fine, Decianus vbi ſupra num. 1. & 2. & num 30. & 37. & Fabi. Anna conſ. 67. num. 9. & Farinacius in loco præallegato num. 70. & 71.) non tamen offendit perſonam Principis.)

Sep-

14 Septimò qui Nuncios à Legato Apoſtolico ad Romanum Pontificem miſſos Litteris ad Papam directis ſpoliat ad effectum ſciendi Arcana Summi Pontificis crimen læſæ maieſtatis committit, vt docet Decia. in ſuis tract.crim. lib.7.cap.5.num.17 & Farinac. in ſua pract.crimin.part.2.tom.2.tit. de crimine læſæ maieſt.q.112.nu. 165 Et eadem ratione qui litteris expoliaret Nuncios ab Oratore Regis, vel alterius Principis ad ipſum Regem, vel Principem directis, vel à Rege, vel Principe ad ſuum Oratorem directis ad effectum ſciendi arcana Regis, vel Principis crimen læſæ maieſtatis committeret; Et tamen immunitatem Eccleſiaſticam non amittit, cum perſonam Principis non offendat.

15 Octauò, Qui viuente Papa tractatum faceret de faciendo Papa, crimen læſæ maieſtatis committeret, vt docet Decianus in conſ.151. Maximi ponderis lib.1. Afflictus in tit.Quæ ſint regalia in verbo.Et bona committentium num.101. Baiard. in Addit. ad Clarum in §. læſæ maieſtatis nu.2.verſ.8.ſi Cardinalis,Far.in ſua pract.crim.p.2. tom.2.tit.de crim. læſæ maieſtatis q.113.n.53.

Et ſimiliter qui viuẽte Rege tractatum faceret de faciendo Rege, crimen læſæ maieſtatis committeret,vt docet Marſil.conſ.1.n.22. in fine,Contad. in pract.criminali tit.de crimine læſæ maieſt.num.3. in fine in 44.caſu,Decianus in tract crim.lib.7.cap.4.num 5.in fine, quos refert,& ſequitur Farina. p.2.tom.2.tit.de crim.læſæ maieſt. q.113.nu.54.Et tamen delinquens immunitatem eccleſiaſticam non amitteret, quia crimen non eſt in offenſam perſonæ (ſed dignitatis) Principis.

De perſonis quæ excipiuntur ab hac immunitate, pro crimine læſæ maieſtatis in perſonis Illuſtriſſimorum Cardinalium commiſſo.

SVMMARIVM.

Cardinalis perſonam offendens, crimen læſæ maieſtatis committit,& immunitate eccleſiæ nõ gaudet.n.1.Ampliatur multis modis, & limitatur vſq; ad finẽ capitis.

Mandans non obligatur ex mandato niſi ſequuto effectu per mandatariũ regulariter: Fallit n.2.

Nudum conſilium quid ſit.n.3.

Ignorantia facti excuſat,& Ignorantia ſemper præſumitur donec ſcientia probetur.n.4.

Qui non reuelat coniuratcs in perſonam Cardinalis,crimen læſæ maieſtatis committit: Immunitatem tamen eccleſiæ non amittit.n.5.

Cardinalem offendens ob defenſionẽ propriæ vitæ,vel patris, filij,vxoris &c. vel ob tuendam ſuam pudicitiam, quando aliter illam non poſſet defendere: vel offendens qui turpiter coniunctum cum vxore, matre,filia,vel ſorore cum inuenit: vel ex probabili ignorantia eũ occideret,vel ex mandato S.Põtif.immunitatẽ eccleſiæ nõ amittit.nu.6.

Extrahens reum ab eccleſia ex licẽtia S.Pontificis,non violat immunita-

tem eccleſiæ, etiam in caſibus non exceptis. n. 7.

Copia d'vna lettera ſcritta al Vicario di Bologna ſopra l'immunita eccleſiaſtica. n. 8.

Copia d'vna lettera ſcritta al Arciueſcouo di Napoli ſopra l'immunità eccleſiaſtica. n. 9.

Non omnes Epiſtolæ ſummorum Pontificum habent vim legis. n. 10.

Epiſtolæ ſummorum Pontificum in locis vbi miſſæ ſunt habent vim legis. n. 11.

Epiſtolæ ſummorum Pontificum non obligant vltra intentionem eorum. n. 12.

Vſus Romanæ Curiæ eſt mittere Epiſtolas aliquibus locis particularibus, ad prouidendum caſibus particularibus. n. 13.

Libertatem eccleſiaſticam tollere noluit Clemens viij. per duas Epiſtolas ſuas ſcriptas &c. n. 14.

Lex vna aliam declarat. n. 15.

Indefinita locutio equipollet vniuerſali. n. 16.

Intentio Clem. viij. in duobus epiſtolis ſuis fuit prohibere Prælatis ne detinerent perſonas facinoroſas in eccleſijs &c. n. 17

Perſonæ facinoroſe duobus modis reperiri poſſunt in eccleſijs, monaſterijs &c. n. 18.

Rei qui caſu reperiuntur in eccleſijs, Monaſterijs &c. non debent expelli à dictis locis. n. 19.

Prælati eccleſiarum qui data opera detinent perſonas facinoroſas in ſuis Monaſterijs &c. puniri poſſunt in Ciuitate Bononiæ, & Neapolis. num. 20.

Rei qui data opera reperiuntur in Monaſterijs &c. gaudent immunitate, licet Prælati qui illos detinent puniri poſſint. n. 21.

Reis licet receptaculum prohibeatur, non tamen priuantur eccleſiaſtica immunitate ſi de facto receptentur. n. 22.

Illatio non fit ex diuerſis. n. 23.

Marij Italiæ oponio, eſt aliena à mente Clem. viij. in ſuis epiſtolis miſſis: n. 24.

Clem. viij. in ſuis epiſtolis miſſis &c. non excipit alios caſus vltra exceptos per conſtit. Greg. xiiij. num. 24. § Præterea.

Regum correctio eſt euitanda. n. 25.

Iura iuribus concordare expedit. n. 26.

Epiſcopos offendentes an priuentur immunitate. n. 27. Et quid faciendum in caſibus arduis non exceptis.

CAPVT XI.

SImiliter crimen læſæ maieſtatis committitur offendẽdo perſonam alicuius Illuſtriſsimi, ac Reuerendiſsimi S. R. E. 1
Cardinalis vt dictũ eſt ſupra c. 9. n. 5. §. ſexto committitur. Vnde regulam cõſtituere poſſumus, quòd occidens quis, vulnerans, vel percutiens S. R. E. Cardinalem crimẽ læſæ maieſtatis committit, & Immunitate eccleſiaſtica nõ gaudet, vt patet ex c. Fęlicis de Pęnis in 6. in §. *Si quis verò per ſe, vel per alium occideret Cardinalem &c.* Et in principio Capit. ibi, *vel percuſſerit*, &

pau-

paulò poſt, *ſicut reus criminis laſæ maieſtatis &c.* Et communiter Doctores in d. tex. & docet Gigas de crim. læſæ maieſtatis lib. 1. Rubr. Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſtatis committatur q. 5. nu. 1. & ſeq. vbi teſtatur de communi, & num. 13. & Farinac. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſtatis q. 112. n. 75. & ſeq. Et in hoc caſu ſimiliter delinquenti Immunitas eccleſiaſtica non ſuffragatur, vt clarè patet ex præſenti Conſtit. ibi, *Aut læſa maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei Immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragatur.*

Primò ampliatur ſupradicta Regula non ſolum in occidente, ſed etiam in ijs qui eius morti cauſam dederunt, vt patet in d. c. Fœlicis de pœnis in 6. §. Si quis vero &c.

Quæ ampliatio intelligitur de cauſa mortis proxima, non autem de remota, vt docet Glo. in d. loco in verbo cauſam, & ibi Archid. nu. 17. in eodẽ verbo cauſam, & Fari. vbi ſup. n. 78.

Secundò ampliatur in capiente Cardinalem illum detinendo, vel carcerando, vt habetur in d. c. Fœlicis de Pœnis in 6. in principio in verbo *Aut ceperit*, & docet Iulius Clarus in ſua pract. criminali § finali. q. 77. verſ. offendentes nu. 22. Afflictus in tit. Quæ ſint Regalia in verbo, & bona committentium n. 105. quem refert, & ſequitur Far. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crim. læſæ maieſtatis q. 112. nu. 80. Nam & in hoc caſu capiens immunitate eccleſiaſtica non gaudet, cũ perſonã ipſius Cardinalis offẽdat.

Tertiò ampliatur in eo qui hoſtiliter Cardinalem inſecutus fuerit, quamuis non percuſſerit nec ceperit, vt habetur in d. c. Fœlicis de Pœnis in 6. in principio; Vbi alternatiuè loquendo dicit, *fuerit hoſtiliter inſecutus, vel percuſſerit, aut ceperit:* & docet Iulius Clarus in ſua pract. crim. §. finali q. 77. nu. 22. verſ. offendentes. Io. Monachus in d. c. Fœlicis n. 2. verſ. *Nec mandatum*, Archid. nu. 9. in verbo *Inſecutus*, Io. Andr. in verbo *Hoſtiliter*, & alij quos refert, & ſequitur Farin. in ſua pract. crimin. p. 2 tom. 2. tit. de crimine læſæ maieſtatis q. 112. num. 81. Nam in hoc caſu Immunitate Eccleſiaſtica non gaudet: Quia hoſtiliter inſequendo perſonam Cardinalis, ipſum offendit. Nam hoſtiliter inſequi nihil aliud eſt quam iniuſtè inſequi aliquem, vel quo perſonam eius quem inſequitur offendat, iniuria vel dedecore afficiat, vel capiat; vt docet Vgol. in expoſit. Bullę Cęnę Domini p. 2. c. 11. verſ. Hoſtiliter inſequitur in princ. n. 2.

Quartò ampliatur ſupradicta Regula non ſolum procedere contra illum qui Cardinalem offenderit, hoſtiliter inſecutus fuerit, vel ceperit: ſed etiam contra ſocium offendentis, hoſtiliter inſequentis, vel capiẽtis; vt patet in d. c. Fœlicis de pœnis in 6. in princ. in illis verbis, *vel ſocius fuerit faciẽtis*, & infra in verſ. præſenti in illis verbis, *inſecutor quam alij prædicti tanti mali participes*; & docet Gloſ. in dicto tex. in verbo *ſocius*, Io. Monachus n. 1. in verbo *ſocijs*, Gemi. in princ.

n. 1. in fine in tortiò Not. Farin. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crimin. læſæ maieſt. q. 112. n. 99. Nam immunitate eccleſiaſtica gaudere non debet.

Quintò ampliatur in mandante offendi Cardinalem, vt patet in d. c. Fęlicis de Pœnis in 6. in principio, in illis verbis, *Aut fieri mandauerit*, & infra in §. *Si quis vero per ſe, vel per alium &c.*

Quæ ampliatio procedit etiam effectu non ſequuto, nam ſolum mandatum punitur per tex. ſupradictum, vt patet ex locis præallegatis; & docet Ioa. Monachus, ibi, n. 1. in verbo Mandauerit, & n. 2. Archid. ibi, n. 11. in eodem verbo Mādauerit. Io. And. ibidem ante n. 1. in verbo facientes, Afflictus in tit. Quæ ſint regalia in verbo, & bona committentium nu. 105. Gigas de crimine læſæ maieſt. lib. 1. Rubr. Qualiter, & à Quibus crimen læſæ maieſtatis committatur q. 5. n. 13. quos refert, & ſequi. Farinac. in ſua pract. crim. p. 2. tom. 2. tit. de crim. læſæ maieſt. q. 112. n. 91.

2 Sed contra ſupradictam doctrinam videtur obſtare, quòd ex mandato, mandans non obligatur, niſi mandatum mādatarius executus ſit. Arg. §. Is qui exequisur in inſt. de Mand. & l. 3 ff. eodem: Amplius qui mandatum ſuſcipit in excommunicationem, non incidit antequam rem perfecerit; ergo nec mādans, & ita in mandante offendi Cardinalem docet Vgolin. in Expoſitione Bullæ cęnæ Domini p 2. c. 1. verſ. Nec non ea mandantes § 2. n 1.

Sed reſpondetur, quòd licet regulariter ſit verū, quòd ex mādato mandans non obligatur niſi ſecuto effectu per mandatarium, tamē ſpeciale eſt in hoc atrociſsimo delicto criminis læſæ maieſtatis, vt puniatur affectus etiam ſi effectus non fuerit ſequutus, vt docent cōmun. Doctores teſtè Boerio de ſeditioſis in 7. præſuppoſito n. 42. Couar. in Clem. Si furioſus de homic. verſ. Primò infertur Iul. Clar. in §. Læſæ maieſt. verſ Scias autē nu. 16. & ibid. Hiero. Giachar. in ſuis Annotat. lit. L.

Nec obſtat etiā doctrina Vgolí. Nam licet mandans in excōmunicationem Bullæ cęnæ Dñi non incidat niſi ſequuto effectu per Mandatarium, tamen incidit in excōicationē tex. c. Fęlicis de Pęnis in 6. Et ratio differentiæ eſt, quia in Bulla cęnæ Domini principaliter excommunicatur faciēs, & ſecūdario mandans, & proinde non eſt mirū ſi mandans non excommunicetur niſi effectu ſequuto per mandatarium; ſed in c. Fęlicis ita principaliter excommunicatur mandās, & punitur, ſicut faciens, & ideo nō eſt mirum ſi mādans Immunitate eccleſiaſtica nō gaudeat etiā effectu non ſequuto per mandatarium.

Sextò ampliatur ſupradicta regula non ſolum in mādante offendi Cardinalē, ſed etiā in eo qui offenſionē nomine ſuo factā Cardinali ratā habuit, nā crim. læſæ maieſt. cōmittit. vt patet in tex. c. Fęlicis de pęnis in 6. in principio ibi, *vel factum ratum habuerit*, & docet Dec. in ſuo tract. crim. lib 7. c. 34. n. 8 Gig de crim. læſæ maieſt lib. 1. Rub. Qualiter, & à quib. crim. læſę

maieſt.

maieſt.cōmittatur q.5.nu.13.& 16. Afflictus in tit. quæ ſint regalia in verbo. Et bona cōmittentiū n.105. Farin.in ſua pract.crim p.2.tom.2 tit.de crim.læſæ maieſt.q. 112 n.96 & 97. & huic ſimiliter Immunitas eccleſiaſtica non ſuffragatur.

Septimò ampliatur ſupradicta Regula in eo qui dat conſilium, auxilium, vel fauorem offendēti Cardinalem, Nā crimen læſæ maieſtatis cōmittit ſicut offendens; Et per conſequens Immunitas eccleſiaſtica eis non ſuffragatur, vt patet in d.c. Fęlicis de Pęnis in 6. in principio, ibi, *aut conſiliū dederit*, & ibi Archid.nu.12 in verbo conſilium, Io.And.ante num.1.in verſ.dicitur autem conſuluiſſe, Gemi.in princ. num.1.in fine in 5. Not. & num. 7. verſ. Quæro quis dicatur conſuluiſſe maleficium, Franc. ibidē n.1. in 3. Notabili, & Fari. in ſua prac. crim.p.2.tom.2.tit.de crimin.læſæ maieſt.q.112.n.85.

Et de Fauente habetur in eodē tex. c. Fęlicis in principio ibi, *vel fauorem*, & ibi Glo. in verbo fauorem, Archid.n.12. poſt medium in eodem verbo Fauorem, Franc.ibidem in princ.verſ. tertio nota, Afflictus, & Gigas quos refert, & ſequitur Farinacius in loco præallegato q.112.n.88.

Et tamen aduertendum, quòd ſupradicta ſeptima ampliatio nō procedit in nudo conſilio, vel fauore, vt docent commu. Doctores quos refert, & ſeq. Iul. Clar. in ſua

3 prac.crim.§.fin q.88.in principio. Nudum enim conſilium, vel fauor dicitur quādo nihil adijcit ad maleficium faciēdum, vel ad factū, nā maleſactor omninò erat facturus; ita docet Far. & alij quos ipſe allegat in ſua prac.crim.p.2.to.2.tit.de crim.lęſę maieſt.q 112.n.86. & 90.

Octauò ampliatur ſupradicta regula in receptante eum qui Cardinalem offendit: Nam & is crimen lęſæ maieſtatis committit, (& Immunitas eccleſiaſtica ei non ſuffragatur, cum offenſio ſit in perſonam Principis) vt patet ex d. c. Fœlicis de Pęnis in 6. in principio ibi, *aut poſtea receptauerit*, & ibi Glo. in verbo receptauerit, Io. Monach. ibidē n.3. in verbo Receptauerit, Gig de crim. læſæ maieſtatis lib.1. Rubr. Qualiter & à Quibus crimen læſæ maieſtatis committatur q.5.n.17 Afflictus in tit. Quæ ſint regalia in verbo, & bona committentium n. 105. Farinac.in ſua pract.crim.p.2 tom. 2.tit.de crimine læſæ maieſtatis q. 112.n.92.

Requiritur tamen vt ſcienter receptauerit qui Cardinalem offendit, ad hoc vt Immunitate eccleſiaſtica priuetur: Nam ſecus eſſet ſi ignorāter, & in dubio ſemper præſumitur ignorātia, ita docet Vgol. in crimine læſæ maieſtatis Diuinæ, in expoſit. Bullæ cœnæ Domini p.2. cap.1. verſ. Receptatores §. 2. num.2.

Et ratio eſt, quia ignorantia facti excuſat c. Ignorantia de Regulis Iuris in 6. l. Conſtitutiones C. de Iuris, & facti ignorantia; & 4
ignorantia ſemper præſumitur donec ſcientia probetur, c. Præſumitur de Regul. Iuris in 6. & in re dubia Nec dolus, nec delictum præſumitur; & ita etiam docet Archid. in d. cap. Fœlicis de Pœnis in 6.

in 6.num.12.in fine in verbo ſcientia, Io. And.ante num. 1.in eodem verbo ſcienter, Farin.in loco prææallegato n. 94.

Sed dubitari poſſet, Quid ſi receptus ſit conſanguineus, vel affinis an procedat contra eos ſupradicta ampliatio?

Et variæ ſunt Doctorum opiniones quoad pœnam, vt videri poterit apud Farina.in ſua pract.crim. p.2.tom.2.tit.de crimine læſæ maieſt.q.112.n.93. Nam aliqui excuſant eos à pœna vt Ioa.Monachus in d.c.Fœlicis de Pœnis in 6. nu.3. Archid. ibidem num. 12. in fine; Alij vero dicunt, quòd non excuſantur à totali pœna, vt ibidem docet Franc.nu.5.in fin.& Gemin. num.11.

Sed ego diſtinguerem, vel receptio redundat in fauorem delicti commiſsi contra Cardinalem, vt quia receptatio eſt facta ne à Satellitibus comprehendatur, vel ne à Iudice puniatur, & in hoc caſu non excuſatur à pœna, nec immunitas eccleſiaſtica ei ſuffragatur. Vel receptatio non redundat in fauorem delicti, ſed tantum hoſpitij gratia facta eſt: Et in hoc caſu, mitiori pœna puniri debet, Et Immunitatem Eccleſiaſticam nõ amitteret; ita in ſimili de crimine læſæ maieſtatis Diuinæ docet Toletus in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini excommunicatione prima, num.21.cum ſeq. Vgoli in expoſitione eiuſdem Bullæ p. 2. c. 1. verſ. Receptatores §.2.n.1.Verſic. Quare &c. Et Sayrus de cenſuris Eccleſiaſticis lib 3.cap 5.& præcipuè in fine, verſ.Vnde Cardinalis Toletus &c.

Nonò ampliatur ſupradicta Regula in defenſante illum qui Cardinalem offendit, vt patet in c.Fœlicis de Pœnis in 6 ibi, *Aut poſtea receptauerit, vel defenſauerit*. Dictio enim, vel ponitur inter diuerſa, ita docet Io. Monachus ibidem nu. 3. in verbo Defenſauerit. Archidiac. ibidem num. 12. in fine, in eodem verbo Defenſauerit, Farinacius in ſua pract.crimin.part.2. tom.2. tit.de crim. læſæ maieſtatis q. 112. num.95.

Decimò ampliatur ſupradicta Regula in coniurante, vel conſpirante, vel Machinante in mortem alicuius Cardinalis, nam eo ipſo quòd coniurat, conſpirat, vel Machinat, incidit in crimen læſæ maieſtatis, dato quòd effectus adhuc non ſit ſequutus; Et per cõſequens immunitate eccleſiaſtica non gaudet, cum delictum ſit in offenſionẽ perſonæ Principis.

Probatur dicta ampliatio ex Bulla Pij V. quæ incipit Infelicis ſæculi &c. in qua Summus Pontifex declarat excommunicatos, & reos criminis læſæ maieſtatis illos qui non reuelant coniurantes, vel conſpirantes in mortem alicuius Cardinalis; Si igitur non reuelantes ſupradictos coniuratos incidunt in crimen læſæ maieſtatis: Ergo multo magis ſunt rei dicti criminis læſæ maieſtatis cõiurantes ipſi; Et huius opinionis eſt Gloſ. in cap. Fœlicis de Pœnis in 6. poſt figurationem caſus, in verſ. crimen læſæ maieſtatis, & Farinac.in ſua pract. crimin.part. 2.tom.2.tit.de crimine læſæ maie-

ſtatis,

ſtatis,q.112.nu.83, Quæ autem ſit coniuratio,conſpiratio,vel machinatio habetur ſup.cap.10. nu.2. & ſequentibus.

Supradicta Regula ſic ampliata limitatur multis modis.

Primò Limitatur non procedere in eo qui non reuelat coniurantes,vel conſpirantes,vel Machinantes in perſonam Cardinalis ante, vel poſt delictum commiſſum, & eorum fautores,receptatores: Nā licet per non reuelationem incidat in crimen læſæ maieſtatis, vt patet ex Bulla Pij Papæ V.quæ incipit infelicis ſæculi, verſ.Quicumq; tamen non priuatur eccleſiaſtica Immunitate; Quia crimen eſt omiſsionis, & non commiſsionis contra perſonam Principis; Et in præſenti conſtitutione Greg Papæ xiv. excipiuntur ab hac immunitate delinquentes committendo (non autem omittendo) contra perſonam Principis, vt dictum eſt ſup.c.10.n.11.

5

6 Secundò limitatur ſupradicta Regula non procedere in eo qui Cardinalem offendit cum moderamine inculpatæ tutelæ, ob defenſionem propriæ vitæ,vel ad euitandam proprij membri mutilationem; ita docet Vgol.in expoſitione Bullæ cœnæ Domini, p.2. c.11.§.2.nu.1. verſ.Item in excommunicationem, & num.3. Sayrus de cenſuris eccleſiaſticis lib.3.c.15 num.4. Farinac. in ſua pract. crimin. part.2. tom.2. tit.de crimine læſæ maieſtatis q.112.num.129. & alij.

Et ratio eſt,quia defectio eſt de Iure naturæ,& ideo vim vi repellere licet, vt habetur in l.Vt vim.ff. de Iuſt. & Iure,c.Dilecto de ſente. excommun.in 6.Clem.1.de Homicidio: Si vero excederet modum in ſe defendendo peccaret, ſed nō per hoc ammitteret Immunitatem eccleſiæ.

Tertiò Limitatur ſupradicta Regula non procedere in eo, qui Cardinalem offenderet ob defenſionem vitæ Patris,vxoris,filij,vel familiæ ſuæ, iuxta doctrinam Innocentij in c.Si vero il primò num.2. in verſ.Inferentem de ſententia excommunicationis, quæ eſt communiter à Doctoribus recepta,teſtè Fœlino ibidem n.5.verſ.Vtrum pro defenſione,& Vgol.in expoſitione Bullæ cęnæ Domini p.2.c.11. §.2 num.5.

Quartò, Limitatur ſupradicta Regula non procedere in eo qui Cardinalem occideret,vel offenderet ob tuendam ſuam pudicitiam, quando aliter illam defendere non poſſet: ita docet Vgol. in loco præallegato num. 7. & probatur ex l. 1. §.Item Diuus ff. de Sicarijs, vbi excuſatur qui ſibi, vel ſuis ſtuprum inferentem occidit: Vnde in hoc caſu Immunitatem Eccleſiaſticam non amitteret.

Dixi vbi aliter ſe defendere non poſſet, quia ſi verbis tatum ipſam aggrediatur, verbis etiam,vel clamore poſſet eum excludere, non autem factis offendere, vt docet Marian. Soccin. in cap. Peruenit de ſent.excōmunicationis nu 380. verſ.Sed ſi ſolis verbis &c.quem refert, & ſequitur Vgol.in expoſitione Bullæ cœnæ Domini p. 2. c. 11. §.2.n.7.

Quin.

Quintò, Limitatur ſupradicta Regula non procedere in eo qui Cardinalem occideret ex eo quòd cum inuenit turpiter coniunctum cum vxore, vel matre, vel ſorore, vel filia, vt patet ex cap.3. extra de ſent.excommunicationis, ibi, Nec ille compellendus eſt, & docet Sylueſter in Summa in verbo excommunicatio ſexto, num.6 verſ.Decimo ibi, Diſtinguo &c Nauar. in Manuali cap.27.num 84.verſ.vigeſimo &c. vbi teſtatur eſſe commu. & ſimiliter Marianus, Soccin. ſen. in c.Peruenit de ſenten.excommunicationis num.365.Vgol.in expoſitione Bullæ Cœnæ Domini p. 2. c.11.§ 2.nu.13.& Viualdus in expoſitione Bullæ cœnæ Domini caſu 11.nu.5. In hoc enim caſu offendens Cardinalem non amitteret immunitatem eccleſiaſticam.

Sextò, Limitatur ſupradicta Regula non procedere in eo qui ex probabili ignorātia Cardinalem interficeret, vt quia Cardinalis mutatus erat habitu; Probatur ex c.Si verò aliquis de ſenten. excommunicationis, vbi excuſatur à cenſura ille qui ex ignorantia Clericum percuſsit; Et ita docet Rebuffus in praxi beneficiali, in expoſit. Bullæ cœnæ Domini art.8.verſ.Itē excommunicamus, quem refert, & ſequitur Vgolinus in expoſitione eiuſdem Bullæ cœnæ Domini p. 2. c.11.§.2.num.9.Nauar.in Manuali c.27.n.67. verſ. ſexta &c. Viualdus in expoſitione Bullæ cœnæ Domini caſu 11. num.4. Et Suarez in tomo 5. de cenſuris diſput,21.ſect.1. num 69. In hoc enim caſu occidens Cardinalem ex ignorantia immunitatem eccleſiaſticam non amitteret.

Septimò, Limitatur ſupradicta Regula nō procedere in eo qui ex licentia, vel mandato Summi Pontificis Cardinalem caperet, vel interficeret; ita in ſimili docet Vgol. in expoſitione Bullæ cęnæ Domini p 2.c.11.§.2.num.1.& ratio eſt, quia dum ex licentia, & mandato Summi Pontificis hoc facit iuſtè facere videtur; Et Immunitatem eccleſiaſticam non amittit ille qui iuſtè Cardinalem occidit, vel capit, ſed qui iniuſtè.

Vltra ſupradictas exceptiones expreſſas à Gregor.xiv.in præſenti conſtitutione addi poteſt octaua, quæ eſt quando Papa iuberet, vt extraheretur delinquens ab eccleſia, & traderetur Principi ſiuè curiæ ſæculari, vt probat text.in cap. vxor Fęlicis 17.q.4.& tradit Io. de Viſco in tract. de Immunit. eccleſiæ num.14. quem refert, & ſequitur Decianus in ſuis tract. crim. tom.2.lib.6.cap 27.num.4 Dicens etiam, quòd ſolet Papa in mandatis ſuis, & pręrogatiuis datis legatis ſuis de Latere quos mittit ad Principes, dare etiam facultatem concedendi ſecularibus Iudicibus licentiam extrahendi delinquentes confugientes ad eccleſias ex cauſis quæ eorum iudicio iuſtæ, & probabiles videbuntur, vt etiam teſtatur Gigas de crimine læſæ maieſtatis ſub tit. Qualiter, & à quibus crimen læſæ maieſt. committatur quæſt. 10.nu.4.Io.de Vilchis in ſuo tract de immunit. eccleſiæ col.6. verſ. fallit primò in paruo vol.fol.72.Remig. de Gōni in ſuo

tract.

tract.de immu.eccleſiæ Fallen.16. Farinac.in ſua pract crim part. 1. tom.2.tit de carceribus,& carceratis q.26.num.2. in fine Alex. Ambroſinus de immu.eccleſiæ in Bullam Greg.xiv cap.1. num.6.Et ita de facto fuit obſeruatum a Clemēte Papa viij in quodam caſu qui in ciuitate Panormi.occurrit, Nā ex rationabilibus cauſis animum ſuum mouentibus iuſsit Archiepiſcopo Panormitano vt traderet Curiæ ſæculari quoſdam delinquētes qui confugerant ad eccleſiam, & de iure gaudere debebant eccleſiaſtica immunitate, vt teſtatur ipſemet Pontifex ſcribendo dicto Archiepiſcopo: forma cuius reſcripti habetur ſupra cap.ſeptimo num.21.

Hactenus de criminibus exceptis per præſentem conſtitutionem Greg.xiv. verum quia duæ Epiſtolæ Sacræ Congregationis Illuſtriſſimorum Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporū conſtitutorū ordinatione bonę memorię Clementis viij. ſcriptæ,vna Vicario Bononiē ſi & altera Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Neapolitano ſuper eccleſiaſtica immunitate circumferuntur, per quas alia crimina videntur excepta (ſecundum opinionem Marij Italiæ) oportet repo- rem dictarum Epiſtolarum afferre,& illas explicare.

COPIA D'VNA LETTERA SCRITTA
à Monſig Vicario di Bologna per ordine di N.Sig. Clem. viij ſopra l'Immunità delle Chieſe.

SE bene la Santità di N.S.vuole che l'Immunità eccleſiaſtica ſia conſeruata illeſa in tutti li luoghi, maſsime del ſuo ſtato eccleſiaſtico, nondimeno hà molto per male, che li delinquenti, & i debitori fugitiui ſiano mantenuti da Superiori & altre perſone Eccleſiaſtiche nelle Chieſe,Monaſterij,Conuenti,Caſe,& luoghi loro,in pregiudicio della giuſticia,& contro la mente de Sacri Canoni, & della Chieſa Santa. Et hauendo perciò inteſo Sua Beatitudine, che in coteſta,& altre Città ſi ritrouino tratenuti nelle Chieſe, Monaſterij,Caſe,& luoghi Eccleſiaſtici,*Perſone facinoroſe,& Debitori fugitiui,* ſenza riſpetto alcuno della Corte,& con danno del publico, m'hà ordinato ch'io commetta,come fo, per mezzo della preſente à V.S. che debba alla ricenuta, fattoſi chiamare à ſe tutti li Superiori del Clero ſecolare è Regolare, commandare loro, che debbano dentro à quello breue termine, che alla prudenza, che à lei parerà di preſcriuerli, hauer licenciato,e mandato fuori delle Chieſe,Monaſterij Conuenti, Caſe,& luoghi loro, qualſiuoglia perſona ritirata uiſi per paura e ſuſpetto

della

della Corte: ordinando à ciaſcuno, che per l'auenire debba guardarſe di non mantenere ò trattenere ſimil gente in qualſiuoglia modo; perciò la Santità ſua è riſoluta di non volerlo comportare; & di fare dimoſtratione contro tranſgreſſori con ogni ſeuerità. Non manchi per tanto V.S. di eſequire la ſanta mente di ſua Beatitudine, preualendoſi per l'effetto di rimedij opportuni, & di quelle pene che ſaranno conuenienti all'eſſecutioni: delle quali vuole, ch'ella poſsi procedere contro chi contrauerrà; e Dio N.S. la preſerui. di Roma li 7. di Maggio 1595.

Di V.S. Illuſtre, & Reuerendiſsima
come fratello
Il Cardinale Aleſſandrino.

Supradictam epiſtolam refert Marius Italia in ſuo tract. de Immunit. Eccleſiarum lib. 1. c 5. § 8. n. 2.

COPIA D'VNA LETTERA SCRITTA all'Illuſtriſsimo, e Reuerendiſsimo Arciueſcouo di Napoli per ordine di N. S. Clemente viij. ſopra l'Immunità delle Chieſe.

NON piace à N. S. che le Chieſe, ne gl'altri luoghi ſacri ſeruino d'Aſilo, e ricettacolo à triſti. Onde
9 mi hà fatto commandare di ſcriuere à V. S. che faccia prohibire, & intimare per parte di ſua Beatitudine à i Superiori de Monaſterij de Regolari de tutti gl'ordini col mezzo de gl'Ordinarij ò come meglio parerà à lei, che per l'auenire non diano ricetto à ſorte alcuna de *Condennati: ne Banditi, Ladri ò altre genti di male à fare: nè à Falliti e Debitori*. ſotto pena della priuacione dell'Officio, ſi hauerà notitia del ricetto, ancorche non ſiano trouati queſti tali ne i Monaſterij e ſotto altre pene anco maggiori ad arbitrio della Santità ſua; Et vuole in oltre, che ſi ſtia auertito per punire quelli, che haueranno ardire di contrauenire à quell'ordine. Potrà dunque V.S. andar publicando la prohibitione per li luoghi, doue ne ſarà maggior biſogno, e di mano in mano per tutto, che non ſe ne poſſa pretendere ignoranza. Il Sig. l'aſsiſta con la ſua ſanta gratia. Di Roma alli 11. d'Aprile 1602.

Di V.S. come fratello amoreuoliſsimo.
Il Cardinale di Firenze.

Su-

Supradictam epiſtolam refert Marius Italia in ſuo tract. de Immunit. eccleſiæ lib. 1. cap. 5. in initio nu. 16. & ante ipſum retulit Stephanus Quaranta in ſua Summa Bullarij ſub tit. Bannitorum Fautores in fine.

10 Pro explicatione ſupradictarum epiſtolarum ſciendum eſt primò, quòd non omnes Epiſtolæ Sũmorum Pontificum habent vim legis & obligant omnes: ſed tantum illæ habent vim legis, & obligant omnes, quæ ſunt in corpore iuris inſertæ, vt patet in toto volumine Decretalis; Vel ſi ſunt extra corpus Iuris, illæ habent vim legis, & obligant omnes, quæ ſunt publicatæ in Curia Romana iuxta ſtilum, & conſuetudinem dictæ Curię, alias non obligãt etiam ſcientes leges eſſe factas, etiam in Concilio publico, quia de eſſentia legis eſt promulgatio, c. In iſtis diſt. 4. c. 1 & ibi Decius de Poſtulat. Prælatorum, Gomes in Proem. Reg. Cancellar. q. 2. n. 13. Paulus de Eleazar in Proem. Clē. Io. Andr. ſuper data ſexti decret. Gabriel conſ. 178. n. 26. & 59 lib. 2. Nauar. in conſil. 1. nu. 4. de Conſt. Sotus de Iuſtitia, & iure lib. 1. q. 1. art. 4. Syl in ſua Summa verbo lex §. 6. Vnde cum dictæ epiſtolæ non ſint in corpore Iuris inſertæ, nec Romæ publicatæ, ſequitur quòd non obligant omnes.

11 Secundo ſciendum eſt, Quòd in illis locis vbi ſupradictæ epiſtolæ ſunt miſſæ, & publicatæ, habent vim legis, & obligant; Quia Summus Pontifex ex cuius ordinatione ſunt factæ, habet poteſtatem præcipiendi quòd in illis prohibetur, vel mandatur. Et qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere videtur; c. Qui facit de reg. iur. in 6. l. ſi per alium ff. Ne quis eum qui in ius vo. Vnde cum adſit poteſtas legislatoris, & publicatio legitima, ſtatim obligant in illo loco.

Tertiò ſciendum eſt, Quòd dato quòd dictæ epiſtolæ ſint publicatę 12
in alijs locis diuerſis ab illis quib. directæ ſunt, non obligant, & ratio eſt, quia non obligant vltra intentionem legiſlatoris; Si enim Summus Pontifex habuiſſet intentionem facere legem vniuerſalem, & obligare omnes, illas Romæ publicare feciſſet; Nam longe alienũ eſſet ab vſu, & cõſuetudine Romanæ Curiæ, legem eccleſiaſticam vniuerſalem facere, & in re tanti momenti, & in Romana Curia illam non publicare; & ſi habuiſſet intentionem vt obligarent in alijs locis particularibus, illa loca expreſsiſſet, ſed non expreſsit, nec Romæ publicare fecit: ergo non obligant extra illa loca.

Quartò ſciendum eſt, Quòd eſt vſus Romanorum Pontificum, & 13
ſacrarum Congregationum Illuſtriſsimorum Cardinalium ex ordinatione Summorum Pontificũ, quando volunt prouidere aliquibus particularibus caſibus qui occurrere ſolent in aliqua Ciuitate, vel Diœceſi, mittere dictas Epiſtolas, & pro varietate locorum, & perſonarum, & circunſtantiarum diuerſimode ordinare ſolent; N. c inten-

intendunt per illas condete leges
vniuerſales, ſed tantum proui-
dere illi caſui particulari; Qui
vſus eſt omnibus notus, præcipuè
ijs qui verſantur in Romana Cu-
ria.

14 Quintò ſciendum eſt, Quòd per
ſupranarratas Epiſtolas Summus
Pontifex Clemens viij, noluit tol-
lere, nec in aliqua parte minuere
libertatem Eccleſiaſticam; Hoc
patet primò ex verbis ſupradictæ
Epiſtolæ miſſæ Reuerendiſsimo
Vicario Bononiẽſis in principio;
ibi, *La Santità di N.S. vuole che l'Im
munità Eccleſiaſtica ſia conſeruata
illeſa in tutti li luochi.*

15 Sed vna lex aliam declarat, &
vetuſtior recentem l. Non eſt no-
num, cum duabus ſequentibus ff.
de legibus: Ergo licet in epiſtola
ſupradicta directa ad Illuſtriſsi-
mum Archiepiſcopum Neapolita
num ſimilia verba non habean-
tur, tamen cum ad eundem finem
ſit miſſa, & ab eodem Summo Pon
tifice, ſupponendum eſt eamdem
voluntatem habuiſſe, vt Immuni-
tas Eccleſiaſtica in omnibus locis
illeſa conſeruaretur. Secundò Sum
mus Põtifex ordinat in dictis Epi-
ſtolis vt expellantur ab Eccleſijs
&c. non ſolum *Condemnati, Banditi,
Latrones, & Debitores fugitiui, &
Decotti*, ſed etiam (indefinite) *Per-
ſonæ facinoroſe, ſeu altre genti di ma-
le affare*; Sed indefinita locutio
16 æquipollet vniuerſali c. Quia circa
& ibi notata de elect. in 6. Panor.
in c. Inter opera de Sponſ. num. 3.
Suarez tom. 1. de Relig. tract. 2.
lib 3. cap. 10. nu. 1. Ergo ſi omnes
perſonæ facinoroſæ, & di male af-
fare eſſent exclusæ ab Immunitate
eccleſiaſtica, ſequeretur quòd in to
tum eſſet ſublata ipſa immunitas
eccleſiaſtica, quòd eſſet abſurdum
& contra mentem S. Pontificis qui
vult vt illæſa conſeruetur in omni
bus locis.

Sed dicet aliquis, illa verba,
*Perſone facinoroſe, ſeu altre genti di
male affare*, ſunt intelligenda de il-
lis tantum, qui alias de iure exclu-
di debent: Reſpondeo, quòd eſt
voluntariè dictum. Præterea ſi illi
expelli debent, qui de Iure exclu-
debent, Ergo nihil noui ordinauit
S. Pontif. in dictis Epiſtolis contrà
Immunitatem eccleſiaſticã, quia
illi excludi debent de iure, qui per
noſtram conſtitutionẽ Greg. xiiij.
ſunt excepti, nam ad hanc vnam
tantum formam Immunitas eccle
ſiaſtica eſt reducta, & moderata;
Ergo in reliquis quantumvis ſint
facinoroſi, & di male affare, rema-
net ſalua firma, & illæſa Immuni-
tas eccleſiaſtica.

Sextò ſciendum eſt, Quòd inten 17
tio Summi Pontificis Clem. viij. in
ſupranarratis Epiſtolis fuit tantũ
ordinare Prælatis in dictis Epiſto
lis nominatis vt licentiam darẽt,
vel expellerent à ſuis Eccleſijs, Mo
naſterijs, Conuentibus, Domibus,
& Locis, perſonas facinoroſas, &
di male affare, & Debitores fugiti-
uos qui ob timorem Curiæ ſæcula-
ris in dictis locis detinebantur;
ordinando eiſdem Prælatis ne in
futurum dictas perſonas retineãt
in dictis locis; Verum quia dictæ
perſonæ facinoroſæ, & di male
affare &c. Duobus modis poſſunt 18
reperiri in eccleſijs, monaſterijs

&c.

&c. nempè caſu, & ſine conſenſu ſuperioris eccleſiæ, vel monaſterij, vel Data opera poſt commiſſum Delictum, & cum conſenſu ſuperioris Eccleſiæ, vel Monaſterij; Si caſu repetiuntur in eccleſijs &c. vt quando ſtatim poſt commiſſum delictum ob timorem curiæ ſæcularis Reus ad Eccleſiam confugit, vel cum illum inſequuntur Birroarij ad eccleſiam ſe contulit: Et in hoc caſu non eſt intentio Summi Pontificis Clem. viij. vt ſtatim expellantur ab Eccleſijs, & locis ſacris quę ſunt refugia delinquentiũ, (quia indirectè eſſet priuare illos Immunitate eccleſiaſtica, & ſic in totũ illam tollere, quòd eſſet abſurdum, vt patet ex ſupradictis) ſed poſſunt retineri à ſuperioribus pro aliquo tempore, ad arbitrium boni viri, ita vt poſsit poſtea reus ad alium locum tutum ſe conferre, ſi delictum commiſſum non eſt de exceptis per pręſentem Conſtitutionem; Nam ſi eſſet de exceptis, tunc ſi reus non eſt requiſitus à Curia ſæculari ſuperior debet ſtatim illum expellere: Si vero eſt requiſitus à curia ſæculari tunc cauſa cognita iuxta formam præſentis Conſtitutionis debet eũ tradere curiæ ſæculari, ſi eſt tradendus.

20 Si vero data opera rei reperiuntur in eccleſijs &c. & cum conſenſu Superioris Eccleſiæ, vel Monaſterij, (poſt commiſſum delictum, & dum birroarij, ſeu curia ſęcularis, actu eos non inſequitur) In hoc caſu ſuperior puniri poterit iuxta formam ſupradictarum Epiſtolarum; quia iſta retentio eſt propriè in præiudicium iuſtitiæ, & contra mentem ſacrorum Canonum, & Sanctæ Eccleſiæ, & prohibita per Clem. viij. Bonę memorię in dictis Epiſtolis: Quòd procedit ſiuè delicta commiſſa à dictis reis ſint de exceptis per præſentem Conſtitutionem, ſiuè non ſint de exceptis, ſiuè ſint Debitores fugitiui, ſiuè decotti, Nam eccleſiæ, & loca ſacra eſſent Aſili malefactorum (& non refugium) in iſto caſu.

Septimò ſciendum eſt, Quòd in caſu vltimo ſupradicto, in quo delinquentes, & debitores decotti retineri nõ poſſunt in eccleſijs Monaſterijs &c. à ſuperioribus, licet puniri poſsint dicti Superiores eccleſiarum, & Monaſteriorum, qui data opera, & contra ordinationem dictarum epiſtolarum ſupradictos detinebant; Tamen dum rei ſunt in dictis locis ſacris gaudent Immunitate, & à curia ſæculari capi non poſſunt, quia prohibetur per præſentem conſtitutionẽ, ibi, *ne autem curia ſæcularis &c.* Nec per prædictas epiſtolas conceditur ei hæc facultas: Nec apparet quòd priuentur hac immunitate dicti rei; Vnde nec ab Epiſcopo, nec eius Vicario tradi poſſunt curiæ ſæculari, niſi in caſibus exceptis per præſentem conſtitutionẽ, & cauſa prius cognita per ipſum Epiſcopum, vel Vicarium, Et ſi in caſibus non exceptis, Epiſcopus expediens iudicauerit dictum reũ eſſe tradendum curiæ ſæculari, poterit tradere, data prius ſecuritate de delinquẽtis impunitate quo ad vitam, & membra, & omnem corporalẽ pęnam, vt docet Syl. in 21

K ver-

verbo Immunitas 3.q.4.n.4.& Sua-
rez de Relig. tom. 1. tract.2. lib.3,
c.13.n.3.

Sed dicet aliquis, dũ Papa pro-
22 hibet receptaculum, in conſequen
tiam videtur etiam illis prohibuiſ
ſe hanc immunitatem: Reſpondeo
negando conſequentiam; Et ratio
negationis eſt, quia ſunt diuerſa,
& ex diuerſis non fit illatio, c. Ad
23 audientiam extra de Decimis l. Pa
pinianus exuli. ff. de minoribus:
Præterea ſi dicta conſequentia eſ-
ſet vera, ſequeretur quòd immuni-
tas eccleſiaſtica eſſet in totum ſu-
blata, vt conſtat ex ſupradictis in
§ Quinto ſciendum &c. Verſ. ſecun
do S. Pontifex &c. Sed conſequens
eſt falſum, vt ibidem probatũ eſt:
Ergo & antecedens.

24 Ex ſupradictis à §. Pro explica-
tione & c. clare colligitur quam ſit
alienum à vero ſenſu ſupradictarũ
epiſtolarum, id quòd dicit Marius
Italia in ſuo tract. de immun. ec-
cleſiarum in præſentem conſtitut.
Greg xiv. lib.1.c.5.§.8. vſq; ad finẽ
capitis.

Primò enim in §.8.n 1 & 2. ſup-
ponit ſupradictas epiſtolas vim le
gis habere in toto terrarum orbe,
quòd fundamẽtum falſum eſſe co
gnoſci poterit ex ijs quæ dicta ſũt
ſupra, §. Pro explicatione, §. Ter-
tio ſciendum, & §. Quarto ſcien-
dum.

Secundò in eodem § 8.n.4. ſup-
ponit, Quòd dum Papa in dictis
epiſcopis prohibet Prælatis eccle-
ſiarũ & Monaſteriorum ne recep-
tent dictas perſonas facinoroſas
&c. in conſequentiam videatur
etiam illis prohibuiſſe hanc im-
munitatem.

Quę conſequentia cum ſit falſa,
non eſt mirum ſi ædificium ſuper
hoc falſo fundamento erectũ cor-
ruat; falſitas conſequentiæ appa-
ret ex his quæ dicta ſunt ſupra in
§. Septimo ſciendum eſt &c. vſq;
ad num.24.

Tertiò in eodem §.8. in initio &
n.2. verſ. Itaq; dum &c. Et verſ. Li-
cet in hac epiſtola &c. ſupponit
Clem. viij. per ſupradictas epiſto-
las (vltra caſus exceptos per præ-
ſentem cõſtitutionem Greg. xiv.)
excepiſſe alios caſus, quos enume
rat vbi ſupra lib.1. cap.5. in initio
num.16.

Hæc opinio reiectis ſupradictis
fundamentis nullo pacto poteſt
ſubſiſtere, vt apparet ex ſupradi-
ctis à §. pro explicatione &c. vſq;
ad §. Septimo ſciendum eſt &c. in-
cluſiuè.

Præterea ſi per prædictas epiſto
las Clem. viij. excepiſſet alios ca-
ſus, vltra exceptos per præſentem
conſtitutionem Greg. xiv. ſequere-
tur quòd dicta cõſtitutio eſſet cor
recta per ſupradictas epiſtolas; 25
ſed correctio legum eſt euitanda,
& iura iuribus concordanda, vt
per ipſum Marium Italia vbi ſup.
c.5.§.8.n.3. & probat tex. in c. Cum
expediat de electione l. Minimè
ff. de legibus, l. In rebus. ff. de conſti
tutionibus Principum: Ergo non
eſt dicendum excepiſſe alios caſus
vltra exceptos per præſentem con
ſtitutionem; Probatur ſequela pri
mò. Quia dum per præſentem con
ſtitutionem excipiantur ſeptem
crimina, cum dictione taxatiua tã
tum, & per ſupradicta decreta no-

uem

tem alia addantur ſecundum Marium Italia, apparet manifeſta correctio.

Secundò Marius Italia (vltra caſus exceptos per præſentem cõſtitutionem Greg. xiv.) dicit per Clem. viij. in ſupradictis Decretis eſſe exceptos *Condemnati, Banditi, Ladri, altregenti di male affare, ſeu perſone facinoroſe, & Falliti, ò fugitiui Debitori*: Nunc arguo ſic, Iſti Condemnati, & Bãditi Latrones, vel ſunt Condemnati, & Banditi pro criminibus exceptis per præſentem conſtitutionem Greg. xiv. vel pro alijs delictis; Si primum; Ergo l'altre genti di male affare, & perſone facinoroſe intelligi debent de ſimilibus criminibus; Et ſimiliter per Falliti ò Fugitiui debitori, intelligi debent Debitores reuera fraudolenter falliti, qui cõparantur publicis Latronibus, & ſic nullum crimen de nouo eſſet exceptum: Si ſecundum, nempè pro alijs delictis; Ergo dum excipit altre genti di male affare, ſeu perſone facinoroſe intelligi debẽt pro quolibet crimine, (nam non eſt maior ratio de criminibus ab eo enumeratis, ab alijs non enumeratis) & ſic in totum eſſet ſublata immunitas eccleſiaſtica, vt probatum eſt ſupra §. Quinto ſciendum verſ. ſecũdo Summus Pontifex &c. Et præſens conſtit. Greg. xiv. eſſet correcta per prædicta Decreta Clem. viij.

26 Vnde cum expediat Iura Iuribus concordare, & correctionem euitare, c. Cum expediat de elect. in 6. cum alijs Iuribus ſupra allegatis, dicendum eſt nullum crimẽ eſſe de nouo exceptum per Clem. viij. in ſupradictis Epiſtolis; ſed tantum prohibuiſſe Prælatis eccleſiarum, & Monaſteriorum ne voluntarie, & data opera reciperent dictas perſonas facinoroſas in dictis locis vt dictum eſt ſupra §. ſexto ſciendum, verſ. Si vero data opera &c. & ſic epiſtolæ ſunt concordes præſenti conſtitutioni.

Offendentes vero epiſcopos, licet nõ excipiantur per præſentem conſtitutionem, nec ſub crimine læſæ maieſtatis in perſonam Principis includantur, (ſicut Illuſtriſſimi Cardinales) tamen occurrente caſu, Reus eſſet cautè cuſtodiendus per Iudicem Eccleſiaſticum & interim conſulendus eſſet Summus Pontifex, ſicut in alijs caſibus arduis, licet excepti non ſint fieri deberet. 27

De alijs perſonis delinquentibus de quibus dubium eſt inter Doctores, An excipiantur ab hac Immunitate.

SVMMARIVM.

Infideles confugientes ad eccleſiã an gaudeant immunitate eccleſiæ? num. 1.

Excommunicati, vel interdicti an gaudeant immunitate eccleſiæ? num. 2.

Legis auxilium fruſtra implorat qui committit in legem. n. 2. in principio, & declaratur hæc regula in eodem numero, verſ. Ad primum reſpondetur.

Immunitatem Eccleſiaſticam violans puniri poteſt ab eccleſiaſtico Iudice. num. 2. verſ. Et puniri poterit &c.

Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ an gaudeant immunitate eccleſiæ ſi poſt delictum commiſſum ad illam confugiant? n.3.

Vſus eſt optimus legum interpres. n.3. verſ. Præterea vſus eſt.

Debitor fugiens ad eccleſiam propter debitum, & cauſam ciuilem an poſſit ab illa extrahi? n.4.

Falſum committens cum periurio an amittat immunitatem eccleſiæ? n.5.

Incendiarius ſi ad eccleſiam cõfugiat an gaudeat immunitate? n.6.

Adulter ſi ad eccleſiam confugiat an gaudeat immnnitate eccleſiæ? num.7.

Fur ſimplex an gaudeat immunitate eccleſiæ? n.8.

Furans in eccleſia an gaudeat eius immunitate? n.9.

Fur qui re furtiua vſus fuerit in eccleſia an gaudeat immunitate eccleſiæ? n.10.

Deferens arma prohibita in eccleſia an gaudeat immunitate eccleſiæ? n.11.

Blaſphemus an gaudeat immunitate eccleſiæ? n.12.

Clericum, vel eccleſiaſticam perſonã occidens an gaudeat immunitate eccleſiæ ſi ad illam confugiat? n.13.

Raptor virginum ſi ad eccleſiam confugiat an gaudeat eius immunitate? n 14.

Sacrilegi an gaudeant immunitate? n.15.

Apoſtata à Religione an gaudeat immunitate? n.16.

Simoniaci an gaudeant immunitate ſi ad eccleſiam confugiant? n.17.

CAPVT XII.

Vltra ſupradicta crimina per præſentem Conſtitutionem Gregorij Papæ xiiij. excepta, de aliquibus alijs criminibus dubium eſt inter Doctores an ſimiliter ſint excepta.

PRimum dubium eſt de Infidelibus, nempè Iudæis, Paganis &c. An gaudeant hac Immunitate? Et variæ ſunt Doctorum opiniones. 1

Prima opinio eſt Glo. in l. 1. C. de His qui ad eccleſias confugiunt, quæ per dictum tex. probat immunitatem hanc non ſuffragari Iudæis, & per conſequens alijs infidelibus, cum eadem ſit ratio: quã opinionem ſequitur Panorm. in c. Inter alia num. 6. de Immun. eccleſiæ, Boerius deciſ. 110. Farinac. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 68 Nauar. in Manuali cap. 25. num. 20. in princip. Remig. de immun. eccleſiæ. Fallentia 29. Marſil. in l. Ex Senatus Conſulto num. 7. & ſeq. ff. ad leg. Cornel. de Sicarijs, Iul. Cla. in ſua pract. crim § fin. q. 30. n. 16. verſ. præterea quæro, Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c 26. num 2. & Couart. in lib. 2 var. Reſolut. cap. 20. num. 11 verſ. Decimo tertio &c. Et reddit rationem Couarr. quia par non eſt ab eccleſia defendi eum, qui eius gremio tutelæ,

telæ, & fidei committere ſeipſum recuſat.

Secunda opinio eſt Sylueſtri in Sũma in verbo Immunitas 3. q. 3. Qui dicit,quòd infideles indiſtinctè gaudent hac immunitate,& ratio eſt,Quia Canones generaliter & indiſtinctè loquuntur, & ideo à nobis non ſunt reſtringendi.Hanc etiam opinionem defendit multis rationibus Marius Italia in ſuo tract.de immu.eccleſ.lib.1.c.3.§.3. per totum.

Tertia opinio diſtinguit, aut Infideles confugientes ad eccleſiã ſimulant Chriſtiana lege ſe velle coniũgi,& in hoc caſu Immunitas eccleſiæ eis non ſuffragatur; Si vero non ſimulato animo,ſed ex corde baptizari petunt,tunc Immunitas eccleſiæ eis ſuffragatur. Probatur hæc opinio ex l. 1. C. de His qui ad eccleſias confugiunt, quæ lex cum Canonibus non repugnet efficaciam habet: Nam in cap.Inter alia de Immun. eccleſiæ apertè dicitur, iuxta ſtatuta Canonũ, & traditiones legum ciuilium,Vnde cum ex Canonibus nihil inueniatur ſtatutum de hac difficultate, ad Ius ciuile quod illam decidit eſt recurrendum: Et hanc opinionem meo Iudicio tenet Gloſ. in c.Inter alia de Immunitate eccleſiæ in verbo Extrahẽdus, Hoſt. & Innoc. ibidem (licet Sylueſter vbi ſupra afferat hos auctores pro ſua opinióne) & Angelus in Summa in verbo Immunitas num. 13. & Remigius de Gonni in ſuo tract. de Immunit. eccleſiæ. Fallent. 18. num.4.

Pro ſolutione igitur huius difficultatis diſtinguendum eſt: Aut Infidelis confugiens ad Eccleſiam petit Baptiſmum, aut non: ſi non petit exiſtimo non gaudere,vt ſupponit prima opinio ſuppradicta, (à qua meo iudicio non diſſentit tertia opinio) Et ratio eſt, quia ſua infidelitate ſe indignum facit eius beneficio.

Si vero petit baptiſmum; Iterũ diſtinguendum eſt, vel ante commiſſum delictum voluntatem oſtẽderat conuerſionis ſuæ:Vel ſolum poſt commiſſum delictum, & fugã ad eccleſiam,Baptiſmum petit.

In priori caſu probabilior eſt tertia opinio ſupradicta, quia nulla ratio eſt præſumendi ſimulationem.

In poſteriori caſu magna eſt præſumptio quòd ſimulate petat, tamen poteſt eccleſia huiuſmodi ad ſe confugientem,& petentem Baptiſmum, protegere, donec examinet An verè, vel ſimulatè petat; Atq; admittere probationem cõtra præſumptionem: Quia vt notat Suarez tom. 1. de Religione tract.2.lib.3. cap.10.nu.12.contra Panor & Decianum in locis præallegatis in prima opinione, iſta nõ eſt præſumptio Iuris,& de Iure cõtra quã probatio non admittitur, vt docet Glo.in c.Ferrum 50.d. in verbo quòd non fuit, in fine.

Quòd ſi eccleſia iudicauerit illam non eſſe ſimulationem,ſed veram voluntatem ea occaſione à Deo inſpiratam,vt ſæpè accidit: Et tunc ſicut poteſt illum hominẽ baptizare,ita etiam poterit declarare,vt Immunitate gaudeat.

Si vero præſumptio purgari nõ

poteſt, tūc procedit prima opinio iuxta dictā legem. 1. C. de his qui ad eccleſiam confugiunt.

2 Secundum dubium eſt, An excommunicati gaudeant hoc Priuilegio Immunitatis? Fœlinus in c. 2. de Except. n. 5. probare conatur non gaudere: motus primò quia frustra legis auxilium implorat, qui cōmittit in legem c. Quia fruſtra extra de Vſuris.

Secundò, Quia excommunicato eſt interdictus ingreſſus eccleſię & in ea non poteſt ſepeliri, vt per Archid. in c. præſenti 5. q. 2. Ergo multo minus viuens protegetur ab eccleſia.

Tamen communis opinio Doctorum eſt in contrarium, nempè, gaudere fidelem hoc priuilegio etiam ſi ſit excōmunicatus; ita docet Hoſt. in Summa tit. de Immu. eccleſię § à quibus verſ. Quid ergo &c. Henricus in c. fin. de Immun. eccleſiæ col. 5. Boerius deciſ. 110. n. 7. teſtans de communi, Suarez de Religione tom. 1. trac. 2. lib. 3. cap. 10. nu. 3 Syluester in Summa in verbo Immunitas 3. q. 3. verſ. ſecundum &c. Remigius de immunitate eccleſiæ Fallentia 19. Iulius Clarus in ſua pract. crim § fin. q. 30. n. 17. verſ. Quæro etiam, teſtans de communi, Couar. in lib. 2. var. Reſol. c. 20. nu 11. Marius Alterius in ſuo tract. de Cenſuris tom. 1. lib. 2. c. 6. col. 3. lit E, verſ. Hoc idem ſentiendum eſt &c. Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. cap. 26. n. 3. Angelus de Claua in ſua Summa verbo Immunitas §. 11. Io. Faber in §. fin. Inſt. de His qui ſunt ſui, vel alieni Iuris, ſub n. 3. Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de Carceribus, & Carceratis q. 28. nu. 39. Nauar. in Manuali c. 25. n. 19. verſ. Tertio quòd ex hoc &c. Alex. Ambroſinus in ſuo tract. de immun. eccleſiæ in Bullā Greg. xiv. c. 8. n. 13. verſ. Attamen communis opinio, & ratio eſt quia excommunicatio non habet alios effectus, niſi quos ius declarauit: ſed nullo iure ſtatutum eſt vt excommunicatus non poſsit gaudere immunitate eccleſiæ; ergo inde extrahi non poterit.

Nec obſtant in contrarium adducta per Fęlinum, nam.

Ad primum reſpondetur, declarando illam Regulam, hoc pacto; Fruſtra legis immunitatis implorat auxilium, qui committit in legem immunitatis; Vnde quando quis eſt excommunicatus ex eo quòd immunitatem eccleſiaſticā violauerit, & poſtea pro eodem delicto confugerit ad eccleſiam, non debet gaudere immunitate, quia deliquit in legem immunitatis, & ideo fruſtra implorat eius auxilium. Et puniri poterit ab eccleſiaſtico Iudice, quia ratione criminis forum ſortitur eccleſiaſticum, vt docet Abbas in c. Relatum n. 1. Verſ & ex hoc, & Gloſ. in cap. Grauem de ſenten. excommunicationis, Marius Italia de Immun. eccleſiarum lib. 1. c. 3. §. 2. num. 2 & facit text. in c. Cum ſit generale de foro compet.

Sed in caſu noſtro non præſupponitur, quòd ſit excommunicatus pro delicto violationis Immunitatis Eccleſiæ, ſed pro alio delicto, Ergo gaudere debet Immunitate, per ſupradicta; Licet poſsit

etiam

etiam puniri à Iudice eccleſiaſtico pro inobedientia, pro qua excommunicationem incurrit, vt dictum eſt.

Ad ſecundum reſpõdetur, quòd excommunicato non eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, niſi quando celebrantur diuina, vt docet Gloſ. in c. Qui ſtudet 1. q. 1. in verbo Dimiſit in fine, & Butrius in c. Reſpõſo de ſent. excommunicationis. Et licet in eo tempore poſsit expelli ab eccleſiaſticis, tamen ſine expulſione extrahi non poteſt, ita refert Card. Tuſchus teſtans de communi tom. 3. lit. E, concl. 10. nu. 26. Et mortuo ideo denegatur ſepultura, quia præſumitur eſſe mortuum impęnitentem, ſed non per hoc ſequitur, quòd viuens non poſsit eccleſiam ingredi.

Amplio ſupradictam Communem opinionem procedere etiam in Interdicto, Tum ex rationibus ſupradictis, tum etiam quia Eccleſia Interdicta gaudet ſua Immunitate vt ſupra probatum eſt c. 3. n. 10. Ergo eccleſia etiam non interdicta gaudebit illa reſpectu perſonæ interdictæ.

Sed cõtra ſupradictam ampliationem videtur obſtare tex. in cap. Quia fruſtrà extrà de Vſuris, vbi dicitur, Fruſtra legis auxilium inuocare, qui committit in legem: Sed interdictus ab ingreſſu Eccleſiæ in eam delinquit ingrediendo; Ergo non poteſt ab illa protegi ac defendi.

Prætereà Interdictus ab ingreſſu eccleſiæ non poteſt in ea ſepeliri, vt patet ex c. Is cui de ſen. excõis in 6. Si igitur mortuum eccleſia eũ expellit: ergo multo magis viuum non protegit.

Sed ad vtramq; oppoſitionem Reſpondetur, quòd ingreſſus ad Eccleſiam prohibetur interdicto dum viuit, & tempore mortis in ordine ad actus Religionis, vel Diuini cultus, vt docet Suarez de Religione tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap 10 nu. 4. Vnde Interdictus (etiam ab ingreſſu Eccleſiæ) non violat interdictum dum eccleſiam ingreditur tempore quo diuina non celebrãtur, vt docet Innoc. in c. Sacro verbo Ingreſſum de ſent. Excommun. Nauar. in Manuali cap. 27. nu. 170. Couar. in c. Alma mater de ſen. excõmunicationis in 6. Secunda parte. r. §. 1. nu. 3. Verſ. Poterit tamen &c. & alij quos refert, & ſequitur Sayrus de Cenſuris Eccleſiaſticis lib. 5. cap. 9. n. 16. teſtans de Communi. Nec etiam cenſetur violare interdictum, dum eccleſiam ingreditur tempore quo Diuina officia celebrantur, non vt Diuina officia audiat, vel celebret, ſed tantum ne à ſatellitibus capiatur: Nam ſicut interdictus qui tranſit per eccleſiam, vel in eam ſe recipit, vt à pluuia defendatur non violat interdictum, vt docet Suarez in loco præallegato, ita etiam in caſu noſtro non violat interdictum: Nam animus, & propoſitum diſtinguunt maleficia l. Verum, & l. Quæ iniuriæ. ff. de Furtis. Præterea dato quòd ingrediatur tempore quo Diuina celebrantur, & ab eccleſiaſticis poſsit expelli, tamen ſine expulſione extrahi non

poteſt, vt refert Illuſtriſsimus Cardinalis Tuſcus, teſtans de communi, tom. 3. lit. E, concl. 10. n. 26. loquens de excommunicato, cui eodē pacto eſt prohibitus ingreſſus ad eccleſiam dum diuina officia celebrantur. Et hanc opinionem tenet Remigius de Gonni in ſuo tract. de Immun. eccleſiæ Fallentia 19. nu. 1. in fine, & defendit Suarez in tom. 1. de Relig. tract. 2. lib. 3. c. 10. n. 4. contra Felin. in c. 2. de except. n. 5.

3 Tertium dubium eſt, An Clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ gaudeāt hoc priuilegio Immunitatis quemadmodum Laici delinquentes? Duæ ſunt Doctorum opiniones in hac difficultate

Prima opinio docet, vt non tantum Laici delinquentes, ſed nec etiam clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ ad eccleſiam confugientes poſsint ab ea inuiti extrahi etiam per Iudices eccleſiaſticos.

Probatur hæc opinio, Primò quia Canones non excipiunt Clericos, & eccleſiaſticas perſonas à Regula ſupradicta in c. 5. num. 1. Ergo neque nos illos excipere debemus.

Secundò Clerici, & eccleſiaſticę perſonæ non debent eſſe peioris conditionis quam Laici; Immo maior ratio militat in Clerico, quàm in Laico ne extrahatur ab eccleſia, cum eccleſia ſit propria domus Clericorum, ſed in domo propria neminē capi permiſſum eſt, vt patet ex l. Nemo. ff. de regul. iuris, & l. Pleriq; ff. de in Ius vocando: ergo neq; clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ ab eccleſia extrahi poterunt.

Tertiò hoc priuilegium Immunitatis eccleſ. conceſſum eſt, & nō perſonis, vt tradit Bologni. de Indulg. col 3. verſ. hoc etiam probatur, & Bald. in c. 1. col. 3. verſ. & ſi Priuilegium conceſſum eſt clerico de Reſcriptis, quos refert, & ſequitur Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immunit. eccleſiæ in Bullam Greg xiv. c. 12 n. 2. verſ. Tertio &c. Ergo comprehendit omnes perſonas quæ ad dictas eccleſias confugiunt: Quia natura priuilegij conceſsi loco talis eſt, vt generale eſſe debeat omnibus in eodē loco exiſtentibus: vt notatur in l. vltima. ff. de teſtam. militari, & tradit Bart. in l. fin. C. de teſtamentis, & in l. 1. C. de Summa Trin. Baldus in l. Si non ſpeciali C. de teſtamentis.

Quartò pro hac opinione facit tex. in c. Nullus Clericorum 17. q. 4. vbi dicitur, *Nullus Clericorum ſeruum aut diſcipulum ſuum fugientem ad Eccleſiam extrahere audeat, vel flagellare præſumat.* Si igitur Dominus, & Magiſter tenetur eccleſiam reuereri, & pro dominica aut magiſtrali diſciplina non licet illis aliquem de eccleſia extrahere, multo minus licebit Iudici eccleſiaſtico incarcerare, & punire Clericos.

Et hanc opinionē tenet Innoc. in c. Inter alia de immunit. eccleſiæ, & ibidem Cardin q. 6. Roman. conſ. 227. Spectabilis Domine &c. & conſ. 234. Aduertendum &c. Ioānes de Viſchis in tract. de immun. eccleſiæ concl. 2. quem refert, & ſequitur Farinac. in ſua pract. crim.

par. 1.

par.1. tom.2. tit. de carceribus, & carceratis q 28.num.7.Card.Tuſchus tom.3.lit.E,concl.9. num.17. & concl.10. n.25 Decianus in ſuis tract.crim.p.2.lib.6.c.26 n.1.vbi late diſputat hanc quæſtionem, Alexander Ambroſinus in loco præallegato c.12.n.3. qui alios pro hac opinione aſſert, & Marius Italia de immunitate eccleſiarum lib. 1. c.3.§.1.n.2.

Sed Decianus, & Ambroſinus in locis præallegatis limitant hãc opinionem non habere locũ quãdo clericus venit ad Eccleſiã, vel Monaſterium, vel Palatium Epiſcopi alia cauſa quam vt gaudeat immunitate:nam in hoc caſu exiſtimant quòd poſsit carcerari, & puniri, & extrahi ab eccleſia; ſed quando confugit ad eccleſiam, vt gauderet Immunitate,in hoc caſu putant eſſe tutum.

Secunda opinio docet poſſe Prę latum eccleſiaſticum extrahere clericum, vel aliam perſonam eccleſiaſticam delinquentem ab eccleſia. Probatur hæc opinio.

Primò quia maior eſt immunitas perſonalis quæ clericis conceditur ratione ſuæ conſecrationis quam illa quæ prouenire poteſt ex circumſtantia loci: ſed prior non impedit quo minus à ſuo Prælato poſsit clericus, & eccleſiaſtica perſona incarcerari,& corporaliter puniri intra eccleſiaſticos limites c.Vniuerſitatis de ſen.excõmunicationis; Ergo nec locus ſacer impediet.

Secundò Iudicium eccleſiaſticũ cenſetur magis medicinale quam iudicatiuũ, & ſpirituale potius, quam temporale,& ideo tale iudicium intra eccleſiam fieri non prohibetur;immo Abbates religioſos caſtigant, & puniunt in eccleſijs, & Monaſterijs.

Tertiò validum eſt in iure argumentum ab abſurdo vitando c. In geneſi de electione,c.ex ore de Priuilegijs,& ibi Panorm. Io. And. in c.Dudum de Præbendis in 6 & ibi etiam Gloſ.ſuper verbo Abſurdũ. Guid. Papa ſingul.393 Sed ſi clerici,& perſonæ eccleſiaſticæ gauderent hoc Priuilegio immunitatis ſequeretur quòd nunquam poſſent carcerari, (quia ſemper ſunt in Monaſterio, vel in eccleſia, vel domo eccleſiæ,quæ loca ſunt loca immunitatis vt patet ex ſupradictis) quod eſt abſurdum ;ergo ad euitandum hoc abſurdum eſt concludendum quòd gaudere non debent hoc priuilegio.

Quartò in præſenti Conſtitutione fit mentio ſolum de Laicis,ibi, *Vt Laicis &c.* & infra, *præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes &c.* Ergo dum laici tantũ nominantur,clerici,& eccleſiaſticæ perſonæ videntur excluſæ,arg. c.Non ne de Præſumptionibus.

Quintò probatur ex conſuetudine quæ eſt optima legum interpres, Nam Bernardus Diez in ſua pract.crim.canonica c.115. dicit, quòd conſuetudine, & moribus obtentum eſt, Iudicem eccleſiaſticum poſſe clericum inuitum ab eccleſia abducere ad criminis punitionem; & idem teſtari videtur Nauar. in Manuali cap.25.nu.22. Iulius Clar.in ſua pract.crim § finali quæſt.30.nu.15.verſ.Vlterius

Quæ-

Quæro.& Remig. de Gonni in ſuo tract.de immun.eccl.Fallent.21.in finalibus verbis.

Et hanc opinionẽ tenet Panor. in c. Inter alia de immun. eccleſ. n.13. Angelus in Summa in verbo immunitas num. 14. Sylueſter in Summa verbo immunitas 3. q. 3. §. Tertium &c. Couarr. in lib. 2. var. Reſolut.cap.20. num. 16. Suarez de Relig.tom.1. tract.2. lib.3. c. 10.num.6. Nauar. in Manu.c.25. num. 22. Et in Archiepiſcopatu Neapolitano ſic eſt vſu recepta præſens Conſtitutio, vt Laici tantum, & non clerici gaudeant dicta immunitate; Vnde à Prælatis eccleſiaſticis extrahi poſſunt, & puniri, vt refert Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana, c.23.n.11.

10 In cõtrarium verò adducta non obſtant nam.

Ad primum reſpondetur, quòd clerici,& eccleſiaſticę perſonę ſunt excluſæ à præsẽti immunitate per declarationem S.Pontificis, (cui ſpectat ius humanum Canonicũ, & Diuinum declarare) quia dum reduxit præſentem immunitatem eccleſiaſticam ad vnam tantum formam per præſentem Conſtitutionem,& in illa mentionem facit tantum de Laicis,& de Clericis,& Eccleſiaſticis perſonis mẽtionem tantum facit dum tractat de Immunitate perſonali,ibi, *Sicuti etiã* &c.ſequitur tacitè declaraſſe, Canones de hac immunitate loquentes non comprehendere clericos, nec perſonas eccleſiaſticas.

Præterea vſus eſt optimus legũ interpres, ergo dum vſus ante, & poſt præſentem conſtitutionem declarauerit Iudicem eccleſiaſticum poſſe Clericum inuitum ab eccleſia adducere, ſequitur quòd nec vigore Canonum, nec præſentis conſtitutionis poſsint clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ gaudere hac immunitate.

Ad ſecundum Reſpondetur: Quòd non ſunt peioris conditionis, quia licet hac immunitate locali non gaudeant, gaudent tamẽ immunitate perſonali quæ clericis cõceditur ratione ordinis, quæ maior eſt & eccleſiæ, & loca ſacra impropriè & largo modo dicũtur domus Clericorum, Nam propriè dicuntur domus Dei, Vnde in officio dedicationis eccleſiæ dicitur. Hæc eſt domus Domini.

Ad tertium reſpondetur verum eſſe, conceſſum eſſe Eccleſijs hoc priuilegium, ſed reſpectu laicorum vt patet ex vſu, & ex præſenti Conſtitutione ibi, *vt Laicis &c.*

Ad quartum deſumptum ex c. Nullus Clericorum 17 q.4 Negatur conſequentia: Non enim eſt proportio inter Dominos & Magiſtros, cum Prælatis Eccleſiaſticis.

Quartum dubium eſt, An debitor fugiẽs ad eccleſiam propter debitum ex cauſa ciuili, poſsit ab eccleſia extrahi?

Prima facie videtur dicendum, quòd poſsit extrahi: Nam immunitas eccleſiaſtica per Canones conceſſa eſt reis, qui cõfugiunt ad eccleſiam nõ autem debitoribus, vt patet ex c. Inter alia de immunitate eccleſiæ, ibi, *ſi liber quãtumcunque grauia maleficia perpetrauerit,*

vit &c. loquitur enim tantum in cauſis criminalibus.

Patet etiam ex c. Id conſtituimus 17. quæſt. 4. in principio vbi dicitur Canones, & leges ſtatuiſſe, vt non liceat ab eccleſijs reos abſtrahere; loquitur enim de reis criminoſis, (nam debitores non ſunt propriè rei) vnde paulo poſt dicit, *ita vt ei cui reus fuerit criminoſus*; Hanc opinionem tenet Iaſon in l.Vinum.ff. Si certum petatur num. 5.

Communiter tamen Doctores tenent Debitorem non poſſe extrahi ab eccleſia, & immunitatem hanc locum habere non ſolum in cauſis criminalibus, ſed etiam ciuilibus; ita tenet Marſil. in l.vnica n. 111. C. de Raptu virginis, vbi teſtatur ita ſeruari de cõſuetudine, Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de captura n. 26. vbi dicit quòd ita tenẽt communiter Doctores in l. Si quis; ff. de in ius vocando, Decianus in ſuis tract. crim. lib. 6. c 28. n. 34 per totum, Syluester in Summa verbo immunitas 3. num. 3. verſ. Sextum &c. Coua. in lib 2 var. reſolut c. 20. n. 14. verſ. ſed profecto vbi teſtatur etiam de cõmuni, Card. Tuſchus tom. 3. lit. E. concl. 11. num 31. Remigius de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſ. Fallen. 27. in finalibus verbis. Abbas in ca. Inter alia de immun. eccleſiæ. nu. 22 Farinac. in ſua pract. crim. p. p. tom 2. tit. de carceribus. & carceratis q. 28. n. 30 Suarez de Relig. tom. 1. trac. 2 lib. 3. c. 11. n. 3 & latè illam probat Io. Gutierez in lib. 1. practicarum quęſtionum q. 1. n. 7. & ſeq. & pręcipuè num. 13.

Et probatur ex tex. in leg. 1. & l. Præſenti C de His qui ad eccleſias confugiunt; in l. enim prima dicitur, *Vt ad eccleſiam confugientes euitare poſſint crimina, vel pondera debitorum*: Et in l. Præſenti §. Cum autem, declarat Imperator modum quo cauſa illius tractanda eſt, qui propter debita ad eccleſiam confugit. Vnde cum lex Canonica in hoc non repugnet, iuxta legem ciuilem quam ipſa citat, & approbat erit interpretanda; Nã in c. id conſtituimus 17. q 4. dicitur *Obſeruandum eſſe quòd eccleſiaſticis Canones decreuerunt, & lex Romana conſtituit, vt ab eccleſia reos abſtrahere non liceat.*

Nec conuenit hoc limitare ad reos criminoſos vt dictum eſt in oppoſitione; ſed latè intelligere debemus, prout reus in iudicio appellatur, qui prouocatur, & poſtulatur ad cauſam, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur; ita docet Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 11. n. 3.

Ad authoritatem vero Iaſonis, & eiuſdem fundamenta latè reſpõdet Decius in dicta l. Vinum. ff. Si certum petatur nu. 8. Purpur ibidẽ num. 10. Decianus in ſuis tract. crimin tom. 2, lib. 6. cap. 28. nu. 34. Verſ. limitant tamen, & Couarr. in lib. 2. var. Reſolut. cap. 20. num. 14. verſ. Nec Iaſonis argumentatio.

Amplio primò ſupradictam cõmunem opinionem procedere dato quòd debitum ſit publicum Ita docet Syluester in Summa verbo immunitas tertio num. 3. verſ. ſextum, Boſſ. & Couarr. in locis præcitatis,

citatis,

citatis, Capella Toloſana deciſ. 422. Farinacius vbi ſupra num. 31. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immu. eccl. in Bullā Greg. xiv. c. 13. n. 2. in fine, verſ. quòd ampliatur procedere.

Et licet contrarium ſancitum ſit de iure Cęſareo in Authent. de mandatis Principum §. Publicorum, tamen ille tex. tanquam Iuri Pontificio contrarius recipiendus non eſt, vt docet Abbas in c. inter alia de immun. eccleſ. n. 24. Syluef. Farinac. Couarr. & Boſſ. in locis præallegatis, & Dec in ſuis tract. criminal. tom. 2. lib. 6. cap. 28. n. 26.

Amplio ſecundo ſupradictam communem opinionem procedere etiam in debitore ſuſpecto de fuga, nam confugiens ad eccleſiā non poteſt inuitus ab ea extrahi: ita docet Abbas in c. Inter alia extra de immunitate eccleſiæ nu. 22. Remigius de immunit. eccleſiæ Fallent. 27. num. 4. 5. & 6. Couar. in lib. 2. var. Reſolut. cap. 20. num 14. verſ. ſed profecto debitorem fugitiuum, Duenna in Regula 175. in 3. limit. Decian. in ſuis tract. crim. p. 2. lib 6. c. 28. n 34. verſ. limitant tamen, Farinac. in ſua pract. crim. p. 1. tom. 2. tit. de carceribus & carceratis quæſt. 28. num. 32. Alexander Ambroſinus in ſuo trac. de immun. eccl. in Bullam Gregorij Papæ xiv. cap. 13. num 3. & præcipuè in verſ. Vnde dicendum, & Cardinalis Tuſchus tom. 3. lit. E, conclu. 11. num. 30. & 31. teſtans de communi.

Amplio tertio ſupradictam cōmunē opinionem procedere etiā (regulariter) in Mercatore decocto, quia in præſenti Conſtitutione non excipiuntur, & ita latè probat Steph. Gratianus in ſuis Diſcept. Forenſ. tom. 2. c. 380.

Nec obſtat quòd multi Doctores dicunt, nempè (Couarr. in lib. 2. var. Reſolut. cap. 20. nu. 14. verſ. Nec Iaſonis, Boer. deciſ. 215. nu. 7. Decianus in tract. criminali tom. 2. lib. 6. cap. 28. nu. 34. in fine, Farinacius in ſua pract. crim. p. 1. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. num. 33.) quòd iſti comparātur publicis latronibus, & tanquā tales à diuerſis Conſtitutionibus grauiſsima, & capitali pœna plectuntur, & ideo hac immunitate gaudere non debent, nam Reſpondetur quòd licet per Pium V. in ſua Bulla 116. quæ incipit poſtquā &c. æquiparentur furibus decoctores fraudolentes, quos etiam tanquam fures mandat puniri vltimo ſupplicio, tamen non poteſt dici, quod fures veniant ſub nomine publicorum latronum, qui in Bulla nominātur, vt docet Steph. Gratianus in loco præallegato n. 33. Et licet per ſupradictos Doctores publicis latronibus comparentur, tamen re vera tales non ſunt regulariter. Et difficile eſt vt in eis concurrant ea, quæ neceſſaria ſunt ad publicum latronem conſtituendum, & præcipuè frequentia actuum.

Præterea raro aut numquam verificatur in eis quòd ſint fraudolenter falliti, ſeu Decottores: vnde immunitate (regulariter) gaudent, & huius opinionis eſt etiam Alexander Ambroſinus in ſuo

tract.

tract.de immun.eccleſ in Bullam Greg.xiv.cap.13.n.4.in fine.

Dixi regulariter, quia quando legitimè conſtaret eos eſſe re vera fraudolenter decoctores tunc procederet opinio contraria ſupradictorum Doctorum, nempè Couar. Boer, Deciani, & Farinacij.

5 Quintum dubium eſt, An falſum committēs cum periurio gaudeat hac Immunitate? Igneus in l.1.in principio n.20.in fine.ff.ad Sillani tenet quòd non gaudeat; Et rationem affert quia periurus æquiparatur homicidæ voluntario in c.fi. 22.q.1.Sed in contrarium eſt veritas, quia crimen hoc neq; Iure Canonico neq; Ciuili, neq; per præſentem Conſtit. eſt exceptum, vt docet Decianus in ſuis tract. crimin. tom.2.lib.6.cap.28.n.21 Vnde Regula ſuprapoſita in cap.5. num. 1. remanet firma in caſibus non exceptis; & per conſequens Immunitate priuari non debet, vt patet ex ſupradictis cap 6 num.23. cum ſeq. & licet in dicto c. vltimo, 22. q.1 æquiparetur periurium homicidio, non tamen æquiparatur homicidio proditoriè cōmiſſo, quòd eſt exceptum in Iure, & per præſentem Conſtit. Et licet illa vox *ſpontè commiſſo* poſita in illo tex. inferat dolum ſine quo homicidium puniri non poteſt, l. 1. ff. de Sicarijs, non tamen infert proditionem.

Præterea ille tex. æquiparat periurium homicidio quo ad numerum annorum quibus pœnitentiam agere debet periurus, ſed nō quo ad Immunitatem, vt docet etiam Decianus in loco præallegato.

6 Sextum dubium eſt, Si incendiarius ad eccleſiam confugiat, an gaudeat eius immunitate?

Caſſaneus quem refert, & ſequitur Decianus in ſuis tract. crimin. tom 2.lib.6.cap.28.num.24 tenet quòd non. Et eamdem ſequitur opinionē Marius Italia de immu. eccleſiæ lib.1.cap.5.§ 3.num.56.& 57.& ratio eſt, quia ſunt Depopulatores, vt patet ex c.Peſsimam 23 q.8.ibi, Peſsimam quidem, & Depopulatricem, & horrendam incēdiariorum malitiam &c. Vnde ſicut qui incendunt agros dicuntur Depopulatores, & excluduntur ab hac immunitate, ita ſimiliter, & iſti excluduntur. Quæ opinio mihi videtur vera quando incendiarius data opera, & ex malitia incēdit; & multo magis erit vera ſi ex incendio aliquis perijſſet, quia ille per inſidias eſſet occiſus, & comprehenderetur incendiarius non ſolum in exceptione ſecunda ſuprapoſita in c 6.n.12.ſed etiam ſub exceptione quarta ſuprapoſita in c.7 n 1.

7 Septimum dubium eſt, de Crimine Adulterij, Nam in Authent. de Mandatis Principum §.Deinde competens eſt, Verſ Homicidia autem & §.ſed neq; verſ.Neq; autem &c. Excipitur Adulterium, quòd etiam fatetur Ancharanus. in c.Inter alia de Immunitate eccleſiæ.

Sed communiter Doctores docent oppoſitum quòd non excipiatur à Regula ſupradicta in c.5.n.1. ita docet Syluest. in Summa verbo Immunitas 3.q.2.n.2.verſ. Quartā &c.

&c. Angelus in Summa verbo Immunitas num.17. & ibidem Vngarellus in ſua Addit.lit.T, Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.9.c.28 n.22.Suarez de Relig.tom.1.tract. 2.lib.3. cap.11. nu.17. verſ. Neque licet extendere &c. Panor. in c.Inter alia de Immu.eccleſiæ, à n. 14. vbi latè diſputat hoc dubium. Et ratio eſt, quia in hac materia ſtandum eſt Iuri Canonico, & non Ciuili, vt docet Couar. in lib.2. var. reſolut.cap.20.nu.3.& nu.12.circà medium, Farinacius in ſua pract. crim.p.p.tom.2.tit.de Carceribus & Carceratis q.28. n.6. & num.15. in fine, Suarez de Relig.to.1.tract. 2. lib.3. cap.8. nu.11.& Remig.de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ. Fallent.28. in finalibus verbis ſed per ius Canonicum Regula eſt generaliter ſtatuta, quòd delinquentes confugientes ad eccleſiã non ſunt ab illa violenter extrahẽdi quantumcumq; grauia maleficia perpetrauerint, niſi in caſibus in iure exceptis, vt probatum eſt ſupra in cap.5.nu.1. Ergo cum crimen Adulterij non ſit per ius Canonicum exceptum, neq; per præſentem Conſtitut. per quam conſtituitur forma Immunitati eccleſiæ, ſequitur quòd non poſſunt Adulteri ab illa per vim extrahi.

Præterea ius ciuile non ligat eccleſiam, niſi ea acceptauerit 96.d. per totum, Nec ſuppletur in hoc caſu Ius canonicum per Ciuile, Nam ſuppletio tendit ad diminutionem honoris Eccleſiarum.

8 Octiuum dubium eſt, de Simpliceè fure, qui non vnicum furtum commiſit, An gaudeat immunitate Eccleſiaſtica?

Et variæ ſunt Doctorum opiniones, Nam Gomez in tom. 3. var. Reſolu.c.2.poſt num.2. dicit quòd de Iure gaudet, vbi etiam aſſerit ita Communiter teneri, Idem docet Innoc. & Doctores in c. Inter alia de Immunitate eccleſiæ, Decianus in tract. crim. tom.2.lib.6. c.28.n.4.vbi teſtatur etiam de cõmuni, Iul.Clar. in ſua pract. crim. §.fin.q.30. verſ.Quæro an fures nu. 12. Farinacius in pract. crim. p.p. tom.2.tit.de Carceribus,& Carceratis q 28.n.51.in fine.verſ. verum &c. in noua impreſsione Cardin. Tuſchus tom.3.lit.E,cõcl.10.n.23. & Caual.de Brach. Reg.1.n.98. dicens habere locum etiam ſi furtũ fecerit in via publica, vbi mentionem facit de præſenti conſtitut. Greg.xiv.

Et ratio eſt quia dum per Canones excipiuntur publici Latrones ſequitur quòd ſimplex fur ſit tutus in eccleſia, (quia differentia eſt inter eos, vt probatum eſt ſupra in c.6.nu.8.& 11.) Et exceptio in vno caſu facta, in alijs firmat Regulã; vt docet Bart.in l.Quæſitum § Deniq; ff.de fundo inſtructo, Dec. in l.1.ff.de Reg.Iuris nũ. 21. Roman. conſ.337.Decianus in loco præallegato,& Marius Italia de immunit. eccleſiarum lib. 1. cap. 5. §. 1. num.2.

Alij vero dicunt, quòd licet de iure hoc verum ſit, tamen de conſuetudine conſenſu Clericorum, & Laicorum introducta non gaudet hac immunitate, & quòd ita paſsim ab Eccleſijs extrahuntur: ita docet Couar.in lib.2.var.reſol.

c.20.

c.20.n.13.verſ 19.Igneus in l.1.§.ſi ſibi manus.ff.ad Syllan.n.127 Additio ad Angelū de Maleficijs in verbo. Quòd fama publica nu. 59. lit.B,in fine.

Pro reſolutione præſentis dubitationis dico, quòd ſimplex fur gaudet immunitate eccleſiaſtica.

Probatur per Regulam ſupra poſitam in c.5.n 1. & per ſupradicta: & ad conſuetudinem Reſpondeo primò Quòd non eſt vniuerſalis,nam Iul. Clar. in loco præcitato dicit hæc verba, *Hæc conſuetudo apud nos non ſeruatur*; Decianus etiā in loco præcitato dicit,Quòd communis conſuetudo eſt, vt ſimplices fures ſint tuti in eccleſia, etiam quòd in ea deferant furta; & quòd conſuetudo contraria eſt impia,& ideo non eſt ſeruanda.

Aduerte tamen ad id, quòd dicit Decianus, Nam licet ſimplex fur in eccleſia capi non poſsit, nec ab illa extrahi,Tamen res furtiuæ poſſunt etiam in eccleſia ab eo per vim auferri cum licentia Epiſcopi,vel eius Vicarij, vt domino reſtituantur, ne eccleſia occupantem rem alienam tutari videatur: ita docet Farinacius in loco præal legato n.58. & Couar. in lib.2.var. reſol.c.20.n.15.verſ.vigeſimo octauo in fine.

Secundo dato,quòd iſta cōſuetudo ſit in aliquo loco particulari,dico potius dicendum eſſe corruptelam, & abuſum quam conſuetudinem, vt patet ex præſenti Conſtitutione Greg.xiv. col 1. ibi, *Abuſus tollere.* quæ conſtitutio ad tollendos hos abuſus fuit promulgata à Summo Pontefice; Vnde cum nec per illam,nec per alia iura excipiatur iſte caſus, ſequitur quòd Regula ſupra poſita in c. 5. n.1. remanet firma in caſibus non exceptuatis, iuxta tex.in c.Dominus 32.q.7.l.Nam quòd liquide §. fin.ff de Pen.leg.& doctrinā Decij, Cagnol.& gloſ in l.1 ff de reg. iur. & Deciani in ſuis tract.crim. tom. 2 lib 6.c.28.n.4.

9 Nonum dubium eſt, An furans in eccleſia gaudeat immunitate eccleſiæ? Decianus in ſuis tract. crim.tom 2.lib.6.cap.25 nu.7. docet quod non,& idem ſentit Angelus de Caſtro inter conſil.Pauli de Caſtro patris ſui, in conſ 458 n.1. lib.2 teſtans eſſe communem Doctorum opinionem,& alij quos refert,& ſeq.Farin.in ſua pract.crim. p. p. tom.2 tit. de Carceribus, & Carceratis q 28.n.47.

Ego vero dico, quòd gaudet immunitate, quia tam per Canones, quam per præſentem Conſtitutionē excipiuntur tantummodo Homicidia, & mutilationes mēbrorum: Vnde in reliquis delictis quantumcumq; ſint enormia remanet Regula ſupradicta (in c.5. n.1.)firma,quòd gaudeat Immunitate;& hanc opinionem tenet Goffred.in l.S: quis in hoc genus C.de Epiſcopis,& Clericis, Card.in c.ſi. de immunit.eccleſiæ Fallent 3.ampliat.3.dictæ Fallentiæ fol.125 Poteſt tamen Epiſcopus in hoc caſu duo facere,vel punire ipſum reum ratione ſacrilegij commiſsi furando in eccleſia,ſecundum Panor. in c.inter alia num. 29 de immunit. eccleſiæ Farinacium in ſua pract. crim.p p.tom.2.tit.de Carceribus

& Car-

& Carceratis q.28.n.62.in fine, Remigium de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ.q.16.nu.2. in fine, Cardinalem Tuſchum in tom. 4. lit.I,concl.59.nu.4.5 & 6.& ſeq. Et Marium Italiam in ſuo tract. de immun.eccleſiæ in præſentem cōſtit.Greg.xiv.lib.1.cap.3.§ 2.nu 2. cap.4.§.7. num.13.& 14.& c.5 §.3. num.79.

Vel ſi expediens ſibi videbitur, poterit ipſum reum tradere Curię ſæculari, data prius ſecuritate ab ipſo iudice ſæculari,de delinquentis impunitate, quo ad vitam, & membra, & omnem corporalem pœnam, iuxta Canonem Id Conſtituimus 17.q 4.& ita docet Sylu. in Summa verbo Immunitas 3. q. 4 num. 4. & Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.cap.13.num.3.

Hæc autem ſecuritas ſeu cautio ſufficit ſi ſit iuratoria vt in dicto Canone id conſtituimus 17. q. 4. Sed ſi timetur quòd iuramentum non ſeruet debet eſſe fideiuſſoria. Arg.c.Extranſmiſſa de reſtit.Spoliatorum,& docet Syl.in loco præallegato.

10 Decimum dubium eſt, An fur qui rem furto ſublatam extra Eccleſiam,poſtea intra eccleſiam cōtrectauerit, eaq; vſus fuerit, gaudeat Immunitate eccleſiæ?

Angelus Caſtrenſis Pauli Caſtrenſis filius in conſ.459.lib.2.inter ſui parentis reſponſa, docet poſſe ab Eccleſia abduci,nec eius Immunitate gaudere,ac ſi furtum in eccleſia commiſiſſet; Quæ opinio probari poteſt. Primò quia illa contrectatio ſeu vſus rei ſubreptæ eſt pretio æſtimabilis: Vnde cum in proprium vſum ſit conuerſa eſt nouum furtum,& nouum peccatum, vt docet Nauar. in Manuali c. 17. nu 54.& Caietanus in 2.2. D.Tho. q.66.ar.3.Nam furtum non ſolum eſt acceptio rei alienæ,verum etiā fraudulenta contrectatio illius inuito Domino,vt docent commun. Doctores in inſtit de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur § Furtum;Nam per illam contrectationem iniuria irrogatur Domino.

Secundo, Si quis rem furto abſtulerit ex vno loco,eamq; deferat ad alium locum diuerſæ iuriſdictionis,poterit à Iudice vltimi loci in quo illam tranſportauit puniri ob nouam contrectationem, nec tenebitur is remittere furem ad Iudicem loci in quo furtum cōmiſit,ita docet Bart.in l.Si dominium.ff.de Furtis:Ergo illa contrectatio eſt nouum delictum, & per conſequens punibile; & cum in eccleſia ſit commiſſum non debet Immunitate Eccleſiæ gaudere ille qui illud commiſit.

Couarr. verò in lib.2.var.Reſol. c.20. nu.15. verſ. Vigeſimo octauo in fine, cenſet ſupradictam Angeli opinionem eſſe falſam;Concedit tamen rem ipſam furto ſublatam poſſe ab ipſo fure etiam intra eccleſiam per vim auferri vt Domino reſtituatur;Et ita dicit intelligendum eſſe c.Vltimo de immun. eccleſ & ratio poteſt eſſe.

Primò,quia illa contrectatio eſt per accidens, cum non deferatur in eccleſia,vt iniuriam inferat eccleſiæ.

Secundò, Illa contrectatio, ſeu vſus rei ſubreptæ non poteſt eſſe

regu-

regulariter loquendo res magni momenti: Et propterea quia ſolet eſſe delictum leue, non per hoc perdit immunitatem eccleſiæ ſecundum communem Doctorum opinionem teſtè Couarr. in lib. 2. var.reſolut.cap.20.n.15.verſ.25.& Farinac.in ſua pract.crim.p.p.tō 1 tit.de carceribus, & carceratis q. 28.n.63.

Mihi vero videtur, quòd Immunitatem non amittat, quia hoc delictum neq; per Canones, neq; per præſentem Conſtitutionem eſt exceptum, & ideo Regulæ ſupra poſitæ in c.5.n.1. eſt ſtandum, vt patet ex ſupradictis in c.6. num.23. cum ſequent.

Vndecimum dubium eſt, An deferens arma prohibita in eccleſia dicatur delinquere in eccleſia, & eius immunitate non gaudeat?

Videtur dicendum, quòd delinquat, quia armorum vſus de Iure communi prohibitus eſt, tàm Clericis, quàm Laicis, tàm intra eccleſiam, quàm extra l.1.C.Vt armorū vſus inſcio Principe interdictus ſit lib.11.c.Clerici arma de vita, & honeſtate Clericorum, & docet Cotta in ſuis Memorial verbo Armorum, Soccin.Regula 30.Corne.latè conſ.20.lib.3. Vnde dum quis armatus intrat in eccleſia dicitur in eccleſia committere delictum, & per conſequēs, quòd immunitate eccleſiæ gaudere non debeat.

Et pro hac opinione facere videtur text. in l. Si ſeruus C.de His qui ad eccleſias confugiunt, Vbi ſeruus armatus qui confugit ad eccleſiam extrahi protinus videtur.

Et hanc opinionem tenet Rebuffus in conſt.Gall.tom.2.ſub tit. de Immun.Eccleſ.Glo.1.n.28. Petrus à Plat.in Epit.Delictorū lib.1. c.8.in fine num.28.Couar.in lib.2. variar. Reſolut.cap.20.num.18. verſ.36.

Nihilominus ſupradictis non obſtantibus videtur mihi dicendum, quòd extrahi ab eccleſia non poſsit ille qui arma detulit in eccleſia: Vel poſt delictum aliquod commiſſum armatus confugit ad eccleſiam.

Probatur primò, Quia ratio quare delinquentes in eccleſia nō gaudent eius immunitate eſt propter irreuerentiam factam loco ſacro, Nam deciſio tex.cap. fin. extra de Immunit.Eccleſ. non reſpicit qualitatem delictorum, ſed tātum locum ſacrum in quo delicta ſunt cōmiſſa, vt docet Decianus in ſuis tract crim.to.2.lib.6.Sed propter delationem armorum prohibitorum in eccleſia nulla, vel ſaltē parua irreuerentia fit loco ſacro: cum conſuetum ſit illa ibi portare, etiā à viris timoratis, & videntibus, & non contradicentibus Prælatis eccleſiæ: Ergo licet ſit delictum in ſe illa deferre contra prohibitionem ſuperioris, non tamen dicitur delinquere in eccleſia, ita ut perdat immunitatem eccleſiæ.

Secundo dato, & non conceſſo, quòd delinquat in eccleſia, adhuc non perdit Immunitatem eccleſiæ: Nam delatio armorum eſt leue delictum, vt docet Farinac.in ſua pract.crimin.p.p.tom.1.tit.de Carceribus, & Carceratis q.28 nu. 66. & Alexander Ambroſinus in

ſuo tractatu de Immunitate Eccleſiæ in Bullam Greg. xiiij. cap. 5. num. 5. verſ. Nec conſiderata, & propter delictum leue cõmiſſum in eccleſia non amittitur Immunitas eccleſiaſtica, vt probatum eſt in præcedẽti dubio decimo num. 10. in fine verſ. ſecundò ill. & c. Et licet idem Farinacius in loco prę allegato dicat, quòd tunc delatio armorum eſt delictum graue quã do mœretur capitalem pœnam propter aliquam particularem Conſtitutionem, vt in delatione archibuſettorum (vulgariter dicti) & quòd in hoc caſu credat poſſe capi in Eccleſia, tanquam in ea grauiter delinquentem; Tamen grauitas, vel leuitas huius delicti conſideranda eſt non reſpectu pęnæ à lege impoſita, ſed reſpectu irreuerentiæ factæ loco ſacro, vt patet ex ſupradictis in prima ratione, ſed minor irreuerentia fit loco ſacro portando piſtolam, ſeu archibuſettum (vulgariter dictum) quia minus videtur, quam arma longa; ergo non erit dicendum delictum graue reſpectu eccleſiæ ita vt perdat beneficiũ immunitatis, & per conſequens non poſſe per vim extrahi ab eccleſia.

Addo inſuper quòd cum hoc delictum non ſit neq. per Canones, neque per præſentem conſtitutionem exceptum debet gaudere eccleſiaſtica Immunitate, iuxta regulam ſupra poſitam in c 5. n. 1. & notata à nobis ſupra in c. 6. nu. 23. cum ſequentibus.

Et huius opinionis eſt Alexander Ambroſinus in ſuo tractat. de Immunitate Eccleſiæ in Bullam Greg. xiiij. c. 5. num. 5. verſ. Nihilominus, & num 5. in fine, licet alia ratione motus; Et ante ipſum Decianus in ſuis tractat. crimin. tom. 2. lib. 6 cap. 28. nu. 5. Verſ. ex iſtis &c.

Nec obſtant in contrarium adducta, nam.

Ad primum patet reſponſio ex ſecũda ratione pro noſtra opinione adducta.

Ad tex. in l. Si ſeruus C. de His qui ad Eccleſ. confugiunt reſpondetur Primò quòd ille tex. loquitur in ſeruo, & ideo ad liberos non eſt trahendus præſertim in exorbitantibus contra immunitatem eccleſię. Secundò Ratio illius tex. eſt quia mali exempli eſt, quòd ſerui arma ſuſcipiant contra dominos, quæ ratio in liberis nõ militat; Tertiò quando tractatur de immu. eccle. attendendum eſt ius Canonicum, vt probatum eſt ſupra in c. 1. n. 20. Sed per ius Canonicum non excipitur hoc delictum, nec per præſentem Conſtitutionem, Igitur gaudere debet immunitate deferens arma prohibita in eccleſia, iuxta regulam ſupra poſitam in c. 5. n. 1. & notata in c. 6. n. 23. cum ſeqq.

Duodecimum dubium eſt, An Blaſphemus gaudeat Immunitate eccleſia? Duæ ſunt Doctorum opiniones, Prima eſt Boerij qui in ſua deciſ. 110. dicit eſſe indignum gaudere immunitate; & idem dicit Decianus in ſuis tract. crim. tom 2. lib 6 c. 26. num. 6. 12

Et ratio videtur manifeſta in c. fin. de immu. eccl. quia fruſtra implorat legis auxilium qui in ipſã legem delinquit; Et qui delictũ in eccle-

eccleſia committit,nō debet gaudere immun.eccleſ. quia illam offendit: Ergo multo magis Immunitate eccleſ. gaudere non debet Blaſphemus,quia delinquit in Deū ſponſum, & caput eccleſiæ. Authē. Multo magis C. de Sacroſanctis eccleſijs,& Immunitas hæc conceſſa eſt eccleſijs propter Deum.

Altera opinio eſt Alex.in. Ambroſini in ſuo tract.de imm. eccleſiæ in Bullam Greg xiv. c 8.nu.12. verſ & propterea &c. qui tenet qđ gaudeat immunitate ſi Blaſphemia non eſt hæreticalis,& rationē affert, quia hodie Blaſphemi non puniuntur pœna mortis,ſed pęna pecuniaria, vel fuſtigationis,&c. vt patet ex Bulla Pij V. incipiente cum primum &c. Ego vero puto, quòd non priuentur Immunitate ſi blaſphemiæ non ſunt hæreticales; & ſi ſunt hæreticales diſtinguē dum eſt. Vel inquiritur vt blaſphemus tantum,vel vt ſuſpectus de fide, ſi vt blaſphemus tantum ſimiliter non priuatur immunitate;Et ratio eſt, quia neq; per Canones, neq; per pręſentem Conſtitutionē Greg.xiv.excipitur hoc delictum, ergo ſtandum eſt Regulæ ſuprapoſitæ in c.5. num.1. iuxta notata in cap.6.n.23.cum ſeq.Si vero inquiritur vt ſuſpectus de fide remitto lectorem ad ea quæ dixi ſupra.c.8. num.8.

13 Tertium decimum dubium eſt, de eo qui Clericum,vel eccleſiaſticam perſonā occidit an gaudeat Immunitate eccleſiæ?

Ioannes de Viſchis in ſuo trac. de immun. eccl. n.38 verſ.7.in interfectore Clerici, dicit quòd Immunit. non gaudet, & idèm tenet Decian. in ſuis tract. crim. tom.2. lib.6.c.28.nu.11 Gig. de crim.læſæ maieſt. lib. 1. Rubr. Qualiter & à Quibus crim.læſæ maieſt.cōmit.q. 10.n.16 Far.in ſua pract.crim. p.p. tom.2 tit de Carceribus, & Carceratis q.28.n.28.Foller.in ſuo pract. crim. Cano. c. 17 in verbo vt ſi eſt ſacrilegium n.10.Et ratio eſt,quia Clerici,& Eccleſiaſticæ perſonæ eccleſiam repræſentant.

Mihi verò videtur,quòd Immunitate gaudeat per Regulā ſuprapoſitam in c.5. n. 1. Nam neq. per Canones neq; per præſentem Conſtit.excipitur hoc delictum, Vnde ſemper Regula remanet firma in caſibus non exceptis,per ſupradicta in c.6.nu.23. cum ſequent.Præterea in præſenti Cōſtitutione extenſio fieri prohibetur,ibi,*ſublata eis &c.*Ergo non debet extendi ad alia delicta non expreſſa quantūcumq; ſint grauia per tex. in c. Inter alia de immun.eccleſiæ.

Nec obſtat, quòd Clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ eccleſiā repræſentant; Nā Eccleſia iuxta ſanctū Euangelium diligit inimicos,& benefacit perſequentibus illam. Et hanc opinionem tenet Nauar. in Manuali c.25.n.19.poſt medi. Villagut in ſuo tract.de extenſ leg.tit. de extenſ.immun.eccleſ.n.43. quē refert,& ſequitur Marius Italia de Immunitate Eccleſiarum lib. 1. cap.5 § 3.n.80 & c 3 §.3.n.7. idem tenet.

Quartum decimum dubium 14 eſt, An Raptores Virginum gaudeant Immunitate eccleſiæ?

Duę ſunt Doctorum opiniones,

Aliqui enim dicunt quòd immunitate non gaudent; Quæ opinio probatur.

Primò per Ius Cæſareum in Authent. de Mandatis Principum §. Deinde competens eſt, verſ. Homicida autem, & in §. Sed neque verſ. Neque autem & c. In quo iure ſtatutum eſt eos non gaudere Eccleſiaſtica immunitate, & ideo ab eccleſijs per vim & inuitos eſſe extrahendos.

Secundò hoc crimen eſt grauiſſimum, & reipublicę perniciosum, & ſimile his quæ in cap. Inter alia de Immunitate eccleſiæ excipiuntur: Ergo ſicut criminibus exceptis in dicto c. Inter alia, & in alijs Iuribus denegatur immunitas eccleſiaſtica, ex eo quòd grauiſsima ſunt, ſimiliter denegari debet Raptui Virginis: & per cõſequens dicti Raptores ab eccleſijs per vim extrahi poſſunt.

Tertiò publici latrones excipiuntur ab immunitate eccleſiæ, vt ſupra probatum eſt, in cap. 6. num. 2. Sed Raptus Virginum ſunt eiuſdẽ rationis cum latrocinio publico: Nam licet raptus ſupradictus habeat aliam malitiam luxuriæ cõiunctam, tamen non per hoc tollit malitiam iniuſtitiæ grauiorẽ, & eiuſdem rationis cum latrocinio: vt docet Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3 cap. 11. num. 17. verſ. Vel certè, in fine numeri; Ergo ſicut publici Latrones non gaudent immunitate, ita etiam Raptores Virginum illa gaudere nõ debent, & hanc opinionem tenet Couarr. in lib. 2. variar. Reſolut. cap. 20. num. 8. in fine, poſt Hyppol. in l. vnica, nu. 109. C. de Raptu Virginum, Anchar. in c. Inter alia de immun. eccleſ. & Suarez in loco præallegato.

Communis tamen opinio Canoniſtarum eſt, Raptores Virginũ gaudere hac immunitate; ita teſtatur Remigius de immun. eccleſiæ, Fallent. 28. Henricus Boic. in c. Eccleſiæ de Immunitate eccleſiæ Iulius Clarus in ſua pract. crim § finali q. 30. nu. 8. Verſ. Quæro Numquid, Angel. Clauas in Summa verbo Immunitas n. 17. in fine, Syluester in Summa eodem verbo 3. q. 2. n. 2. verſ. quartum genus &c. Lup. in tract. de illeg. & natal Reſtit. Comment. 1. §. 5. num. 132. teſtans de communi Farinacius in ſua pract. crimin. par. 1. tom. 2 q. 28 tit. de Carceribus, & Carceratis n. 17. & ſeq. teſtans etiam de communi, Boſſ. in ſua prac. crim. tit. de Capt. reorum n. 21. dicens ita ſeruari ab omnib. iudicibus timẽtibus Deũ. Pract. Papienſ. in form. inquiſit. in verbo Hæc eſt quædam inquiſitio n. 40. & Ioannes Gutierrez in lib. 3 practicarum quæſt q. 5. teſtãs etiam de communi nu. 7. & alij. Probatur hæc opinio.

Primò per tex. in c. De Raptoribus 36 q. 1. per quem tex. prohibetur ne Raptores ſupradicti qui ad eccleſiam confugerunt puniri poſſint pœna vltimi ſupplicij, vel alia pœna corporali; ſed tantum pęna pecuniaria, & ſic gaudent immunitate eccleſiæ.

Nec obſtat, quod aliqui dicũt, nempè Decretum iſtud non eſſe Concilij Vniuerſalis, ſed Prouincialis, & ideo non ligare omnes: Nam

Nam reſpõdetur quòd cum ab eccleſia vniuerſali ſit receptum, ab omnibus ſeruari debet.

Secundò, per Ius Canonicum generalis Regula eſt cõſtituta, vt delinquẽtes propter nullum crimen quantumcumq; graue ſit poſſint ab eccleſia violenter extrahi niſi in caſibus exceptis, vt probatum eſt ſupra in c.5. nu.1. Sed hic caſus per Ius Canonicum nõ excipitur, Nec per præſentem Conſtitutionẽ Greg.xiv. per quam conſtituta eſt forma huic Immun. Ergo gaudet Immu.eccleſiæ. Cũ exceptio firmet regulam in contrarium in caſibus non exceptuatis, vt ſupra probatum eſt, in c.6 n.23,

Nec in contrarium adducta obſtant, Nam ad Ius ciuile reſpondetur, quòd Immunitas eccleſiaſtica limitari non debet per Ius ciuile; & maximè cum per Ius Canonicũ (quòd attendẽdum eſt in hac materia, vt probatum eſt ſupra in cap.2. nu.5.) contrarium ſit ſtatutum vt probatum eſt ex ſupradictis.

Ad ſecundum dico, quòd non licet extẽdere exceptionem propter ſolam ſimilitudinem rationis alio qui eſſent excipienda multa alia vitia, vt docet Suarez in loco præallegato; Præterea in forma tradita per Summũ Pontificem Greg. xiv. in præſenti Conſtitutione excipiuntur aliqui caſus cum dictione taxatiua tantum, ibi, *Ad vnam tantum formam reducimus*. quæ dictio de ſui natura eſt impedire extenſionem ad non expreſſa, vt probatum eſt ſupra in cap.6.nu.25. Et formæ nihil addi, vel minui poteſt, ſed ad vnguem debet ſeruari vt probatum eſt ibidem cap. 6. nu.26.

Ad tertium reſpondetur, quòd procederet quando Raptor eſſet ſolitus rapere Virgines, ita quòd publicus Raptor dici poſſet, iuxta nota de publico Latrone ſupra in cap.6.num.7.& num.8. verſ.Tertio ad conſtituendum, cum nu.9. Et in hoc caſu comprehenderetur ſub exceptione prima præſentis Conſtitutionis.& meo Iudicio nõ deberet gaudere Immunitate eccleſiaſtica, & ita intelligi debet opinio Suarez; Sed quando ſemel tantum raperet, non poſſet dici publicus raptor ex vno actu, ſicut nec publicus Vſurarius poteſt dici ex vnico actu vſuræ, Et per conſequens non amitteret Immunitatem eccleſiæ iuxta cõmunem opinionem Canoniſtarum.

Quintum decimum dubium eſt, An violantes eccleſias frangendo fores, vel comburendo eas, vel alio modo immunitate gaudeant? 15

Remigius de Gõni in ſuo tract. de Immun. eccleſiæ Fallentia 33. & 35. dicit, violantem eccleſiam per quodlibet delictum immunitate eccleſiæ non gaudere; Et idem dicit de omnibus ſacrilegis in Fallentia 34.

Ego autem ſum opinionis, quòd delinquentes propter nullum crimen quantũcumq; graue, & enorme ſint priuandi Eccleſiaſtica Immunitate; niſi ſint in Iure excepti; Sed per præſentem Conſtitutionẽ quæ eſt iuris veteris declaratiua non excipiuntur omnes violato-

res Eccleſiarum per quodlibet delictum, nec excipiuntur ſacrilegi, ſed tãtum violantes eccleſiam per homicidium, vel per mutilationẽ membri commiſſam in ea, vt patet ex ſupradictis cap. 6. excep. 3. n. 14. Ergo cum exceptio firmet regulã in contrarium in caſibus non exceptis, vt probatum eſt ſupra ca. 6. n. 21. Clare ſequitur tam per ſupra dictam rationem, quam per aliam adductam in eodem cap. 6. nu. 23. & ſequent. quòd non priuantur eccleſiaſtica immunitate, niſi violatores Eccleſiarum per homicidiũ, vel per mutilationem membri cõmiſſam in ea, & niſi violatores præſentis immunitatis, vt patet ex ſupradictis hoc eodem c. 12. dub. 2. n. 2. in reſp. ad primum.

16 Sextum decimum dubium eſt, An Apoſtata à Religione gaudeat hac immunitate?

Aliqui dicunt, quòd nõ in eccleſijs, & Monaſterijs eiuſdem Religionis à qua apoſtatauit, ſecus vero in alijs; ita tenet Rebuf in Cõſt. Reg. tom. 2. de immun. eccleſ. ar. 1. Gloſ. 1. n. 24. & Decia. in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 26. nu. 4. & 13. Ego vero puto quòd nullo pacto gaudeat immunitate per ſupradicta hoc eodem c. 12. nu. 3. ad quem locum breuitatis gratia remitto lectorem.

17 Decimum ſeptimum dubium eſt, an Simoniaci hac immunitate gaudeant?

Decian. in ſuis tract. crim. lib. 5. c. 18. in principio verſ. Ideo Simonia &c. & lib. 6. c. 26. n. 5. tenet quòd non, cum hæreticis æquiparentur, quòd poteſt probari per c. Petrus, & c. cum omnis 1. q. 1.

Pro reſolutione tamen præſentis difficultatis primo ſciendũ eſt, quòd qui crederet Spiritus ſancti gratiam emi poſſe pecunia eſſet hæreticus, vt docet Alphonſus de Caſtro aduerſus hæreſes in verbo Simonia, & Suarez de Relig tom. 1 tract. 3. lib. 4 de Simonia c. 1. nu. 6. Et huius hæreſis auctor fuit Simon ille magus de quo in Actibus Apoſtolorum; Et iſte hæreticus Simoniacus, ſeu Simonianus nõ gaudet hac immunitate quia eſſet verè, & propriè hæreticus.

Secundò Sciendum eſt, quòd Simonia propriè eſt ſacrilegium, quòd cõmittitur in quolibet contractu quo res ſpiritualis, vt talis eſt pro temporali venditur, vel cõmutatur; vt docet Suarez vbi ſup. nu. 7. & communiter Summiſtæ in verbo Simonia; & iſti Simoniaci ſolẽt vocari hæretici non propriè, ſed latè ſumpto vocabulo, quia qui res ſpirituales vt tales ſunt vẽdunt, profitentur illo actu externo ſe eſſe dominos doni Spiritus ſancti. Dixi non propriè quia crimen Simoniæ committi poteſt ex auaritia, vel alia praua intẽtione abſque errore in intellectu, & ideo propriè hæreſis nõ eſt, vt docet idem Suarez in loco præallegato nu. 6. Vnde cum iſti Simoniaci propriè, & formaliter hæretici non ſint, ſed ſacrilegi, nec excipiantur à generali regula tradita ſupra c. 5. nu. 1. ſequitur, quòd hac immunitate non priuantur.

De

De effectibus qui oriuntur ex Immunitate eccleſiæ in beneficium illorum qui ad illam confugiunt.

SVMMARIVM.

Effectus immunitatis eccleſiæ eſt, vt reus qui ad illam confugit non poſſit per vim extrahi.n.1.

Reus qui ad eccleſiam confugit non poteſt ibi per curiam ſæcularem ligari, vel in compedibus detineri. n.2.

Omnia noſtra facimus quibus auctoritatem impartimur.n.3.

Reus qui confugit ad eccleſiam non poteſt expoliari rebus, & bonis quæ ſecum detulit in eccleſia. nume.4.

Armis expoliari an poſſint rei qui confugerũt ad eccleſiam, per Iudicem ſæcularem.n 20.

Acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.n.6.

Debitor qui confugit ad eccleſiam, ſi debita aliena ibi detinet poteſt illis expoliari cum licentia Epiſcopi n.7.

Reus qui confugit ad eccleſiam vtrũ expoliari poſſit bonis quæ poſſidet extra eccleſiam, ſi citatus ſub pęna priuationis bonorum, vt compareat coram Iudice ſæculari, non comparet? n.8.

Reus non poteſt obſideri in eccleſia, impediendo ne ei alimenta, & alia neceſſaria deferantur.n.9.

Obſideri poteſt à Iudice ſæculari reus qui confugit ad eccleſiam, ad precauendum ne liberè fugiat.n.10.

Obſidendo reum Iudex extra eccleſiam, debet ei dare facultatem exeundi extra eccleſiam debitis locis, ad requiſita naturæ reddenda. n.11.

Reo qui confugit ad eccleſiam quis prouidebit de expenſis.n.12.

Reus dum eſt in Eccleſia non poteſt damnari ad mortem, nec ad pęnam corporalem.n.13.

Reus per vim extractus ab eccleſia in caſibus non exceptis: vel in caſibus exceptis ſine licentia Epiſcopi, non poteſt damnari ad mortem, neque ad pœnam corporalem. nume. 14.

Facultas extrahendi confugientes ad eccleſiam, à quibus concedi poteſt? nu.16.

Captus à Birroarijs affirmat fuiſſe captum in loco ſacro, Birroarij vero in loco profano, quæritur, cui credendum ſit.n.16.

In obſcuris quòd veriſimilius eſt inſpici ſolet.n.17.

Captus à Satellitibus affirmat ſe fuiſſe captum in loco ſacro, Satellites vero è contra aſſerunt fuiſſe captũ in loco profano, Quæritur ad quem iudicem ſpectet huiuſmodi caſus cognitio.n. 18.

Acceſſorium ſequitur naturã ſui principalis.n.19.

In pari cauſa melior eſt conditio poſſidentis.n.20.

CAPVT XIII.

De Criminibus quæ excipiuntur à Regula ſupradicta (in c.5.nu.2.) tam de Iure quam per præſentem Conſtitutionem ſatis tractatum eſt; Nunc vero de effectibus qui oriuntur ex Immunitate eccleſiæ in beneficium illorum qui ad illas confugiunt tractandum eſt.

1 PRimus huius Immunitatis effectus eſt, vt Reus qui ad eccleſiam confugit propter nullum crimen quantumcumq; graue ſit, poſsit ab eccleſia violenter extrahi, (niſi ſit per præſentem cōſtitutionem exceptum) & ſi de facto extrahatur, de facto etiam eidem Eccleſiæ reſtitui debet vt pro
2 batum eſt ſupra in c.5.n.1.

Secundus effectus eſt, vt intra ipſam eccleſiam reo aliqua violencia fieri non poſsit, qualis eſſet ibi ligari, vel in compedibus detineri, vt expreſsè habetur in l.præſenti C.de his qui ad Eccleſiam confugiunt, ibi, *Nec in ipſis eccleſijs Reuerendiſſimis ita quemquam detineri atq; cōſtringi, vt ei aliquid victualium rerum, aut veſtis negetur, aut requies:* Et idem habetur in c. Definiuit 17.q.4.vbi ſtatuitur, Vt nullus audeat confugientes ad eccleſias, vel reſidentes inde vi abſtrahere, aut quodcumq; nocibilitatis, vel damni inferre. ita etiam docet Suarez de Relig.to.1.trac.2 lib.3.c.12.n.2. Guid.Papa in deciſ. Delphinat.q.121.col.fin. Guliel. May. in Regula Nemo.ff.de Reg. Iur.fol.250.col.3.verſ.ſed videndū, Haſteſ.in Summa lib.6.tit.30.fol. 86.col.2.in princ.

Nec obſtat contra ſupradictam doctrinam id quod dicit Iul.Clar. in ſua pract. criminali §. fin.q.30. Verſ.Quęro modo &c.n.20.in fine his verbis: Benè ſolent rei qui ad eccleſiam confugiunt poni in cōpedibus, vel cum bona cuſtodia, donec cognitum fuerit An gaudere debeant ipſius eccleſiæ immunitate; & ita de conſuetudine obſeruari atteſtatur Guido Papa in deciſ.121.circa finem, & Remig.in tract.de immunit.eccleſ.fol.238. q.6. Hæc Iulius Clarus: Non obſtat dico quia per Gregorium xiv. in præſenti conſtitutione, verſ. Quodq; delinquentes &c. iam eſt prohibitū hoc fieri in eccleſijs locisq; ſacris, his verbis; *Quodq. delinquentes laici prædicti, poſtquam vt præfertur ab Eccleſijs, locisvè ſacris extracti, & capti fuerint, ad Carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere, ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit per curiam ſæcularem, detineri debeant nec inde extrahi, Curiaq. ſæculari prædictæ conſignari, nec tradi poſſint, niſi cognito prius per Epiſcopum ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint. &c.* Vnde clàre conſtat non debere in eccleſia poni in compedibus, ſed in Carceribus Curiæ Eccleſiaſticæ.

Quod ſi cum licentia Epiſcopi ibi ponatur in compedibus à Iudice ſæculari, Immunitatem eccle-

cleſiæ nō violat ipſe Iudex:Nā non poterit dici factum à Iudice ſæculari,quòd authoritate Epiſcopi factum erit, iuxta Regulam omnia noſtra facimus quibus auctorita-
3 tē impartimur l.1 §. Sed neq; verſ. omnia enim C.vt de vet.iur.enud. & ita docet Marius Italia in ſuo tract.de immun.eccleſiarum lib.1. c.6.§.2.n.51.

Tertius effectus eſt, vt reus non
4 ſpolietur in eccleſia rebus,aut bonis,quæ ſecum detulerit; (Dummodo ſine alicuius iniuria ſecum deferat,vel detineat)Probaturper c.Definiuit 17.q.4.ibi,*Aut quodcū que nocibilitatis, vel damni, ſeu ſpolij &c.*& in l.Præſenti C.de His qui ad eccleſiam confugiunt,ibi,*Vt ei aliquid victualium rerum,aut veſtis negetur.*

Dixi dummodo ſine alicuius iniuria deferat, vel detineat, quia ſi Raptor raptam ad eccleſiam deferat,ſubtrahēda ei erit, quicquid iudicetur de raptore.

5 Et ſimiliter ſi Reus confugiat ad Eccleſiam cum armis prohibitis poterit per Iudicem eccleſiaſticum, vel eius officialem (non autem per Iudicem laicum, abſq; licentia Epiſcopi, vel eius officialis)armis expoliari.

Dixi per Iudicem eccleſiaſticū, & non per Iudicem laicum, quia ſicut delinquens non poteſt extrahi ab eccleſia (etiā in caſibus exceptis) à Iudice ſæculari auctoritate propria ſine licentia Epiſcopi, vel eius officialis, vt patet ex præſenti Conſt Greg.xiv.verſ.Volumus &c.ita quoq; non poteſt per eumdem Iudicē expoliari armis, vel rebus alienis quas ſecum detulit in eccleſia abſq; licentia epiſcopi,vel eius officialis,nam Acceſſo-
rium ſequitur naturam ſui principalis c.Acceſſorium de Reg.Iur. 6
in 6.c.Vnico de conſecr. eccleſ.vel Altar.lib.6.

Et ſi debitor fugiens ad eccleſiā 7
debita aliena ibi detineat,poſſet illis expoliari per eum qui ad hoc poteſtatē haberet ex licentia Epiſcopi,vel eius officialis, & creditoribus reddere : & ita in ſimilibus caſibus iudicandum erit, vt docet Suarez de Relig.tom. 1. tract. 2. lib.3 c.12.n.3.Decia. in ſuis tract. crimin.tom.2. lib.6. c.28.Farin. in ſua pract.crimin.p.p.tom.2.tit.de carceribus,& carceratis q.28 n.58 in noua impreſsione,Coua.in lib. 2.var.reſol.c.20. n. 15. verſ.28.& n. 18.verſ.36.

Vtrum autem expoliari poſſint per Iudicem ſecularem alijs bonis 8
quæ poſsident extra eccleſiam ſi citati dicti rei publicis edictis ſub pœna priuationis bonorum,vt cō pareant coram Iudice ſæculari, non compareant? Panor. in c. Inter alia de Immu. eccl. col.2. verſ. Quæro &c.& ibidē Archid. & Remigius de Gonni in ſuo tract. de Immu.eccleſiæ.q.13.in fine,& Decianus in ſuis tract.crimin.tom.2. lib 6.c.36. nu.10. dicunt quòd ſic. Nam priuilegium immunitatis eccleſiæ operatur, vt nec vitam perdant,vel membrum, ſed pecunialiter puniantur. Et licet Ioannes de Viſchis in tract de Immun. eccleſ.nu.57.verſ.Nūqnid autem &c. teneat oppoſitam ſententiam , tu tamen ne diſcedas à prima cum

ſic

ſit probabilior.

9 Quartus effectus eſt, vt reus nō poſsit obſideri in eccleſia, impediendo ne ei alimenta, & alia neceſſaria deferantur; Et ratio eſt, quia hoc eſſet per Indirectum eccleſiaſticam Immunitatem violare: & ita apertè determinatum eſt in l. Præſenti C. de His qui ad eccleſias cōfugiunt, ibi, *Vt ei aliquid aut victualium rerum, vel veſtis denegetur, aut requies.* Et docet Coua. in lib. 2. var. Reſol. c. 20. nu 17. verſ. 31. Gomet. tom. 3 variar. Reſolut. c. 10. tit. quando Reus gaudet Immunitate eccleſiæ nu. 1. verſ. Addo quòd non poteſt &c. Guid. Papa deciſ. 121. Boſſ. in ſua pract. crim. tit. de captura nu. 24. Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 27. n. 6. Farinacius in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28 nu 9. Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12 n. 4 & Alexander Ambroſinus de immun. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. c. 11. n. 7 & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſ. q 5. & Marius Italia in ſuo tract. de immu. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 52.

Si vero eccleſia obſideatur à Iu-
10 dice ſolum ad præcauendum, ne reus liberè fugiat, vel, vt ſi extra fines eccleſiæ exeat, capiatur, Illud non erit contra immunitatem, quia nulla vis fit exiſtenti in loco ſacro, ſed ſolus locus non ſacer cuſtoditur: vt ſi voluntate ſua illinc exeat delinquens, ibi teneatur vbi licitè capi poteſt: ita docet Suarez in loco præallegato, Ambroſinus vbi ſup. c. 11. in fine verſ. Et tãtum. & Marius Italia de Immun. eccleſ. lib. 1. c. 6. §. 2. n. 53.

Dummodo detur ei facultas ex- 11
eundi debitis locis ad requiſita naturæ reddenda, vt habetur in c. De finiuit 17. q. 4. & docet Sylueſt. in verb. Immunitas 3. q. 4. n. 4. Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 27. n. 6. in fine verſ. modo ſtatim redeat, Alexãder Ambroſinus vbi ſup. c. 11. nu. 7. & Marius Italia de immun. eccleſiarum lib. 1. c. 6. §. 2. n. 26. & 27.

Sed incidenter quæritur, Quis 12
prouidebit confugienti ad eccleſiam de expenſis? Reſpondet Panor. in c Inter alia de Immun. eccleſiæ nu. 28. Aut Reus habet proprium, & faciet ſibi expenſas de rebus ſuis: Aut nihil habet, & debet laborare, & manibus ſibi victum quærere; Aut neutrum poteſt, & tunc eccleſia prouidebit ei tanquã pauperi. Arg. c. Clericus victum 91. diſt. Et hanc opinionem tenuit ante ipſum Archidiaconus, & Hoſtiẽſis quos ipſe refert, & tenet Sylueſter in Summa in Verbo Immunitas 3. q. 5. nu. 5. Boerius in deciſ. 303. incipiente Clericus captus n. 3. Decianus in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 29. nu. 1. & Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſ. q. 7.

Nec obſtat tex. in l. Præſenti in fine C. de His qui ad eccleſias confugiunt vbi videtur innuere quòd eccleſia debet iſtis facere expenſas, Nam Reſp. Cum Panor. in loco præallegato.

Primò, quòd text. ille loquitur narratiuè, & non diſpoſitiuè.

Secundò, Quòd intelligitur ſecũdum prædicta.

Tertiò,

Tertiò, Quòd in hoc caſu debet attẽdi Ius Canonicum pluſquam Ciuile: Sed Ius Canonicum Clericis habentibus proprium non ſubuenit de bonis eccleſiæ vt in c. Paſtor eccleſię 1.q.2. Ergo multo magis iſtis facinoroſis.

Præterea Clericus non habens ſufficiens beneficium debet manibus laborare, & quærere ſibi victũ, vt in c. Clericus victum 91. diſ. & c. 1. De celebratione Miſſarum: Ergo fortius tenentur iſti laborare.

13 Quintus effectus eſt, vt Reus quandiu in eccleſia perſeuerat nõ poſsit damnari ad mortem, vel corporalem pęnam, ita colligitur ex c. inter alia de immunitate eccleſiæ, nam prius dicit, *Non eſt violenter ab eccleſia extrahendus*, & ſtatim addit, *Neq. inde damnari debet ad mortem, vel ad pęnam*.

Hic effectus eſt diſtinctus à primo, & ſenſus apertus eſt, quòd licet intra eccleſiam exiſtens iudicari poſsit, non tamen poterit damnari ad mortem, vel pęnam corporis afflictiuam, quæ per pęnam ibi intelligitur. Et ita docet Panor. in dicto c. Inter alia de immun. eccleſiæ n. 3 & 8 & Suarez de Relig. to. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12. n. 5. Et licet Farinac. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 77. in fine dicat, quòd ſolet ſæcularis Iudex dictos delinquentes citari facere, & ſi non comparent eos condemnare in pœnam mortis, ſeu aliam corporalẽ iuxta delictorum qualitatem; tamen à prima opinione ne diſcedas, tanquã de iure veriorem.

Sextus effectus ſecũdum aliquos eſt, quòd quando delinquens cõfugit ad eccleſiam, ſi de eccleſia ſpontè exeat, vel extrahatur cum licentia Epiſcopi, vel eius officialis in caſibus exceptis, non poſsit pęna capitali, nec etiam corporali, ſeu ſanguinis, ſed tantummodo pecuniaria puniri, & hanc opinionem dicit eſſe cõmunem Oldrad. in cõſ. 154. in fine, & ita docet Syl. in Summa verbo immunitas 3. q. 4. in fine n. 4.

Sed in practica non ſeruatur dicta opinio, teſtè Iulio Claro in ſua pract. crim. §. fin. q. 30. verſ. Succeſſiuè Quæro n. 22 Boerio deciſ. 169. in fine, & Farinacio in ſua pract. crimin. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. n. 77. Remigio de Gõni in ſuo tract. de immu. eccleſ. Præſuppoſitione 3. nu. 14. & Deciano in ſuis tract. crim. tom. 2. lib. 6. c. 26. nu. 11. Suarez de Relig. tom. 1 tract. 2 lib. 3. c. 12. n 5. verſ. Dixi autem.

Habet tamen locum ſupradicta opinio. Primò quando delinquens extrahitur de eccleſia in caſibus non exceptis, id eſt in quibus immunitate gaudent delinquentes. 14

Secundo quando extrahitur delinquens in caſibus exceptis abſq; tamen licentia Epiſcopi, vel eius officialis contra præſentem conſtitutionem.

Tertiò habet locum quando à Prælatis eccleſiæ conſignantur delinquentes qui confugerunt ad eccleſiam in caſibus non exceptis iudicibus ſæcularibus cum cautione de delinquentis impunitate quoad vitam, & membra, & omnem corporalem pœnam, iuxta

c. id

c.id conſtituimus & ca. Reum 17. quæſt.4.

15 His explicatis Quæritur: Primò facultas extrahendi confugientes ad eccleſiam à quibus cōcedi poſſit? Et reſolutiuè reſpondendo dico quòd.

Primo concedi poteſt à S. Pontifice etiam in caſibus de iure non exceptis vt habetur c.11.n.7.

Secundò ab Epiſcopo loci, vel eius officiali, & cū interuentu perſonæ eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habente, in caſibus exceptis; & ſi locus eſſet exemptus, & nullius Diœceſis ab Epiſcopo propinquiori, vt patet ex præſenti conſt. Greg.xiiij.

In caſibus vero non exceptis cōcedi poteſt à ſupradicto Epiſcopo, data prius ſecuritate de delinquentis impunitate quo ad vitam & membra, & omnem corporalē pœnam, vt patebit ex cap.ſequenti 14.n.2. Ab inferioribus vero dignitatibus, etiam ſi alias ordinarij eſſent, aut conſeruatores à ſede Apoſtolica ſpecialiter, vel generaliter deputati, aut Prælati regulares, & exempti, ſupradicta facultas extrahendi cōfugientes ad eccleſiam concedi non poteſt: vt patet ex præſenti Conſt. Greg. xiv. §. Volumus dictaq; auctoritate decernimus &c.& docet Alexan. Ambroſinus in ſuo tract.de Immu. eccleſ.in Bullam Greg.xiv.c.11. n.1. Farinac. conſ.76. in principio, & latè Card.Tuſchus tom.2.concl.11 num.9.

16 Quæritur ſecundò, Quis captus à Birroarijs, ſeu Satellitibus affirmat ſe fuiſſe captū in loco ſacro, Birroarij vero in oppoſitum aſſerunt fuiſſe captum in loco profano, quæritur cui credendum ſit?

Reſpondeo, quòd licet Decianus in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6. c.29. n.10. auctoritate Doctorum tueatur credendum non eſſe Birroarijs in hoc caſu, cum agatur de graui præiudicio tertij, & vol.6. Reſp.4.n.63. dicat quòd iſti Birroarij ſolent multa mala committere; Tamen nimis durum videtur ſi ſtandum eſſet dicto ſolum vnius perſonæ delinquentis, & executoribus non crederetur in concernētibus eorum officium. Ideo prudens Iudex debet conſiderare primò numerum Birroariorum qui hoc aſſerunt. Secundò vtrum ex dicta captura mercedē percipiant vel non: nam ſi mercedem perciperent non eſſet de facili eis credendum; Tertiò, Vtrum caput Birroariorum nēpè Capitaneus, ſeu Barrigellus vulgariter dictus ſi interfuit capturæ hoc affirmat; & aliàs circūſtantias, & coniecturas, quæ in dictis caſibus ſolent occurrere: nam in obſcuris quòd veriſimilius eſt inſpici ſolet, l.In obſcuris. ff. de reg. iur. Si vero Birroarij 17 deponerent pro reo, nempè illum cepiſſe in loco ſacro, eis credendū erit, vt patet ex ſupradictis cap.3. n.29.

Quæritur tertiò, Quando quis captus à ſatellitibus affirmat ſe 18 fuiſſe captum in loco ſacro, ſatellites vero è contra aſſerunt fuiſſe captum in loco profano: Quæritur ad quem Iudicem ſpectet huiuſmodi caſus cognitio? Breuiter Reſpondeo ad, Iudicem Eccleſiaſticum

ſticum

ſticum ſpectare ; ita docet Marius Italia de immun.eccleſiarum lib. 1.c.6 §.2 num.100. & 101. & ratio eſt prima quia ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectat cognoſcere principales cauſas immunitatis, vt probatum eſt ſupra c 2. nu.5. & 6. Ergo,& alia ad eaſdem concernē-
19 tia debet agnoſcere, Cum Acceſſorium naturam principalis ſequi congruat cap. Acceſſorium de reg. iur.in 6.Secunda ratio eſt ex tex.in c.Si Iudex de ſent.excommunicationis in 6.in quo deciditur,quòd ſi malefactor captus à Iudice laico dicit ſe eſſe Clericum,huius rei cognitio ad Iudicem Eccleſiaſticum ſpectare, quia de re Eccleſia-
20 ſtica,& ſpirituali tractatur. Nec obſtat dicere, quòd in pari cauſa melior eſt conditio poſsidentis l. In pari cauſa ff.de reg.iuris: ſed in caſu noſtro agitur de Iudicis competentia,& reus reperitur in manibus curiæ ſæcularis;Ergo ad ipſum Iudicem ſæcularem ſpectare videtur eius cognitio ratione poſſeſsionis.Nam Reſpondetur quòd ex deciſione prædicti tex.in c. Si Iudex de ſen. excommunicationis in 6. diluitur præſens oppoſitio; Nam ibi malefactor ſimiliter erat in poſſeſsione Iudicis Laici, & tamen deciditur ad Iudicem eccleſiaſticum ſpectare eius cognitio.

Quale crimen committant Iudices ſæculares, & alij miniſtri Curiæ ſæcularis,reos per vim ab eccleſijs extrahentes : Et quomodo eccleſiaſtici defendere debeant delinquentes qui ad Eccleſiam confugiunt.

SVMMARIVM.

Iudex ſæcularis ſi blanditijs, promiſſionibus, vel verbis iniurioſis, vel minis operetur vt reus exeat ab Eccleſia ad quam confugit,non peccat ſi extra eccleſiam eum capiat.n.1.

Beneficium non confertur inuito.n.2.

Iudex ſæcularis ſi cum licentia Epiſcopi per vim reum extrahat ab eccleſia in caſibus exceptis non peccat. Et ſimiliter in caſibus exceptis cū licentia ſummi Pontificis.n 3.

Cautio danda à Iudice quomodo eſſe debeat.n.4.

Iudex ſæcularis qui propria auctoritate Reum per vim extrahit ab eccleſia contra Eccleſiæ immunitatem,ſacrilegium committit,& incurrit in pœnas ſtatutas contra violatores dictæ immunitatis.n 5.

Iudex ſi abſque Epiſcopi licentia per vim extrahat ab eccleſia delinquentem in caſibus exceptis,incurrit in pœnas ſtatutas contra violatores dictæ immunitatis.n.6.

Attentans extrahere Reum per vim ab Eccleſia ad quam confugit peccat, vt violator Eccleſiaſticæ immunitatis,dato quòd non extrahat.n.7.

Iudex ſæcularis in caſibus exceptis poteſt corporali,& condigna pœna punire

punire reum extractum ab eccleſia cum licentia Epiſcopi.n.8.

Iudex ſæcularis debet ſuperſedere in cauſa dum diſputatur an reus gaudere debeat immunitate.n.9.

Iudex ſæcularis qui reum extractum per vim ab eccleſia (vel à conſanguineo offenſi, vel ab aliquo de familia ipſius Iudicis) capit, incurrit in penas ſtatutas contra violatores præſentis immunitatis.n.10.

Clerici non tenentur arma ſumere pro defenſione delinquentis qui confugit ad Eccleſiam.n.11.

Clerici, & Eccleſiaſtici poſſunt reſiſtere Iudici ſæculari volenti per vim, & propria auctoritate reum extrahere ab eccleſia abſq; tamẽ aggreſſione.nu.12.

CAPVT XIV.

POſt effectus qui oriũtur ex immunitate eccleſiæ in beneficium delinquentium qui ad illam confugiunt, conſequens eſt vt videamus quale crimen committant Iudices, & Miniſtri Curiæ ſæcularis reos ab eccleſijs extrahentes: Et quomodo eccleſiaſtici defendere debeant delinquentes qui ad eccleſiam confugiunt.

Primũ quæſitum aliquibus concluſionibus abſoluetur.

Prima cõcluſio eſt, ſi Iudex vim
1 non inferat Reo, ſed blanditijs, & promiſsionibus roget ipſum vt ſecum exeat: Et ipſe reus voluntariè & ſine vlla coactione egrediatur, nullum eſt peccatũ ſi eum capiat; Etiam ſi fortaſſe Clerici non conſentiant. Et ratio eſt, quia Iudex dum non facit violentiam Reo, non facit contra Immunitatem; Nam in c. Inter alia de immunit. eccleſiæ expreſsè dicitur. *Non eſt violenter extrahendus*; & eodem modo loquuntur alia Iura; Vnde ex vi immunitatis ſola violentia prohibetur. Præterea licet Immunitas ſit cõceſſa Eccleſiæ directè, & non reo, vt docet Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. cap. 13. n. 3. Tamen negari non poteſt quòd ſit etiam indirectè conceſſa in beneficium rei: Sed beneficium non confertur inuito l. Inuito. ff. de reg. 2
iur. Ergo neq; eccleſiæ, neq; Reo fit iniuria, dum Reus voluntariè egreditur de Eccleſia: Et ita docet Nauar. in Manuali cap. 25. num. 21 in fine, Hoſtienſis, & commun. Doctores in c. fin. de immun. eccleſiæ, Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 12. n. 2. Remig. de Gonni in ſuo tract. de immu. eccleſiæ Fallen. 12. & Sylueſt. in ſua Summa verb. Immunit. 3. quæſt. 6. verſ. Primum &c. in fine. & Marius Italia in ſuo tract. de immun. eccleſiæ lib. 1. c. 6. §. 2. n. 82.

Idem dicendum eſt de Iudice qui non blanditijs & promiſsionibus, ſed verbis iniurioſis, vel minis induxit delinquentem ad egrediẽdum de eccleſia, & extra eccleſiã eum cepit: Nam non peccat Iudex, nec incurrit in aliquam pœnam; Nec Reus gaudet immunitate; Et ratio eſt, quia ſine coactione reus eſt egreſſus de eccleſia; & iura loquuntur vt non extrahatur per vim ita docet Sylueſter in Sum-

Summa verbo immunitas 3.q 6. verſ. Primum &c. in fine Panor. in c.fin.de immun.eccleſię,& Remig. de Gonni in ſuo tract. de immun. eccleſiæ Fallent.12.n.1.

3 Secunda concluſio eſt, Si Iudex, vel alius miniſter iuſtitiæ, cum licentia Epiſcop (vel eius officialis & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ à dicto Epiſcopo, vel eius officiali auctoritatem habente; Et data prius ſecuritate de delinquētis impunitate quo ad vitam, & membra, & omnem corporalem pœnam) reum inuitum extrahat ab Eccleſia in caſibus à iure non exceptis, nō peccat contra immunitatem eccleſiæ. Et ratio eſt, quia licet faciat vim perſonæ non tamē facit vim eccleſiæ; ita colligitur ex præſenti conſtit. Greg.xiv verſ. volumus &c. & Ex c. id conſtituimus 17.q 4. Nam in præſenti Conſtitutione ord natur, vt non extrahatur Reus ab eccleſia à iudice ſæculari (etiam in caſibus exceptis) niſi cum licētia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ à dicto Epiſcopo, vel eius officiali auctoritatem habente: Et in c id conſtituimus 17.q 4 dicitur *Reos abſtrahere non liceat, ſed nec alteri conſignare, niſi ad Euangelia datis ſacramentis, de morte, debilitate, & omni pœnarum genere ſint ſecuri.*

Ergo ſi hæc ſecuritas habeatur, poterit Epiſcopus dare licentiam Iudici extrahendi Reum: Neque tenetur Epiſcopus rei conſenſum expectare ad hanc facultatem dandam, quando iudicauerit expedire: Et iudex licentia habita non peccabit extrahendo Reum. Et hanc opinionem docet Sylu. in Summa verbo immunitas 3.q.4.n.4. & Suarez de Relig.tom.1.tract.2.lib. 3.c.13.n.3.

Hæc ſecuritas ſiue cautio ſufficit ſi ſit iuratoria, vt in c.id conſtituimus 17. q.4. Sed ſi timeatur quòd petens iuramentum non ſeruet, debet eſſe fideiuſſoria. Arg. c. Extrāſmiſſa de reſt.ſpoliatorum, & docet Syluest.in Summa verbo immunitas 3.q.4.n.4. 4

Summus Pontifex vero poterit ex cauſa ſibi benè viſa licentiam concedere extrahendi ab eccleſia quoſcumq; ad eam confugientes, etiam In caſibus non exceptis, & etiam ſine ſecuritate ſupradicta, docet Decianus in ſuis tract crim. tom.2.lib.6.cap.27.nu.4. Farinac. in ſua pract.crimin. tit.de Carceribus, & Carceratis q 28.in principio ante num.1. & ita de facto fecit Clem.Papa viij. in quodam caſu Panormitano, vt patet in quodam reſcripto facto Archiepiſcopo dictæ ciuitatis, quòd notaui ſupra in c.7.n.21.verſ. Venerabil fratri &c.

Tertia cōcluſio eſt, ſi iudex propria auctoritate Reum extrahat ab eccleſia per vim & contra eccleſiæ immunitatem, graue ſacrilegiū committit. (& incurrit in pœnas contra ſacrilegos prædictos ſtatutas) ita docet D Thomas in 2.2. q 99.art 2.in Reſponſ ad tertium, Foller.in ſua pract.crim. can. cap. 17 in § Vt ſi eſt ſacrilegium num. 8 Farinacius in ſua pract crimin. p.p tom. 1. tit. de Carceribus, & Carceratis q.28.nu.2. circa finem. 5

Sua-

Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib.3.cap.13.num.4 Sayrus de Cenſuris eccleſiaſticis lib.3 c.19.nu.2. c.20 n.2.& cap.21.num.2.& Decianus in ſuis tract.crim.tom.2 lib.6. c.25.n.1.

Et ratio eſt, quia iſta immunitas eccleſiæ eſt ordinata ad diuinum cultum, & eius violatio pertinet ad irreuerentiam rerum ſacrarum, & iniuriam Dei, & ideò habet rationem ſacrilegij, vt colligitur ex D.Tho in 2.2. q 99.art.1.in corpore.

Peccat etiam contra iuſtitiam commutatiuam reſpectu rei, & tenetur illi reſarcire damna quæ ex illa iniuſta extractione ei eueniunt vt probabo infra cap. 15. nu.14.

6 Quarta concluſio eſt, in caſibus exceptis, ſi iudex, vel alius miniſter iuſtitiæ abſq; licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & interuentu perſonæ eccleſiaſticæ à dicto Epiſcopo, vel eius officiali auctoritatem habente per vim extrahat reũ qui confugit ad eccleſiam, graue ſacrilegium committit, & incurrit in excommunicationem, & pœnas contra ſacrilegos prædictos ſtatutus.

Patet hæc concluſio ex præſenti Conſtitutione Gregorij Papæ xiv. in illis verbis. *Volumus dict. que auctoritate decernimus, & declaramus, vt Curia ſæcularis, eiuſq. Iudices, & officiales, ab Eccleſijs, Monaſterijs, locisq. ſacris prædictis laicum aliquem vt præfertur delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis (exceptis) ſine expreſſa licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, ad quos ſolos, & non alios, Epiſcopis inferiores, etiam ſi alijs ordinarij ſint, aut nullius diœceſis. aut conſeruatores ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat: Occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios; capere, extrahere, aut incarcerare nō poſſint, niſi eo caſu quo ipſe Epiſcopus, & dictæ perſonæ eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis (exceptis) ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ. & carcerationi interuenire, & aſſiſtere recuſauerint; tuncq. reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores. prædictos delinquentes minori quo id fieri poterit cum ſcandalo, & tumultu extrahere curent.*

Vnde licet ante ſupradictam Conſtitutionem controuerſia fuerit inter Doctores, An in caſibus à iure exceptis poterat iudex ſæcularis abſque licentia Epiſcopi, & propria auctoritate extrahere per vim delinquentem ab eccleſia, abſque violatione eccleſiaſticæ immunitatis? vt patet ex Coua. in lib. 2. variar. Reſolut. cap. 20. num. 18. verſ. trigeſimo quarto, Farinac. in ſua pract. crimin: p.p. tom.2.tit. de Carceribus. & Carceratis q. 28.n. 75.& Iulio Clar. in ſua pract.crim.§. fin.q 30. verſ. Quæro Nunc n.19

Hodie tamen ceſſat per ſupradictam determinationem pontificiam, vt clarè demonſtrat Farinacius in loco præallegato. Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immu-

Immun. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. c. 11. n. 1. per totum, & Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 22. n. 5. docens habere locum etiam ſi notoriè conſtet confugientem ad Eccleſiam commiſiſſe delictum exceptum in præſenti Conſtitutione; Et ratio eſt, quia dicta cognitio requiritur pro forma per præſentem Conſti.

7 Quinta concluſio eſt, Quod non tantum extrahens peccat, & punitur, vt dictũ eſt in præcedenti concluſione tertia, & quarta, ſed etiã attentans extrahere per vim, vt probat tex. in l. Præſenti C. de his qui ad eccleſias confugiunt, ibi, *Nuda ſaltem cogitatione, atq; tractatu*, & docet gloſ. vltima in l. 2. C. eodem, quam ſequitur Salicet ibidẽ num. 1. Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis lib. 1. ſub tit. Qualiter, & à Quibus crim. læſæ maieſt. committatur q. 2. & Decianus in ſuis tract. crim. lib. 6. c. 27. num. 5. Salicetus in l. 2. nu. 1. C. de His qui ad eccleſias confugiunt, Farinac. in ſua pract. crimin. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. num. 3. vbi dicit quòd non ſufficit ſola cogitatio extrahendi, ſed requiritur quod fuerit deuentum ad aliquem actum exteriorem. Et latè probat Marius Italia de Immunit. eccleſiarum lib. 1. cap. 6. §. 2 à num. 54. vſque ad 62. ſed præcipuè nu. 60. & clarè probatur ex illis verbis noſtræ cõſtitutionis quæ ſunt in verſ. Quòd ſi quis &c. ibi, *Quicquam præter aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit declaramus, &c.*

8 Sexta concluſio, Iudex ſæcularis ſi in caſibus exceptis cum licentia Epiſcopi, vel eius officialis, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ à dicto Epiſcopo, vel eius officiali auctoritatem habente per vim extrahat ab eccleſia, non peccat etiam ſi reum extractum corporaliter, & condigna delicti pœna puniat. vt docet Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Immun. eccleſiæ in Bullam Greg. xiv. c. 11. num. 5. in fine, Farina. in ſua pract. crim. p. p. tom. 2. tit. de carceribus, & carceratis q. 28. nu. 77. Iul. Clar. in ſua pract. crim. §. fin. q. 30. n. 1. & Cardin. Tuſchus tom. 3. lit. E, concluſ. 8. n. 3.

Septima concluſio eſt, Dum diſputatur An gaudere debeat immunitate ille qui confugit ad eccleſiã, Iudex ſæcularis debet ſuperſedere in cauſa, & nihil innouare; Si vero deueniat ad executionẽ pœnæ corporalis, vti contẽptor, & violator Immunitatis eccleſiaſticæ incidit in pœnas ſtatutas per præſentem Conſtitutionem, vt clare colligitur ex præſenti Conſtitut. Greg. Papæ xiv. § Quòd ſi quis &c. 9

His explicatis, Quæritur ſi Reus nõ à Miniſtris Curiæ ſæcularis, ſed à priuatis perſonis per vim extrahatur ab eccleſia; & Iudex extra eccleſiam caperet Reum, An incurrat in pœnas contra violantes hãc immunitatem ſtatutas? 10

In hac quæſtione, de extrahẽtib. nulla eſt dubitatio qđ incurrãt in dictas pœnas; Nã confugiens ad eccleſiam à nulla perſona ſiuè publica, ſiuè priuata extrahi põt, vt patet ex c. Reum & cap. Definiuit 17. q. 4. l. 2. C. de His qui ad eccleſ.

M con-

confugiunt, & ex præſenti Conſtitutione. Quę iura cum generaliter loquantur, ita generaliter debent intelligi l. 1. §. Generaliter. ff. de legatis pręſtandis, & latè probat Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 22. nu. 6. verſ. Itē fuit dictū, & Suarez de Relig. tom. 1. tract. 2. lib. 3. c. 13. n. 17. Addens quòd teneatur etiam reſarcire damna Reo per vim extracto.

De Iudice vero diſtinguendum eſt, vel Iudex fuit particeps violētiæ priuatorum, vel nō: ſi fuit particeps abſq; dubio incurrit in dictas pœnas, & tenetur reſtituere Reum Eccleſiæ, vt docet Suarez, & Genuenſis in locis præallegatis & Marius Italia in ſuo tract. de immunit. eccleſ. lib. 1. c. 5. §. 2. n. 39 & 40. Et probatur ex ipſa Conſtitut. Greg. xiv. §. Quòd ſi quis &c. ibi, *Quicquam præter, aut contra huius noſtræ Conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, &c.* Si vero non fuit particeps dictæ extractionis dubium eſt, Nam Suarez in loco præallegato dicit quòd non incurrit, nec tenetur reſtituere Reum Eccleſiæ, nec aliquid Reo ipſo; Reuerendiſs. Marcus Antonius Genuenſis in loco præallegato dicit, quòd tenetur reſtituere Reum eccleſiæ, & non reſtituendo incurrit in dictas pęnas; Quæ opinio probabilior videtur.

Primò, quia negari non poteſt, quòd eccleſiæ, quæ fuit ſpoliata (pro reſtitutione hominis ab ea extracti) competit interdictum de libero homine exhibendo, vt docet Bart. in l. 2. C. de His qui ad eccleſ. confugiunt, quòd interdictum licet ſit perſonale eſt tamen in rem ſcriptum ſicut cætera inter dicta, l 1. §. pen. ff. de Interdictis; Ergo datur contra quoſcumque detinentes, quamuis non extraxerint.

Secundo Perſona per vim extracta ab eccleſia eſt affecta pro reſtitutione eccleſiæ: Ergo ad quemcumque tranſit, tranſit cum vitio ſuo; Et confirmatur, Nam ſicut res furto ſublata ad quaſcunq; perſonas proueniat tranſit cum onere reſtituendi Domino Rei, l. Si abducta C. de Furtis. § Furtiuè inſtitutionibus de Vſucapionibus, Sic etiā, & in caſu noſtro, reus erit reſtituendus eccleſiæ.

Tertiò colligitur ex præſenti Cōſtitutione Greg. xiv. in illis verbis *Extrahunt, Capiunt, & Incarcerant*, Vt igitur omnia dicta verba operentur effectum ſuum iuxta c. Paſtoralis de Appellationibus ſunt intelligēda, *Capiunt, & Incarcerant*, ſcilicet extractum.

Circa ſecundum quęſitum, Quomodo eccleſiaſtici defendere debeant delinquentes qui ad eccleſiam confugiunt; Reſolutiuè Reſpondendo dico.

11 Primò quòd non tenentur Clerici arma ſumere pro defenſione delinquentis confugientis ad eccleſiam; hoc patet quia in nullo iure inuenitur hæc obligatio.

Secundo dico, quòd nō expedit eccleſiaſticis arma capere pro defenſione delinquētis confugientis ad eccleſiā; Nec etiam vti auxilio laicorum armatorum adeumdem effectum; & ratio eſt, quia ſcādala non minoris momenti oriri poſ-

ſent, quæ magis vitāda ſunt quam dicta violatio eccleſiaſticæ immunitatis, vt docet Suarez de Religione tom.1.tract.2.lib.3.cap.13. num.5.

12 Tertio dico, Quòd poſſunt eccleſiaſtici reſiſtere Iudici volēti Reū ab eccleſia extrahere in caſu non conceſſo, claudendo fores, & omnibus alijs medijs externis vti ad impediendam vim, ſeu effectum eius; abſq; tamē aggreſsione: Hoc enim cōſtat ex vſu; Et quia in hoc nulla eſt indecentia, nec prohibitio, vt docet Suarez in loco præallegato n.4.in fine.

Quarto dico, Quòd Prælati eccleſiarum poſſunt vti armis ſpiritualibus (nempè cenſuris eccleſiaſticis) contra Iudices ſæculares volētes extrahere delinquentes ab eccleſia in caſibus non conceſsis, ad hoc vt à talibus violentijs deſiſtant: ita docet Remigius de Immunitate q.12. & Suarez de Religione tom.1. tract.2.lib.3.cap.13. num.4.

Quibus pœnis puniantur Iudices laici, vel alij miniſtri Curiæ ſæcularis extrahentes per vim ab eccleſia delinquentes qui confugerunt ad illam abſq; licentia Epiſcopi.

SVMMARIVM.

POEna eſt cum culpa commenſuranda. nu.1.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis quibus pœnis afficiantur de iure ciuili.n.2.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis quibus pœnis mulctentur de iure canonico.n.3.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis non incurrunt excommunicationē ipſo facto vigore canonum.n.4.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis in quas pœnas, & cenſuras incurrunt, vigore præſentis Conſtitutionis Greg.xiiij.n.5.

Violatores eccleſiaſticæ immunitatis incurrunt non ſolum in cenſuras, & pœnas ſtatutas cōtra violatores immunitatis eccleſiæ materialis, ſed etiam contra violatores immunitatis, & libertatis eccleſiæ viuentis.n.6.

Abſolutio cenſurarum per præſentem Conſtit.latarum, cui nam eſt reſeruata. n.7. & 18.

Abſolutionem excommunicationis quam conditor canonis ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo alijs conceſſiſſe videtur facultatem relaxandi.n.8.

Quando qualitas relati requirit ſpecialem mentionem, non includitur in diſpoſitione referente.n.9.& 14.

Vſus, & conſuetudo optimè leges interpretantur. n.10.

Cum vna lex ad aliam refertur debet intelligi ſecundum qualitates relatæ.n.11.

Pœna quādo imponitur reſpectiuè ad aliam, intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ ad quam ſit relatio.n.12.

Reſeruatio caſus eſt pœna.n.13.

Quando qualitas relati requirit ſpecialem mentionem, non includitur in diſpoſitione referente in ijs quæ sūt ſtricti iuris, vt in iuramēto.n.14

Iuramentum eſt reſtringendum quan-

tum fieri poteſt, vt minus obliget in antem. n. 15.

Illatio non fit ex diuerſis. n.16.

Reſeruatio caſus quando continet fa uorem eccleſiæ largo modo debet interpretari,& extendi. n.17.

Caſus præſentis Conſtitutionis qui coincidunt cum caſibus Bullæ cœnæ Domini, ſunt reſeruati in dicta Bulla: Illi vero qui non coincidunt, ſunt reſeruati Sedi Apoſtolicæ, ſed non in Bulla Cœnæ Domini. nu.18.

Reſtitutio non eſt pœna, ſed actus iuſtitiæ commutatiuæ.n.19.

Præcepta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper. n.20.

Reſtituere tenetur reum Iudex curiæ ſæcularis quem per vim extraxit ab Eccleſia abſque licentia contra Immunitatem Eccleſiæ; Quæ reſtitutio debet fieri eccleſiæ, vel Epiſcopo, vna cum omnibus damnis factis eccleſiæ.n.21.

Clericus non poteſt renunciare priuilegio fori. n.22.

Iuri publico non derogatur pacto, & voluntate priuatorum. n.23.

Dum agitur cauſa an debeat reus gaudere immunitate, quæritur an poſſit reus immunitati renunciare. num.24.

Poſt extractionem factam per vim à curia ſæculari, ſi ipſe reus aliud delictum committat, vtrum poſſit Iudex ſæcularis ipſum reum detinere nu.25.

Reſtituere ſicut tenetur Iudex ſæcularis reum Eccleſiæ, ex qua per vim, & contra immunitatem Eccleſiæ extraxit, an ita quoque reſtituere teneatur Reo per vim extracto, omnia damna illi ex dicta extractione illata. num. 26.

Iudex ſæcularis non habet iuriſdictionem in perſonam delinquentis dum eſt in eccleſia.n.27.

Reus qui eſt in Eccleſia poteſt impunè, & ſine culpa reſiſtere, & ſe defendere ne extrahatur ab eccleſia. nu.28.

CAPVT XV.

Pœna ſequitur culpã, & cum ipſa culpa eſt cõmenſuranda quãdo imponitur, vt patet ex c.fin. extra de His qui filios occiderunt, ideo poſtquam tractatum eſt de culpa quam committunt Iudices, & alij Miniſtri Curiæ ſæcularis, reos per vim ab eccleſijs extrahendo, cõſequens eſt, vt videamus qua pœna puniantur. 1

Primo de Iure ciuili violator huius Immunitatis reputatur Reus Crim. læſæ maieſt. vt patet ex l.2. C.de His qui ab eccleſias cõfugiũt ibi, *Sciãt ſe maieſtatis crimine eſſe retinendũ*: & ita docet Iulius Clarus in ſua pract. crim. §.fin. q.68.verſ. Extrahens aliquem n.11.Menoch. de Arbitr.Iudicũ lib.1.caſu 360.n. 68.verſ.Decimusquintus caſus eſt, Gigas de crimine læſæ maieſt.lib.1 tit.Qualiter,& à Quibus crim.læſę maieſtatis committatur q.10.n.1. Farinac. in ſua pract. crimin. p. p. tom.2.tit.de Carceribus,& carceratis q.28.n.2 Syluest. in Summa verbo Immunitas 3.q.vlt.Decian. in ſuis tract.crim.tom.2.lib.6.c.28 ſub tit.de Pœnis extrahentium ab eccleſia n. 2. Alexan. Ambroſinus 2

de

de immun.eccle.in Bullam Greg. xiv.c.15.n.5. Et ratio eſt, quia tàm ex diſpoſitione legum, quàm Canonum, nemo ex eccleſia extrahi poteſt niſi de licentia Summi Pontificis (vel Epiſcopi cui S.P. tribuit talem auctoritatem cócedendi talem licentiam) cum ſit de illis reſeruatis; Vnde Gig. in loco præallegato n 4. quem refert, & ſequitur Farinac. in eodem loco præallegato dicunt quòd qui ſine Summi Pótificis licentia extrahit confugientem ad eccleſiam vſurpat Iuriſdictionem Summi Pontificis: Ergo ex capite vſurpatæ iuriſdictionis incidit in crimen læſæ maieſtatis, & ex ſacrilegio violatæ immunitatis incidit in alias pœnas infra enumerandas, vt docet D Tho. in 2.2. q.99.art.4.in corpore.

Secundo de iure ciuili etiam violatores eccleſiaſticæ immunitatis puniuntur pœna mortis, vt clarè habetur in l.Præſẽti C.de His qui ad eccleſias confugiunt, ibi, *Capitali, & vltim. ſupplicij animaduerſione plectendus*; Et ita docet Decianus in ſuis tract. crim. tom. 2. lib.6.c.28. ſub tit. de Pœnis extrahentium ab eccleſia n.3. Alexáder Ambroſinus in tract. de immu. eccleſiæ in Bullá Greg.xiv.c.15.n.6. & Ioa.de Barberio in ſuo viatorio Iuris fol. 17.col.4. quem refert, & ſequitur Remig.de Góni in ſuo trac. de immun.eccleſ.q.9.

3 De Iure Canonico (remota cóſt. Greg.xiv.) violatores immunitatis eccleſiæ. Primò debent interdicti ab ingreſſu eccleſiæ, vt patet in c.Frater 17.q 4. Secundò Extractores debent reſtituere delinquentẽ extractum eccleſiæ, c.Miror 17.q.4. Vna cum omnibus damnis factis Eccleſiæ: Iadochus in ſua pract. crimin. in Rubr. de Violat. templi c.106.nu.4. quem refert, & ſequitur Farinacius in ſua pract. crim p.p. tom.2.tit. de Carceribus, & Carceratis q.28.n.5 & Alexander Ambroſinus in tract. de immu. eccleſ. in Bullam Greg.xiiij. cap.15.n.7. & tàm delinquens per vim extractus poteſt agere, & petere ſe reſtitui, quam Eccleſia cum ſit eius libertate ſpoliata: ita docet Remig. de Gonui in ſuo tract. de immun. eccleſiæ.q.10.& 11.

Tertiò debent excommunicari niſi extractum reſtituant c. Quiſquis, c.Si quis contumax c Miror, c. Definiuit, & c. Frater 17.q.4. & ita docet Syluest. in Summa verbo immunitas 3.q.8. Marcus Antonius Genuẽſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapol.c.21.n.1 in fine, Alexan. Ambroſinus in ſuo tract. de immun. & libert. eccleſiæ in Bullam Greg.xiiij. c.15. n.4. & Suarez de Relig.to.1.trac.2 lib.3.c.13.n 7.

Dixi niſi extractũ reſtituat, nam excóicatio nó fertur ꝓ delicto cómiſſo népè pro extractione facta, ſed fertur pro inobediẽtia præſenti, in nó reſtituẽdo delinquẽtẽ extractũ ab eccleſia poſt monitionẽ factá ab Epo, vel eius Vic. ita colligĩt ex c Romana §. Caueát de ſen. excó. in 6. & docet Sot. de iuſ. & iur. lib 5.q.6.a 2 verſ. Illud tñ argumẽtũ, Suarez de Relig. to. 1.trac.2. lib. 3.c.13.n.7. Sayr. de cenſur. eccleſiaſticis lib. 1.c.9.n.25. & ſimiliter dicẽdũ eſt de interdicto ab ingreſſu eccleſiæ, vt docet Fráс.ſc.2.de cóſt,

in 6.n.8.& Gloſ. in eodem c.2.verbo ſententijs.

Quartò facta reſtitutione (delinquentis extracti) eccleſiæ, debet eis imponi aliqua pœna pecuniaria, c.Quiſquis inuētus,& c.Si quis contumax 17.q.4.

Quintò, Vltra pœnam pecuniariam debet eis imponi publica pęnitentia, c.Si quis contumax 17.q.4.Sylu.in Summa verbo immunitas 3.q.8.& Remig.de Gōni in ſuo tract.de immun.eccleſiæ,q.9. verſ. De iure Canonico &c.

4 De pœna excommunicationis poteſt eſſe dubium an illam incurrat ipſo facto violator huius immunitatis, vel ſit excommunicandus: Et ratio dubij oriri poteſt ex c.Quiſquis 17.q.4. ex illis verbis, *Donec in conuentu admonitus legitimè ſatisfacit, ſciens ſe communione priuatum*: Quæ verba videatur continere cenſuram ipſo facto incurrendam; Veruntamen ſi quis attente legat textum illum, illa verba non cadunt ſuper hoc delictū, ſed ſuper aliud, rapiendi ex Eccleſia bona illius, vt attente conſiderauit Suarez de Relig.tom.1.tract.2.lib 3.cap.13.num.7. Vbi etiam dicit quòd nulla cēſura inuenitur in iure lata ipſo facto propter hoc crimen.

5 Sed per præſentem conſtitutionem Gregorij Papæ xiv.quæ incipit cū alias &c.verſ. Quòd ſi Quis &c. Violatores huius Conſtitutionis, & eccleſiaſticæ immunitatis ipſo facto in cenſuras, & pœnas eaſdem incurrunt quæ contra libertatis iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores, per Sacros Canones, Concilia generalia, & Pontificias Cōſtitutiones ſunt promulgatæ: Ex quibus verbis colligitur primò, quòd licet ante præſentem Conſtitutionem de Iure excommunicatio, & aliæ cenſuræ eſſent ferendæ contra violatores præſentis immunitatis, nunc non eſt dubitandum quin incurrant illas violatores ipſo facto per præſentem Conſtitutionem, vt benè aduertit Marius Italia de immun. Eccleſiarum lib.1.c.6.§ 2.num.29. Secundò, quòd intentio Summi Pontificis fuit punire violatores ſupradictos non ſolum pœnis ſupradictis, ſed etiam omnibus cenſuris,& pęnis ex quibuſcumq; caſibus ſtatutis per Sacros Canones concilia generalia, & Pontificias Conſtitutiones contra violatores immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ; Nam cum Summus Pontifex indefinitè loquatur, nulla poteſt afferri ratio cur potius vnam cenſuram, & pœnam quam aliam incurrant,& ideo omnibus indefinitè conſtringuntur.

Quæ ſint autem iſtæ pœnæ, nūc à nobis ſunt colligendæ vltra ſupradicta, ſed vt clarius cognoſcantur, notandum eſt, quòd immunitas, & libertas eccleſiaſtica conſiſtit in ijs quæ generatim, aut perſonis eccleſiaſticis omnibus earumvè bonis, aut eccleſijs, earumvè bonis cōceſſa ſunt, vt docet Nauarr. in Manuali cap.17. num. 19. verſ. Quintò, Caietanus in Summula, verbo excommunicatio cap.31 Graſſius in ſuis deciſ.tom.1. lib 4. in expoſitione Bullæ Cęnæ Domini num.120. Innocen. in c.Nouerit

de

de ſent. excõmunicationis, & alij quos refert, & ſequitur Sayrus de cenſuris eccleſiaſticis lib.3.cap.19 num.9.

Hoc prænotato ſciendum eſt, quòd Canones pertinentes ad im munitatem,& libertatem eccleſiæ ſunt infraſcripti.

In c.Non minus, & in c. Aduerſus de immun. eccleſiæ per conc. Lateranenſe excõmunicantur ipſo facto imponentes collectas Clericis, vel eccleſijs, ſeu iuriſdictionẽ eorum vſurpantes, ſi moniti non deſiſtunt. excommunicatio vero nulli eſt reſeruata per dictos Canones,ſed comprehenditur in Bulla cœnæ Domini.c.18.

In c.Nouerit de ſent.excommunicationis per Honorium tertium excommunicatur ipſo facto violatores eccleſiaſticæ immunitatis & libertatis. Excommunicatio tamen nulli eſt reſeruata per dictum Canonem, ſed comprehenditur in Bulla Cœnæ Domini c.15. & 19.

In c.Graue de ſent.excommunicationis per eundem Honorium Tertium excommunicatur ipſo facto officiales locorum in quibus ſunt ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem, & feudis Eccleſiæ priuantur. Excommunicatio vero nulli eſt reſeruata, ſed comprehenditur in Bulla cœnæ Domini c.15.

In c.Generali de electione excõmunicantur vſurpantes de nouo cuſtodiam vacantium eccleſiarũ: excommunicatio vero non eſt reſeruata, ſed comprehenditur in Bulla cęnæ c.20.

In c.vnico de ijs quæ vi metuſvè cauſa fiunt in 6. excommunicatur illi qui per vim extorquent abſolutionem ab excommunicatione, Nulli tamen eſt reſeruata ſed comprenditur in Bulla cœnæ Domini c.16.

In c.Quoniam de immun. eccleſiæ in 6 excommunicatur illi qui impediunt curſum cauſarum eccleſiaſticarum. excommunicatio vero nulli eſt reſeruata, ſed comprehenditur in Bulla cęnæ cap.15. & 16.

In c.Quamquam de cenſibus in 6.compellentes eccleſias, & eccleſiaſticas perſonas ſoluere collectas; talleas, gabellas &c. ſi ſunt perſonæ ſingulares excommunicatur; Si vniuerſitates interdicuntur.Nulli tamen ſunt reſeruatę cenſuræ,ſed comprehenduntur in Bulla cœnæ c.18.

In Clemen Præſenti de cenſibus excommunicatur exigentes pedagia ab eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, & vniuerſitates interdicuntur.cenſuræ vero non ſunt reſeruatæ,ſed cõprehenduntur in Bulla cœnæ Domini c.18.

In c. Clerici de immunitate eccleſiæ in 6.excommunicatur dantes, vel imponentes onera eccleſijs,eccleſiaſticiſvè perſonis,& vniuerſitates interdicũtur. Abſolutio vero à dictis cenſuris eſt reſeruata ſedi Apoſtolicæ.

Sed aduertẽdum eſt,quòd licet c.ſupradictum fuerit poſtea reuocatum per Clemen. vnicam de immun.eccleſiarum,quæ eſt Clem.V. tamen per Leonem X. in ſua Bulla quæ incipit ſupernæ diſpoſitionis

&c. quæ eſt xj. in Bullario, fuit innouata, & confirmata, & ſimiliter per Concilium Trid. ſeſſ. 25. c. 20. ſub Decreto de Reformatione eſt renouatum; & comprehenditur in Bulla cęnæ c. 18. Et ſupr adicta Immunitas, & libertas pertinet ad ecclesiam materialem, & viuentem.

Per Martinũ V. in ſua Bulla quæ Incipit ad reprimẽdas &c. quæ eſt quinta in ordine in Bullario, excommunicantur officiales Laici procedẽtes in cauſis eccleſiaſticis quæ fuerũt delatæ ad eorũ forum, poſtquã cognouerint ad forum eccleſiaſticum pertinere, Cuius abſolutio eſt S. Pontifici reſeruata. Et pertinet dicta Immunitas, ſeu libertas ad eccleſiam materialem, & viuentem.

In conc. Trid. ſeſſ. 22. cap. 11. ſub Decreto de Reformatione excommunicatur occupantes & vſurpantes bona eccleſiarum, cuius cenſuræ abſolutio Romano Põtifici eſt reſeruata.

Hoc enim priuilegium pertinet ad immunitatem vniuerſalis eccleſiæ materialis.

In cap. Si quis ſuadente Diabolo 17. q. 4 qui Clericum percutit excommunicatur ipſo facto; & & eius abſolutio eſt reſeruata Sũmo Pontifici.

Hoc autem priuilegium conceſſum ab Innocentio II. Summo Põtifice Eccleſiaſticis Perſonis, pertinet ad Immunitatem, & libertatem eccleſiæ: Nam toti Clero vniuerſalis eccleſiæ conceſſum eſt.

Vnde qui Clericum percutit non ſolum iniuriam facit illi Clerico percuſſo ſed toti Clero: Ita docet Sayrus de Cenſuris eccleſiaſticis lib. 3. cap. 19. nu. 9. Et Vgolin. in Bulla cœnæ Domini par 2. c. 15. verſ. Nec non qui ſtatuta & c. 1. §. 1. num. 3.

In c. Fœlicis de Pœnis in 6. excõmunicatur, & varijs pęnis puniuntur occidentes, vulnerantes, percutientes, hoſtiliter inſequentes, capientes, carcerantes, & c. Illuſtriſsimos, ac Reuerendiſsimos Cardinales Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & Clericos, & Religioſos familiæ Summi Põtificis & Cardinalium: Cuius abſolutio Cenſuræ eſt Summo Pontifici reſeruata; Et dictæ pęnæ accurate explicantur à Proſpero Farinacio in ſua practica criminali part. 2. tom. 2. q 112. de crimine læſæ maieſt. à n. 108. vſq; ad nu. 126 incluſiuè: Ad quem remitto lectorem.

Scientes verò, & non reuelantes ſupradictam crimen iam commiſſum, vel committendum eadem cenſura, & pœnis puniuntur, per Conſtitutionem Pij V. quæ incipit Infelicis ſæculi &c. Et ſupradictæ excommunicationes latæ in c. Fęlicis & Conſtitutione Pij V. cõprehenduntur in Bulla Cœnæ c. 11 vt docet Vgolinus in expoſitione Bullæ cœnæ p. 2 c. 11. in principio, & in verſ. Vel fauorem n. 6.

Hoc etiam priuilegium pertinet ad Immunitatem, & libertatem Eccleſiæ vniuerſalis, Cum Collegium Illuſtriſsimorum Cardinalium vna cum Summo Pontifice Eccleſiam vniuerſalem repręſentent. Probatur.

Primò, Quia Cardinales vniuerſalis eccleſiæ caput ſunt, vt docet

Mar-

Martinus Laudēſis in ſuo tract.de
Cardinalibus q.31.& Fabianus de
Monte Sancti Sauini in ſuo tract.
de empt & venditione q.1. princi
pali nu 28. Et Apoſtolorum vices
tenent vt docet Lud. Bologni. in
ſuo tract.de poteſtate Papæ n.9. &
Bellenci in ſuo tract.de Charitati-
uo ſubſidio q.3 n.11.

Secundò, quia Cardinales eccle
ſiæ generalis officium gerūt, vt do
cet Martin Laudenſis in ſuo tract.
de Cardinalibus q 8 & ad regimē
vniuerſalis Eccleſiæ adhibentur,
vt demonſtrat Illuſtriſs. Bellarmi-
nus in ſuis Controuerſijs, contr.5.
de Membris Eccleſiæ lib.1.de Cle-
ricis c.16.verſ. At ſi conſideremus
&c.& Cardinalium conſilio Eccle
ſia Romana regitur; Marcus Man
tuanus in ſuo tract.de concilio nu.
66. Vnde Collegium Cardinalium
appellatur gremium Eccleſiæ, vt
in c. In nomine Domini, verſ. De
ipſius eccleſiæ gremio 23.diſt. Bar-
bat.de Præſtantia Cardinaliū q.1.
n.25. Et ſicut oſtiū regitur per Car
dinem, ita & eccleſia per Cardina
les. ita Barba. in loco præallegato,
& Archid. in c, Sacroſancta 22.diſ.

Tertiò, Cardinales eccleſiæ vni-
uerſales Capitulum ſunt ita Mart.
in ſuo tract de Principib.q.488. Et
Cardinalatus eſt pars Papatus, c.
Fęlicis de Pęnis in 6. Archid.& Io.
And.ibi, Vnde licet Epi iurēt fide
litatē Rom.Pōtifici vt in c.Ego M.
de Iure iur. tñ Cardinales nō iurāt
fidelitatē Papæ tanq̃ inuiſcerati.&
pars corporis ipſius Papæ, ita Hoſ.
in c. Antiq; de Priuilegijs, & Barb.
de præſtācia Cardinaliū q.1.n 25.
Sed cōtra poſſet forſan aliquis di

cere, Quòd violatores huius immu
nitatis nō incurrunt in dictas cēſu
ras, & pęnas enumeratas in ſupra-
dictis Canonibus. Quia licet dicta
priuilegia pertineāt ad eccleſiā v-
niuerſā & per conſequēs ad Im-
munitatē Eccleſię, tamen pertinēt
ad perſonas & per cōſequēs ad ec
cleſiam viuentem: Præſens aūt cō-
ſtit.Greg Papæ xiv. tractat de Im-
munit.eccleſiæ materialis, & ideo
violatores huius Immunitatis in-
currūt in illas cēſuras, & pęnas quę
per ſacros Canones &c. ſunt pro-
mulgatæ cōtra violatores liberta-
tis, & imm.eccleſiæ materialis: Nā
clauſula in fine poſita refertur ad
præcedētia c. Secūdo requiris, & c.
Inquiſitioni extra de Appellatio-
nibus.

Sed reſpondetur, quòd intentio
S.Pōtificis fuit punire ſupradictos 6
violatores nō ſolū cēſuris, & pęnis
ſtatutis cōtra violatores ſupradi-
ctos Immun. eccleſiæ materialis,
ſed etiā contra violatores liberta
tis eccleſiæ viuentis. Qđ probatur.

Primò, quia de vtraq; Immunita
te tractat in præſenti cōſt. nā de Im
munitate Eccleſiæ materialis tra
ctat, ibi, *Vt laicis ad eccleſias locaq.
ſacra, & religioſa prędicta cōfugienti
bus, &c.* De Immunitate verò eccle
ſiæ viuētis tractat, ibi. *De crimine ve
ro hæreſis &c.* iuncto verſ. *Sicuti et
prohibemus ne cōtra eccleſiaſticas per
ſonas &c.* Et poſtea ſtatuit pœnas
cōtra violatores ibi, in verſ. *Quod ſi
quis &c.* Et ita tenet Alex. Amb. in
Cōmētarijs dictæ Bullæ Greg. xiv.
Romæ impreſsis, vt patet ex titu-
lo, *Cōmētaria in Bullā Greg xiv. Pōt.
Max. De immunit. & libertate eccle-
ſiaſtica;*

ſiaſtica : Et ex tractatu, nam de vtraq; tractat; De immunitate eccleſiæ materialis tractat à principio vſque ad cap. 15. incluſiuè, & de immunitate, ſeu libertate eccleſiæ viuentis à cap. 16. vſq; ad finem operis.

Secundò, quia aliqui Doctores (vt Caietanus in ſua Summula verbo immunitas, verſ. ſexto &c.) faciunt differentiam inter libertatẽ, & immunitatem eccleſiæ, dicendo libertatem pertinere ad perſonas, immunitatẽ verò ad eccleſias materiales, & earum res, ideo Summus Pontifex volens demonſtrare quòd omnibus pœnis ſtatutis, tã contra violatores immunitatis eccleſiæ materialis, quã contra violatores eccleſiæ viuentis, volebat punire tranſgreſſores præſentis cõſtitutionis, poſuit illa verba, *& pœnas eaſdem incurrere quæ contra libertatis Iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores per ſacros Canones &c. ſunt promulgatæ.*

Tertiò in c. Clericis de immun. eccleſiæ in 6. & in Bulla Leonis X. quæ incipit ſupernæ diſpoſitionis &c. Et in Bulla Martini V. quæ incipit ad reprimendas &c. & in conc. Triden. ſeſſ. 22. cap. 11. ſub Decreto de Reformatione, ſupra allegatis tractatur de immunitate eccleſiæ materialis.

Quartò Greg. Papa xiv. in præſenti Conſtitutione generaliter loquitur, vt violatores huius Conſtitutionis incurrant in cenſuras, & pœnas ſtatutas per ſacros Canones, Concilia generalia, & Pontificias Conſtitutiones contra violatores libertatis, & immunitatis eccleſiaſticæ, non diſtinguendo eccleſiam viuentem à materiali; Ergo generaliter debet intelligi, iuxta tex. in c. ſolitæ §. fin. de maior. & obedientia. Nec per alios poteſt coarctari ad eccleſiam materialẽ, cum ſit prohibitũ aliter interpretari: vt patet ex præſenti conſtitutione, ibi, *Quauis aliter iudicandi, & interpretandi.*

Quintò, & vltimò hic tractatur de fauore Reipublicæ eccleſiaſticæ, & ideo lata debet fieri interpretatio, Glo. notabilis in c. ſciant cũcti in verbo alios, de elect. in 6. vbi Archid. & Francus n. 6. Graffius in ſua pract. caſuum reſeruatorum cap. 4. num. 27. Quod procedit etiã in pœnalibus, & odioſis vt docet Bartolus in l. Quemadmodum C. de Agr. & Cẽſibus lib. 11. Aegidius Boſsius in ſua pract. criminali tit. de Pœnis num. 12. Vndè clarè conſtat tranſgreſſores præſentis Conſtitutionis Greg. Papæ xiv. incurrere in cenſuras & pœnas ſtatutas in Canonibus ſupradictis, nõ ſolum contra violatores immunitatis, & libertatis eccleſiæ materialis: ſed etiam contra violatores immunitatis, & libertatis eccleſiæ viuentis.

Sed conſurgit dubitatio cui nã 7
ſit reſeruata abſolutio cenſurarum latarum per pręſentẽ Conſt. Greg. Papæ xiv. ſuper immunitate eccleſiarum?

Quatuor poſſunt eſſe opiniones in hac difficultate.

Prima opinio poteſt eſſe nullam incurrere cenſuram ipſo facto, ſed tantum eſſe excõmunicandos huius immunitatis violatores; ita

docet

docet Syluester in Summa, verbo immunitas 3.q.8. Suarez de Relig. tom. 1.tract. 2.lib.3.cap.13.nu.7.§. Sed quæret. Turrecremata in c. Miror 17.q.4.& huius opinionis videtur eſſe Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de immu. eccleſiæ in Bullam Gregorij xiv. cap. 15. num.4. qui quamuis non dicat eſſe iure latam, vel ferendam: nec dicat ſi ſit reſeruata nec ne, ſed tantum dicat quòd vltima pœna quæ de iure Canonico irrogatur iſtis violatoribus immunitatis eccleſiaſticæ, eſt excommunicatio, tamen ex iuribus quæ allegat clarè patet eſſe huius opinionis, nam ex iuribus illis manifeſtè apparet non eſſe excommunicationem iure latam, ſed ferendam, vt accurate perpendit Suarez in loco prææallegato; Et confirmatur quia dum refert opinionem Syluestri, qui docet, quòd debet extrahens excommunicari, & nihil in contrarium dicit, ſequitur ipſum eſſe eiuſdem opinionis.

Ex qua opinione ſequitur, quòd ſi violatores huius Conſtitutionis Greg. xiv. non eſſent declarati excommunicati, vel interdicti, non indigerent alia abſolutione quàm à peccato; Quod peccatum cum nec per præſentem Conſtitutionem, nec per aliud ius appareat eſſe reſeruatum, ſequitur quòd à quolibet Confeſſario approbato ab Ordinario poſſent abſolui.

Si verò eſſent declarati excommunicati, vel interdicti ab Ordinarijs locorum, ab eiſdem ordinarijs locorum poſſent abſolui iuxta tex. in c. Nuper § In ſecũdo vero caſu, de ſent. excommunicationis.

Sed iſta opinio erat probabilis antè promulgationem præſentis Conſtitutionis Greg. xiv. poſt verò dictam promulgationem ſuſtineri non poteſt, cum expreſſè appareat ex dicta Conſtitutione. §. Quòd ſi quis &c. incurrere excommunicationem ipſo facto, ibi, *Declaramus eum ipſo facto incurrere cenſuras, & pœnas eaſdem &c.*

Secunda opinio poteſt eſſe, Violatores dictæ immunitatis eſſe excommunicatos ipſo facto; ſed eius abſolutionem ſpectare ad Ordinarium, ex quo non reperitur expreſsè reſeruata Papæ.

Et hanc opinionem tenet Marcus Antonius Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c.21.n.5.

Quòd ſint excommunicati ipſo facto, patet ex eadem Conſtitutione Greg. xiiij. in verſ. Quòd ſi quis &c. ex illis verbis, *Declaramus eum ipſo facto Cenſuras, & pœnas incurrere &c.*

Quòd abſolutio nõ ſit Sedi Apoſtolicæ reſeruata, patet primo ex c. Nuper §. In ſecunda verò quæſtione, extra de ſentent. excommunicationis, vbi dicit Summus Pontifex Abſolutionem excommunicationis quam conditor Canonis ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo alijs conceſsiſſe videtur facultatem relaxandi. Vnde clare ſequitur, quòd ordinarius poterit abſoluere à dicta excommunicatione, cũ in dicta Conſtitutione non appareat eſſe reſeruatam. 8

Secundò, Quando qualitas relati requirit ſpecialem mentionem, prout eſt reſeruatio abſolutionis 9

Papæ,

Papæ non includitur in diſpoſitione referente, textus eſt notabilis in cap. penult. de Iure Iurando, & docet Gammarus de auctoritate legati in exordio n. 35. Ergo dato quòd Conſtitutio Greg. Papæ xiv. ſe referat ad Canones, & Conſtitutiones promulgantes contra violatores libertatis Iuris, & Immunitatis eccleſiaſticæ, quæ continēt cenſuras cum reſeruatione abſolutionis Papæ, Tamen trāſgreſſores dictæ Conſtitutionis licet incurrant in dictas cēſuras, quia expreſsè nominantur: non tamen incurrunt in dictas reſeruationes Summi Pontificis; Quia in dicta Conſtitutione referente non includuntur eo quòd ſpecialis mentio in ea non fit, prout requiritur, iuxt. tex. in cap. Nuper de ſentent. excommunicationis. §. In ſecunda vero quæſtione.

Sed contra ſupradictam opinionem obſtat Primò Decretum factum à Sacra Congregatione Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium circa abſolutionem à caſibus reſeruatis, ex viuæ vocis oraculo Clementis Papæ viij. publicatum Romæ die 26. Nouembris 1602. in quo prohibetur Regularibus (qui habent facultatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris Sedi Apoſtolicæ reſeruatis) abſolutio à caſibus, & cenſuris violationis Immunitatis eccleſiaſticæ, in terminis Conſtitutionis Gregorij Papæ xiv. quæ incipit cum alias nō nulli &c. Quæ reſeruatio connumeratur inter illos quinq; caſus, qui de Iure Sedi Apoſtolicæ ſunt reſeruati; Vnde ex vigore dictæ reſeruationis manifeſtè colligitur quòd caſus, & cēſuræ prædictæ ſunt Summo Pontifici reſeruatæ: Neq; obſtat dicere quòd in dicto Decreto agitur de Regularibus, non autem de facultate ordinariorum; Nam reſpondetur, quòd licet loquatur de Regularibus, tamen tractat de illis Regularibus qui prætextu facultatum abſoluebant à caſibus reſeruatis, vnde hæc Cenſura, & hic caſus inter reſeruatos Papæ connumerat.

Secundò, vſus, & conſuetudo optimè leges interpretantur, c. Cum 10 dilectus de conſuetudine l. Si de Interpretatione. ff de legibus: Sed vſus docet ordinarios frequenter huiuſmodi abſolutiones petere à Sede Apoſtolica, vt mihi Romæ teſtatus fuit Reuerendiſs mus Coccina Romanæ Rotæ Decanus, & Sacræ Pœnitentiariæ Regens, quæ cōſuetudo plerunq; facit vt quòd non eſt reſeruatum ſit reſeruatum vt docet Nauar. in Manuali c. 27. num. 258 Sylueſt. in Summa verbo caſus quæſt 4. Armilla eodem verbo num. 6. & Toletus in ſua Summa lib. 3. c. 14. nu. 3. Ergo abſolutio dictarum cenſurarum eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata.

Tertiò, Cenſuræ latæ in dictis Iuribus relatis in præſenti Conſtitutione Greg. xiv. habent hanc qualitatem annexam, quòd ſunt reſeruatæ Sedi Apoſtolicę, ſed cum vna 11 lex ad aliam refertur debet intelligi ſecundum qualitates relatæ, text. Aureus in Authent. de Filijs natis ante dotalia inſtrumenta §. fin. col. 3. & probat text. in l. in teſtamen-

ſtamento, & in l. ſi ita ſcriptum.ff.
de Condit.& demonſtrat.& Barto
lus in l.1.§.Cum plures n.1.ff.ſi fa-
milia furtum feciſſe dicatur, & in
l.1.num.1.ff.de Receptatoribus,&
alijs in locis dicit, quòd quando
pęna imponitur reſpectiuè ad aliã
12 intelligitur cum omnibus qualita
tibus illius pœnæ ad quam ſit rela
tio;& idem docet incertus Auctor
tractatus de crimine læſæ maieſta
tis n.15. qui reperitur in tomo 15.
tract.Ergo ſi in pœnis corporalib.
(quæ ſunt odioſæ,& per conſequẽs
reſtringi debent, iuxta reg. iuris
in cap.Odia de Reg.Iuris in 6.) fit
hęc interpretatio, vt pœna impo-
ſita.reſpectiuè ad aliam, intelliga
tur cum omnibus qualitatibus il-
lius pęnæ ad quam ſit relatio, mul
to magis hæc interprætatio debet
fieri in caſu noſtro, vbi tractatur
de pœna ſpirituali, fauorabili ec-
cleſiæ vniuerſali,& animabus fide-
lium; Et per conſequens traſgreſ-
ſor pręſentis Conſtitutionis Greg.
Papæ XIV. incurrit in cẽſuras latas
in Iuribus relatis,vna cum ſuis re-
ſeruationibus.

Nec adducta ad firmãdam opi
nionem ſupradictam obſtant.

Nam ad primũ ex c. Nuper &c.
Reſpondetur Nõ eſſe neceſſe, nec
reperiri in Iure cautum,vt dicta re
ſeruatio exprimatur in proprijs
terminis, ſed ſufficere vt aliquid
in ſpecie exprimatur, quòd reſer-
uationem ſignificet.Sed in caſu no
ſtro ipſa prolatio cenſuræ reſerua
tionem,& prohibitionem abſolu-
tionis continet: nam dum infligit
tranſgreſſoribus præſentis Conſti-
tutionis eas cẽſuras,& pęnas, quæ
contra libertatis iuris,& Immuni
tatis eccleſiaſticæ violatores per
ſacros Canones,& Pontificias Cõ-
ſtitutiones ſunt promulgatæ, quæ
ſua natura ſunt Sedi Apoſtolicę re
ſeruatæ, ſpecialiter non ſolum ſub
nomine cenſuræ relatæ ad dictos
Canones, & Conſtitutiones, ſed
etiam ſub nomine pœnæ, (nã pœ-
na eſt reſeruatio) vt docet Sãchez
de Matrimonio tom.3. lib.9. diſp. 13
32.num.18 & Molina de Iuſt.tom.
1.tract.2 diſput.92.verſ.pœna &c.
videtur ſibi reſeruaſſe dictas cen-
ſuras,& prohibuiſſe alijs eius abſo
lutionem.

Et confirmatur ex eodem c.Nu-
per in Reſpõſione primi articuli,
Nam cum quæſitum eſſet Pontifi-
ci, an illi laici eſſent excommuni-
cati qui abſque læſione violenter
detinent clericos, reſpondet af-
firmatiuè.& intelligit ſententiam
Canonis ſi quis ſuadente Diabo-
lo 17.quæſtione 4. quæ eſt reſerua-
ta, nec tamen expræſsè ſibi reſer-
uat.

Vnde colligitur ſatis eſſe ad re-
ſeruationem faciendam tacitè in-
dicare cẽſuram reſeruatam,etiam
ſi ipſa reſeruatio non exprimatur
in proprijs terminis.

Ad ſecundum reſpõdetur,quòd
antecedens, procedit in ijs quæ 14
ſunt ſtricti Iuris, vt in iuramento
de quo loquitur tex.in c.pen.de iu
re iurando: Vnde propter pericu-
lum periurij ſtricta debet fieri in-
terpretatio in illo caſu, vt docet Pa
nor.ibidem n.2 & regulariter Iura
mẽtum reſtringendum eſt quantũ 15
fieri poteſt vt minus obliget iuran
tẽ propter dictũ periculum periu-

rij, vt

rij, vt docet idem Panor. in c. Cum Clerici in fine de verborum ſignificatione, Angelus in Summa verbo Iuramentum 4. n. 1. Et Sylueſt. in Summa eodem verbo 3. q. 1. in fine; Sed in caſu noſtro reſeruatio cenſuræ eſt pœnn ſpiritualis, quæ reſpicit fauorem animarum, & totius Reipublicæ Eccleſiaſticæ, (cũ per talem reſeruationem melius per Sedem Apoſtolicã quam per ordinarios curentur vulnera animarum ex correctione, & pœnitentiæ in iunctione; & violatores huius Immunitatis. ita correcti, & emendati melius præſeruantur à recidiuo, vt docet Graffius in ſua practica caſuum reſeruato ũ lib. 1 cap. 4. n. 27. verſ. Tertio &c.) & ideo Regula Iuris, Vt referens intelligatur ſecundum qualitates relati, debet latè interpraetari, & extendi in caſu noſtro, iuxta doctrinam Gloſ. in c. Sciant in verbo alios de elect. in 6. vbi Archid. & Franc. n. 6. quos refert, & ſequitur Graffius in loco præallegato n. 27. Et ſic cum ſimus
16 in diuerſis caſibus non debet fieri illatio de vno ad alium caſum diuerſum, iuxta tex. in c. Ad audientiam, de Decimis, & l. Papinianus exuli. ff. de Maioribus.

Sed dato, & nullo pacto conceſſo, quòd dicta limitatio procederet etiam in reſeruatione abſolutionis cenſurarum, Negatur conſequentia, & ratio negationis eſt, quia licet in reſeruatione cenſurarum requiratur ſpecialis mentio reſeruationis, iux. tex. in c. Nuper §. In ſecunda vero quæſtione de ſent. excom. tamen (vt dictum etiã eſt in reſponſione ad primum) nõ reperitur in iure cautũ, vt debeat fieri iſta reſeruatio in proprijs terminis, ſed ſufficit vt aliquid in ſpecie exprimatur quòd reſeruationẽ ſignificet; Sed reſeruatio cenſuræ eſt pęna vt ſupra probatum eſt, & in caſu noſtro Summus Pontifex non ſolum exprimit cenſuras latas in dictis Canonibus, ſed etiam pœnas, per quòd verbum videtur ſpecialiter denotaſſe pęnam reſeruationis, quæ eſt maior quæ ſit in dictis Canonibus relatis contra violatores dictæ immunitatis: Immo in multis (vltra cenſuram) non adeſt alia pœna quam reſeruationis abſolutionis Sedi Apoſtolicæ, Vnde non poteſt illud verbum (pęnas) ad aliud referri quam ad dictam pœnam reſeruationis: Ergo cum reſeruatio ſit ſpecialiter facta ſub nomine pœnæ, ſequitur quòd dictæ cẽſuræ ſint ſpecialiter reſeruatæ ſecundum qualitates relati: Vnde reiectis contrarijs concludendum eſt non poſſe Ordinarios regulariter abſoluere à dictis cenſuris, cum ſint ſedi Apoſtolicæ reſeruatæ.

Pro cuius concluſionis confirmatione addo, quòd cum hoc dubium diſcuteretur in prætorio ſacræ pęnitentiariæ fuit concluſum, cenſuras prædictas eſſe reſeruatas Sedi Apoſtolicæ, nec poſſe Ordinarios regulariter ab illis abſoluere. Et facto verbo Summo Pontefici Paulo V. annuit: ita mihi retulit Reuerendiſsimus Coccina Romanę Rotę Decanus, & ad pręſens Regens Prætorij Sacræ Pœnitentiariæ.

Tertia opinio poteſt eſſe, Cen-

ſuras,

ſuras,& pęnas ipſo facto latas per præſentem Conſtitutionem Gregorij Papæ xiv. contra violatores Immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ eſſe ex reſeruatis Sūmo Pontifici in Bulla Cœnæ Domini.

Probatur hæc opinio primò,quia tranſgreſſores præſentis Conſtitutionis condemnantur ipſo facto in cenſuras,& pœnas latas per ſacros Canones, & Pontificias Conſtitutiones contra violatores Immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ,vt patet ex eadem Conſtit.verſ. Quod ſi quis &c.

Sed ferè omnes cenſuræ latę per dictos canones contra violatores Immunitatis,& libertatis Eccleſiaſticæ ſunt reſeruatæ Summo Pontifici per Bullam cęnæ Domini,vt ſupranotatum eſt; Ergo ſunt reſeruatæ in Summo Pontifici in Bulla cęnæ Domini,cēſuræ latę per præſentem Conſtitutionē contra eius violatores.

17 Secundò reſeruatio caſuū ſi cōtinet fauorem Eccleſiaſticum,largo modo interpretari debet,& extendi etiam ad alium caſum ex identitate rationis,Glo.notabilis in c. Sciant,verbo alios,de elec in 6 vbi Archid. & Francus n.6.quos refert & ſequitur Graffius in ſua Practica caſuum reſeruatorum lib.1.c.4. num.27.

Sed in præſenti Conſtitutione fit mentio non ſolum cenſurarum & pœnarum per ſacros Canones latarum ſed etiam per Pontificias Conſtitutiones latas contra Violatores dictę Immunitatis,& libertatis eccleſiaſticæ; & dictæ cenſuræ ſunt reſeruatæ Summo Pontifici, vt ſupra probatum eſt,ergo dicta reſeruatio cum ſit in fauorem vniuerſalis Eccleſiæ largo modo eſt interpretanda, & extendenda ad reſeruationes factas in Bulla Cœnæ Domini non ſolum ex identitate rationis,ſed etiam quia nomen Conſtitutionis largo modo ſumptum, poteſt & debet extendi in iſto caſu ad fauorem vniuerſalis eccleſiæ, ad Bullam cœnæ Domini; Quia licet ſententiæ latæ in dicta Bulla ſint ab homine, tamen habent vim Iuris cum non expirēt morte Summi Pontificis, vt patet ex dicta Bulla in fine,verſ. Volētes præſentes noſtros proceſſus &c. & Viualdus in expoſitione dictę Bullæ caſu 21. verſ. Volentes &c. nu.6. & 7. dicit quòd ſunt à Iure, & Sayr. de Cenſuris eccleſiaſticis lib.3.c.1. nu.17. dicit medias eſſe inter ſententias Iuris,& hominis,vnde non erit abſurdum in præſenti caſu fauore vniuerſalis Eccleſiæ extendere nomen Conſtitutionis ad Bullam Cœnæ Domini.

Tertiò ſupradictam opinionem tenet Admodum Reuerēdus Pater Abbas D.Iacobus de Graſſijs(verſatiſsimus in hac materia caſuum reſeruatorum)in ſuo conſilio vnico de Immunitate eccleſiæ nu.29. vbi dicit hæc verba. Quæ quidem declaratio excōmunicationis operatur,vt Ordinarius loci non poſſit abſoluere Curiam ſæcularem; quia incidit in Bullam Cęnæ Domini ipſo facto, cum incurrat in pęnas promulgatas contra violatores Iuris, & Immunitatis eccleſiaſticæ,& ita in excommunicationem Bullæ à qua Epiſcopus non

poteſt

poteſt abſoluere &c. Hæc Graffius.

Sed contra ſupradictam tertiã opinionem obſtat.

Primò Decretum Congregationis Illuſtriſsimorũ Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporum, & Regularium circa abſolutionem à caſibus reſeruatis ex viue vocis oraculo Clem. Papæ viij. Romæ publicatum die 26. Nouembris 1602. In quo decreto diſtinguuntur caſus reſeruati in Bulla Cœnæ Domini, ab alijs reſeruatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ Domini, & à caſibus reſeruatis Epiſcopis; & caſus, & cẽſura violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis præſentis Conſtitutionis Gregorij Papæ xiiij. quæ incipit cũ alias nonnulli &c. connumeratur inter illos quinq; caſus qui de Iure Sedi Apoſtolicæ ſunt reſeruati extra Bullam Cœnæ Domini ergo &c.

Secũdo viginti quinq; anni ſunt elapſi à publicatione præſentis Cõſtitutionis Gregorij Papæ xiv. & vno quoq; anno fuit de nouo publicata Bulla Cœnæ Domini, & numquam caſus præſentis Conſtitutionis fuit connumeratus, & regiſtratus in dicta Bulla: Ergo ſignũ eſt non eſſe ex reſeruatis Summo Pontifici in Bulla Cœnæ Domini, ſed ex reſeruatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ.

Tertiò violatores præſentis Cõſtitutionis Gregorij Papæ xiv. incidunt ſolum in cenſuras, & pœnas quæ per Sacros Canones concilia generalia, & Pontificias Conſtitutiones ſunt promulgatæ contra violatores libertatis, & Immunitatis eccleſiaſticæ; ſed cenſuræ, & pœnæ latæ in Bulla Cœnæ Domini, non ſunt latæ per Canones, nec per Concilia Generalia, nec per Pontificias Conſtitutiones, ſed ſunt ſententiæ latæ ab homine in proceſſu, vt docet Vgolinus in expoſitione Bullæ Cœnę Domini p.p. cap. 17. & Graffius in ſuis deciſ. aureis tom. 1. lib. 4. cap. 18. num. 4. Ergo Violatores præſentis Conſtitutionis Greg. Papæ xiv. non incidunt in excommunicationes, & reſeruationes factas in Bulla cœnæ Domini.

Rationes vero allatæ ad probãdam ſupradictam tertiam opinionem non obſtant, & Ad primam declaro minorem propoſitionem dicendo quod ſunt diuerſæ cenſuræ latæ per canones contra violatores Immunitatis eccleſiaſticæ, ab illis quæ ſunt latæ, & reſeruatæ per Bullam Cœnæ Domini, licet pro eadem cauſa: Nam ſublata Bulla Cœnæ Domini, adhuc violatores incurrerent in cenſuras, & pœnas latas in dictis Canonibus; Sed ex diuerſis non fit illatio c. Ad audientiam, de Decimis l. Papinianus exuli. ff. de Minoribus: Ergo licet incurrant in Cenſuras, & pœnas latas per Sacros Canones, nõ tamen incurrunt in cenſuras, & pœnas latas per proceſſum Bullæ Cœnæ Domini; Cum de dicto proceſſu nulla fiat mentio in præſenti Conſtitutione Greg. Papæ xiv. & de Canonibus fit expreſſa mentio.

Ad ſecundum Reſpondeo, quòd extenſio non debet fieri abſq; neceſsitate: ſed violatio huius Immunitatis antę publicationẽ præ-

ſentis

ſentis Conſtitutionis non erat reſeruata: Immo nec erant ipſo facto excommunicati violatores, vt probatum eſt ſupra; Et nunc non ſolum incurrunt excommunicationem ipſo facto, ſed etiam eius abſolutio eſt reſeruata Sũmo Pontifici: Ergo non debet magis extendi; quia qui nimis emungit elicit ſanguinem.

18 Quarta, & vltima opinio poteſt eſſe quòd illi caſus qui coincidunt cum Bulla cœnæ Domini ſunt reſeruati in dicta Bulla; Vt ſi Miniſter Curiæ ſæcularis præſumeret (etiã in caſibus per præſentem Conſtitutionem exceptis) per vim perſonã eccleſiaſticam ab eccleſia extrahere, adducere, capere, carcerare; aut vellet cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus, alias quam de Iure permittitur, incideret etiam in Cenſuras latas per Bullam Cœnæ Domini Sanctiſsimi Summi Põtificis Pauli V. cap. 15. quia coincidit iſte caſus cum illa excommunicatione.

Si vero non coincideret caſus præſentis Conſtitutionis, cum caſu Bullæ cœnæ Domini, vt eſt quando miniſter curiæ ſæcularis caperet Laicum delinquentem, & extraheret ab Eccleſia abſque licentia Epiſcopi, etiam in caſibus exceptis.

In hoc caſu, vel alio ſimili violator præſentis Conſtitutionis, Gregorij Papæ xiv. incideret in cẽſuras Reſeruatas Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ Domini non autem in cenſuras latas, & reſeruatas per Bullam cœnæ Domini.

Probatur hæc opinio (quo ad ſecundam partem nam prima eſt clara.)

Primò, Quia violatores præſentis Conſtitutionis incurrunt in Cẽſuras, & pœnas ſtatutas contra libertatis iuris, & Immunitatis eccleſiaſticæ Violatores, per Sacros Canones, & Conciliorum generalium, & Summorum Pontificum Conſtitutiones ſunt promulgatæ: vt patet ex præſenti Conſtitutione verſ. Quod ſi quis &c. Quæ verba cum ſint indefinitè prolata amplectuntur omnes Canones, & Cõſtitutiones promulgatas, non ſolum in fauorem Immunitatis eccleſiæ materialis, ſed etiam in fauorem libertatis eccleſiæ viuẽtis, (vt ſupra latius probatum eſt,) & cenſuras in eis latas, cum ſuis reſeruationibus, (cum reſeruatio abſolutionis ſit pęna;) Nam intentio Summi Pontificis fuit coaceruare omnes pœnas contra violatores præſentis Conſtitutionis.

Sed inter Canones promulgatos in fauorem Eccleſiaſticæ Immunitatis, & libertatis ſunt cap. Si quis ſuadente Diabolo 17 q. 4. c. Clericis de Immunitate eccleſiæ in 6. (in quo excommunicantur dantes, vel imponentes onera eccleſijs, eccleſiaſticiſq; perſonis, quæ cenſura eſt Papæ reſeruata: & c. Clericis ſupradictum pertinet ad Eccleſiam viuentem, & materialem; & licet per Clem. vnicam de Immunitate Eccleſiæ fuerit reuocatum, tamen per Concilium Tridentinum in ſeſſ. 25. cap. 20. Sub Decreto de Reformatione eſt innouatum) c. Fęlicis de Pœnis in 6.

& Concil. Trid. ſeſſ.22. cap. 11. ſub Decreto de Reformatione. In quibus Iuribus excõmunicantur violatores dictorum Canonũ, & Vniuerſitates interdicuntur: quarum cenſurarum abſolutio eſt Summo Pontifici reſeruata per dictos Canones; Ergo contrafacientes præſenti Conſtitutioni Gregorij Papę xiv. in fauorem Eccleſiaſticæ Immunitatis,& libertatis promulgatæ, incurrunt in dictas Cenſuras; quarum abſolutio eſt Summo Pontifici reſeruata; & per conſequens Ordinarij locorum, licet declarẽt tranſgreſſores ſupradictos incurriſſe in dictas cenſuras,& pœnas, non tamen poſſunt regulariter ab illis abſoluere abſq; ſpeciali facultate Sedis Apoſtolicæ.

Secundo probatur ex Decreto facto à Sacra Congregatione Illuſtriſsimorum Cardinalium ſuper negocijs Epiſcoporum,& Regularium circa abſolutionem à caſibus reſeruatis, ex viuæ vocis oraculo Clementis Papæ viij. Romæ publicatum die 26. Nouembris 1602. in quo prohibetur Regularibus (qui habent facultatem abſoluendi à caſibus, & cenſuris reſeruatis Sedi Apoſtolicæ) abſolutio à caſibus & cenſuris violationis Immunitatis eccleſiaſticę in terminis præſentis Conſtitutionis Greg. Papæ xiv. in quo Decreto diſtinguuntur caſus reſeruati in Bulla Cœnæ Domini, ab alijs reſeruatis Summo Pontifici extra Bullam Cœnæ Domini, & à Caſibus reſeruatis Epiſcopis: & caſus & cenſura violationis Immunitatis Eccleſiaſticæ in terminis præſentis Conſtitutionis, connumeratur inter illos quinq; caſus, qui de Iure Summo Pontifici ſunt reſeruati extra Bullam cœnæ Domini: Ergo clare liquet cenſuram ſupradictam eſſe Summo Pontifici reſeruatam, ſed non in Bulla cęnæ Domini.

Nec obſtat dicere quòd in dicto Decreto agitur de Regularibus, non autem de facultate ordinariorum; Nam reſpondetur, quòd licet loquatur de Regularibus, tamen tractatur de caſibus, & cenſuris reſeruatis, tàm Epiſcopus, quàm Sedi Apoſtolicæ; & tractatur de illis Regularibus qui prætextu facultatum abſoluebant à caſibus reſeruatis, vnde hic caſus, & hæc cenſura inter reſeruatas Papæ extra Bullã cęnæ Domini connumerat; Et hoc ſufficit ad probãdam opinionem ſupradictam.

Tertio, vigintiquinq; anni ſunt elapſi à publicatione præſentis Conſtitutionis Greg. Papæ xiv. & vno quoq; anno fuit de nouo publicata Bulla cœnæ Domini, & Anno 1606. aliqua fuerunt de nouo addita, quæ in alijs Bullis publicatis ſuperioribus annis non erant, vt videri poteſt in cap. 16. Bullæ cœnæ præſentis Pontificis Pauli Papæ V. & tamen caſus, & cenſura præſentis Conſtitutionis numquam fuit addita, connumerata, vel Regiſtrata in dicta Bulla: ergo clarum ſignum eſt non eſſe ex reſeruatis Summo Pontifici in Bulla cœnæ Domini, ſed ex reſeruatis Summo Pontifici extra Bullam cœnæ Domini.

Cõtra ſupradictam opinionem videntur obſtare illæ duę rationes

ſupra

ſupra allatæ ad confirmandam ſecundam opinionem; ſed ibidem patet reſponſio.

Vnde ex ſupradictis clarè conſtat abſolutionem cenſurarum latarum per præſentem Conſtitutionem Greg. Papæ xiv. ſuper Immunitate Eccleſiarum, eſſe reſeruatam Summo Pontifici, extra Bullam cœnæ Domini; Nec poſſe Epiſcopos, ſeu Ordinarios regulariter abſoluere à dictis cenſuris.

Nunc videndum eſt de reſtitutione, quæ oritur ex violatione hu-
19 ius Immunitatis; licet reſtitutio non ſit propriè pœna ſed actus iuſtitiæ commutatiuæ, vt docent cōmuniter Doctores, & præcipuè D. Thomas in 2.2. q.62. art.1. in corpore, Salon. ibidem concl.1. Nau. in Manuali c.17. n.6. & alij nec requirat actum Iudicis vt fiat cui debetur. Nam præceptum reſtituēdi licet ſit affirmatiuum, includit tamen in ſe præceptum negatiuū non retinendi alienum, quòd pertinet ad præceptum Dechalogi, Non furtum facies, vt exactè docet Michael Salon. in 2.2. D.Thom. q.62. art.2. Controuerſia 1. conclu. vnica, verſ. Ad vltimum: Et præce-
20 pta negatiua obligant ſemper, & ad ſemper, vt docet D.Th. in 2.2. q. 33. ar.2. in corpore, & Nau. in Man. c.17. n.54.

Et certum eſt teneri ſæcularem
21 Iudicem, vel alium Miniſtrum Iuſtitiæ reſtituere Eccleſiæ delinquētem, quem vi, & abſque licentia Epiſcopi, vel eius officialis contra Immunitatem extraxit: ita apertè habetur in c. Miror 17. q 4. in illis verbis, *Eccleſiæ igitur illæſum reuoca quem irreligioſiſſime rapuiſti*. Et docet Bonifacius de Vitalin. in Clemen.1. de Pœnit. & Remiſs. in concl.9. n.85. quem refert, & ſequitur Remig. de Gonni in ſuo tract. de Immun. Eccleſiæ Præſuppoſitione 3. n.4. in fine Decian. in ſuo tract. crim. lib.6. c.28. num. vlt. Et Iadochus in pract. crim. Rubr. de Violatione templi cap. 106. nu.4. dicit, perſonam auulſam ab eccleſia, eſſe reſtituēdam vna cum omnibus damnis, & intereſſe, & illum refert, & ſequitur Farinac. in ſua pract. crim p.p. tom.2. tit. de Carceribus, & Carceratis q.28. num.5. & Alexander Ambroſinus in ſuo tract. de Immun. Eccleſiæ in Bullā Greg. xiv. c.15. n.7. & Marius Italia de Immun. eccleſiarum lib.1. c.6. §.2. nu.24. & ratio eſt, quia Eccleſia paſſa eſt iniuriā, & ſpoliata eſt Iure ſuo, ideo debet reſarciri c. Conquerente, & c. Item cū quis de reſt. Spoliatorū, Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapol. c.22. n.5. verſ. Item fuit reſolutum Si vero reſtitutio rei fiat Epiſcopo ſatisfacit Iudex ſæcularis, quia Epiſcopus repræſentat Eccleſiam c. Scire debes 7. q.1. Clem. Attendentes. §. Hoc autem nu.17 de ſtatu Monachorum, Genuenſis in loco prællegato n.8. verſ. Anno ſequenti &c.

Et licet Iudex poſtquam extraxit reum, velit cautionem de impunitate dare, & interim reum retinere, non ſatisfacit Eccleſiæ, nec ſuæ conſcientiæ, ſed debet prius reſtituere Eccleſiæ quod abſtulit, & poſtea de cautione tractare: ita docent commun. Doctores allegati ſupra in cap.5. num.1. & vltra illos

Oldradus cõſ.53. Panor. in c.Inter alia de immun.eccleſiæ,n.26.Bart. in l.Preſẽti C.De His qui ad eccleſ. confugiunt,Syluestr.in Summa verbo immunitas 2.q.7.n.11.Angelus in Summa verbo Immunitas n.20.

Quæ reſtitutio eſt facienda etiam in caſu in quo delinquẽs extractus nõ debet gaudere immunitate: Et ratio eſt, quia Eccleſia fuit expoliata ſine cognitione cauſæ facta ab Epiſcopo,& ſine licentia ipſius Epiſcopi; Arg.text.in c.Conquerẽte,&c. Item cum quis de Reſtitut. ſpoliatorum,& in noſtris terminis decidit iſtam quæſt. Petrus de Belluga in tract.qui intitulatur ſpeculum principis in Rubr. 11. §. Sed quia loquitur, quem refert,& ſeq. Remig.de Gonni de Immun.eccleſiæ,q.17 §.venio ad noſtram quæſtionem; Et non ſolum eccleſia poterit agere pro reſtitutione delinquẽtis vt tradit Aufr. in Addit. ad Cappellam Toloſa.deciſ.422. col. 2.in princ. & Decian. in ſuis tract. crim.lib.6.tom.2.c.28.n.7.Sed etiã ipſemet extractus poterit agere ſpolio,vt docet Card.Tuſchus to.3. lit.E,concl.10.n.20. & ante ipſum Oldrad.conſ.145.in fine.

Et dato quòd Reus per vim extractus ab Eccleſia ad quam confugit, velit renunciare iuri ſuo, & voluntarie remanere in poteſtate Iudicis ſæcularis,adhuc Iudex tenetur illum reſtituere eccleſiæ; Et ratio eſt,quia Priuilegium hoc directè, & principaliter conceſſum eſt Eccleſiæ vniuerſali; indirectè vero redundat in beneficium Rei, vt contentum in tali loco: vt docet Suarez de Relig. tom. 1.tract. 2. lib.3.c.13.n.11.Anchar.conſ.314. in principio,& Decia.in ſuis trac. crim.tom.2.lib.6.c.25.n.1. in fine.

Et ſimiliter ſi reus exiſtens in eccleſia velit renunciare huic immunitati inuitis rectoribus Eccleſiæ, vt ab ea poſsit extrahi, adhuc renunciatio non tenet,& reus extrahi non poterit, & ſi de facto extrahatur teneretur Iudex ſæcularis illum Eccleſiæ reſtituere: Nam ſicut clericus non poteſt renunciare priuilegio fori quia illud datum eſt 22 Eccleſiæ vniuerſali, ita nec etiam cõfugiens ad eccleſiam poterit renunciare huic immunitati nam iuri publico non derogatur pacto, & voluntate priuatorum vt habetur in c.Si diligenti de foro compe 23 tenti,& in l.Ius publ.ff.de Pactis &c. ita docet Decianus in ſuis tract. crim.tom.2.lib.6.cap.26.ſub n.12. Benè verum eſt, vt fatetur idem Decianus,quòd ſi Reus qui confugit ad Eccleſiam vellet propria voluntate exire ab Eccleſia, poterit hoc facere etiam rectoribus inuitis, & iſto modo poterit extra Eccleſiã capi à Curia ſæculari, quia ſicut refugium ad eccleſiam ei liberum fuit, ita & exitus liber eſſe debet. & cum Deciano concordat Marius Italia de immu. eccleſiarũ, lib.1.c.6.§.2.n.84.in fine,ante verſ. Sed quidam &c.

Sed ponamus quòd aliquis Reus ſit legitime extractus ab eccleſia, & nomine Epiſcopi in Carceribus 24 ſæcularis Curiæ detẽtus,Quæritur (dũ agitatur cauſa an debeat reus gaudere immunitate vel nõ) Vtrũ poſsit Reus eidem immunitati renunciare? Et Reſpondetur, quòd

non

non ex rationibus ſupradictis.nu. 22. & ita docent Decianus in loco precitato, & Marius Italia ſimiliter in loco præallegato n.84. verſ. Sed quiddam hic&c.vſq; ad n.87. incluſiuè, in fine cuius numeri adducit etiam pro hac opinione Dominum de Maſtrillo in lib.2.deciſ. 169.qui dicit in his terminis fuiſſe deciſum.

Sed quid dicendum ſi poſt extractionem factam per vim à Curia
25 ſæculari ipſe reus aliud delictum committat, Vtrum poſsit Iudex ſæcularis ipſum reum detinere, & prius punire de delicto poſtea cōmiſſo, & poſtea illum Eccleſiæ reſtituere? An potius teneatur ante punitionem, vel cōdemnationem illam, eccleſiæ reſtituere? Et Antonius Gama deciſ. 52. tenet quòd poteſt prius eum punire, & poſtea Eccleſiæ reſtituere; Sed Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap.22.n.7.tenet oppoſitum, quod ante omnia tenetur Iudex ſæcularis reſtituere ipſum reũ per vim extractum eccleſiæ, & ita docet Marius Italia de immun. eccleſiarum lib.1.cap.6. §.2.n.41.42. & 43.

Dubium tamen eſt, an ſicut te-
26 netur Iudex ſæcularis reſtituere eccleſiæ Reum quem per vim, & de facto, & contra immunitatem eccleſiæ extraxit, ita quoq; teneatur reſtituere Reo omnia damna illi ſecuta ex dicta extractione, Et videtur dicendum quod non.

Primo quia Immunitas hæc eſt priuilegium conceſſum eccleſiæ, non autem perſonæ delinquentis: Ergo iudex ſæcularis extrahendo illum per vim, & contra immunitatem, peccat contra eccleſiã, non autem contra Reum, nec illi facit iniuriã; Quia ratione perſonæ eſt ſub iuriſdictione iudicis ſæcularis.

Secũdo Canones qui de hac immunitate loquuntur nullam mentionem faciunt de hac reſtitutione; Sed tantum dicunt iudicem ſæcularem cōmittere peccatum ſacrilegij, vt probatum eſt ſup. c. 14. n 5.& 6.& teneri Reum per vim extractum reſtituere eccleſiæ, vt ſup. probatum eſt n.21.& ſeq.

Tertio probatur auctoritate D. Th qui in 2.2.q.99.art.2. in reſpōſione ad 3.ait, Quod quãdo Iudex ſæcularis capit aliquem de loco ſacro, quem in alijs locis licitè capere poſſet, actum illum non habere aliam malitiã, niſi ſacrilegij, quia non habet (inquit) aliam deformitatem, niſi quia res ſacra violatur.

Oppoſita vero ſentẽtia eſt probabilior, nempè quod iudex ſæcularis teneatur reſtituere Reo per vim extracto ab eccleſia omnia dãna illi ſecuta, ex dicta iniuſta extractione.

Probatur primò, Quia iudex ſæcularis non habet iuriſdictionem 27 in perſonam delinquẽtis dum eſt in eccleſia, quia eſt locus exẽptus; & per conſequens cenſetur eſſe extra ſuum territorium, vt docet Alciatus in ſuo tract.de Præſumptionibus, Regula 3. Praſumpt. 33. Et Marius Italia de immun.eccleſiarum lib.1.c.6.§.2.n.43.& 44.& ſignãter n.69. Et colligitur ex c.Cũ Epiſcopus de officio Ordinarij in 6. & cap. 1. de Priuilegijs in 6. in princ. verſ. Numquid ergo &c. ibi, *Dummodo*

modo ſit in loco exempto commiſſum delictum, vel contractus initus, aut res religioſa.

Colligitur ex Clem.vlt. de Priuilegijs: Sed extra territorium iuſdicenti impune non paretur, vt patet ex c.2.de Conſt. in 6.in illis verbis, *Statuto Epiſcopi quo (in omnes qui furtum commiſerint) excommunicationis ſententia promulgatur: Subditi eius furtum extra ipſius Diœceſim committentes, minime ligari noſcuntur: Cum extra territorium iuſdicenti non pareatur impune.*

Et idem habetur in l.vltima.ff.de iuriſd.omnium iudicum, vbi Gloſ. in verbo non paretur, dicit, ſiue dicas inter non ſuos ſubditos: ſiue inter ſuos ſubditos; Ergo dum iudex ſæcularis per vim extrahit delinquentem ab eccleſia ad quam confugit, non exercet actum iuriſdictionis, cum illam non habeat ibi in delinquentem, vt ex iuribus, & Doctoribus ſupra allegatis eſt manifeſtum. Ergo exercet violentiam; ergo facit iniuriam non ſolum eccleſiæ contra Religionem: ſed etiam delinquenti extracto cōtra iuſtitiam commutatiuam: ergo tenetur reſtituere omnia damna illi ſecuta ex illa iniuſta extractione.

28 Secundo delinquens qui eſt in eccleſia poteſt impunè, & ſine culpa reſiſtere, & ſe defendere ne extrahatur extra eccleſiam, vt patet ex ſupradicto c.2.de conſtit. in 6. & l.vlt.ff.de iuriſd. omnium iudicū & docet Marius Italia in ſuo tract. de Immun.eccleſiarū lib.1.c.6.§.2. n.45.& ſeq.& Decian. in ſuis tract. crim.lib.8.c.3.n.vlt. Ergo Iudex ſæcularis qui illum aggreditur per vim extrahendo non exercet actū iuſtitiæ, & iuriſdictionis, ſed iniuriæ cōtra iuſtitiam commutatiuā: Quia alias daretur bellū ex vtraq; parte iuſtum; ergo tenetur reſarcire illi damna illata cum iniuria cōtra iuſtitiam commutatiuam.

Tertio iudex ſæcularis in ſuo territorio carcerando Clericum in caſibus non permiſsis, non ſolum committit ſacrilegium, ſed etiam iniuſtitiam cum iniuria: Et ratio eſt quia non habet iuriſdictionem in perſonam Clerici: Ergo & ſimiliter in caſu noſtro, cū non habeat iuriſdictionem in perſonam illius delinquentis dum eſt in eccleſia, illum carcerando facit actum iniuſtitiæ cum iniuria, & per conſequens tenetur reſarcire illi damna ei illata.

In contrarium vero adducta nō obſtant, nam.

Ad primū rñdetur, Quòd licet hoc priuilegiū ſit directè cōceſſum eccleſiæ, tñ redundat etiā in perſonā delinquētis vt cōtenti in tali loco.

Pręterea eo ipſo quod talis locus per tale priuilegiū eximitur à iuriſdictione ſæculari; conſequenter etiam perſona quę ibi eſt eximitur ab eadem iuriſdictione quoad talem actum ibi exercendum, licet alias ſubdita ſit ſæculari iudici.

Ad ſcdm rñdetur quod Canones qui de hac materia loquuntur tractāt de hoc delicto quatenus ipſis cōtrariū eſt, & ideo ſemper de illo tanquā de ſacrilegio loquūtur: tñ non excludunt aliam malitiā iniuſtitiæ quæ exercetur contra reum, dū per vim extrahitur ab eccleſia.

Ad tertium reſpondetur, Quod D.Tho.illud dixit gratia exẽpli,& conſiderauit ſolum primam malitiã illius actionis quæ faciebat ad ſuum propoſitum; Tamen non ſequitur non habere aliam malitiã iniuſtitiæ,quæ redundat ab illa.

Vnde reiectis contrarijs remanet firma concluſio, Quod iudex ſæcularis teneatur reſarcire Reo per vim extracto ab eccleſia omnia damna illi ſecuta ex dicta iniuſta extractione.

Quam opinionem tenet Suarez de Relig.to.1.tract.2.lib.3.c.13.n.8.vſq; ad finem capitis:& precipuè n.15.& Greg.de Valen.in ſua Summa tom 3.diſp.6.q.15. punct.1.

Limitatur tamen primò ſupradicta concluſio non habere locum quãdo Reus à priuato homine nõ per vim,ſed per deceptionem extra eccleſiam traheretur; & iudex caperet Reum extra eccleſiam inuentum.Nam ſi iudex non fuit particeps prioris deceptionis,nec violauit immunitatem illum capiendo;Non tenetur reſtituere aliquid Reo ipſo; Sed ille priuatus homo peccauit,& tenetur reſarcire damna illi illata: ita Suarez de Relig. tom.1.tract.2.lib.3.c.13.n.17.

Limitatur ſecundo ſupradicta concluſio non procedere quando iudex volentem extraxit:Nam dũ Reus vult,iudex non facit illi iniuriam,(ſcienti enim, & conſentienti nulla fit iniuria c.Scienti de reg. iur.in 6.) & per conſequens non tenetur ei aliquid reſtituere.

Aduerte tamẽ quod licet iudex in ſupradicto caſu nõ teneatur aliquid Reo reſtituere,tamẽ peccat, & incurrit in cẽſuras,& pœnas præſentis Conſtitutionis, & tenetur Reum eccleſiæ reſtituere, quia licet Reo iniuriam non faciat, tamen iniuriam facit eccleſiæ, vt patet ex ſupradictis hoc eodem c.15. n.21.& 22.

Ex ſupradicta concluſione ſic limitata corrollarie ſequitur, quod ſicut actus ille extrahendi Reum per vim ab eccleſia ad quam confugit, & carcerandi illum eſt nullus: ita quoq; omnes alij actus iudiciales poſtea facti qui conſequũtur ex illo, vt probatur ex c. Decet de immun.eccleſiæ in 6. Vbi proceſſus per iudicem ſæcularem factus in eccleſia,eſt irritus,& innanis,quia ille non eſt actus iuriſdictionis;Sed violentiæ,& iniuſtitiæ; Et ideo per illum nõ acquirit ius, neq; poteſtatem in talem perſonã; Et dum fundamentum eſt nullum, neceſſe eſt omnia quæ in illo fundantur eſſe nulla: Vnde non poteſt iudex reum ſic captum ſub ſua cuſtodia retinere: Sed tenetur illum ſtatim eccleſiæ reſtituere; & dum illum retinet eſt in peccato.

Nec poteſt illum examinare, & ſi de facto examinet, & interroget non tenetur Reus reſpondere,quia non habet iudex iuriſdictionem in eum. Et ſi iudex procedat ad torturam, vel condemnationem, ſemper peccata multiplicat; ita docet Suarez de Religione tom.1. tract.2.lib.3.cap.13.num. 12. 13. & 14.

Expoſitio text. Conſtitutionis Greg. Papæ XIIII. quæ incipit cum alias &c.

Textus Conſtitutionis.

Conſtitutio Gregorij Papæ XIIII. ſuper Immunitate Eccleſiarum.

GREGORIVS EPISCOPVS ſeruus ſeruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM allas, nonnulli Prædeceſſores noſtri, & præſertim fel. rec. Sixtus Papæ V. nec non Pius etiam V. Sancto zelo ducti, diuerſas facultates, & indulta extrabendi, etiam in caſibus quibuſdam à Iure non permiſſis, ex Eccleſijs criminoſos, & delinquentes, compluribus ſæcularibus Principibus: eorumq; Curijs, & Magiſtratibus, ſub varijs modis, & formis, conceſſerint, prout in illis plenius continetur. Experientia poſtmodum docuit, tum ob diuerſitatem, & differentiam huiuſmodi indultorum, tum quia pleriq; eorumdem Principum miniſtri, ex hoc ipſo illa diuerſimode, etiam latius quàm par erat, & ad ſuum libitum interpretandi, occaſionem arripuerunt, illiſq; abuti cæperunt; ſubortam eſſe non mediocrem in aliquibus locis, libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ perturbationem, & confuſionem: alibi verò ne ipſos quidem laicos Indultis huiuſmodi vti voluiſſe, aut potuiße, quod Populis, inueterata erga Eccleſias reuerentia, deuotis, & aſſuetis, ſcandali potius quàm quietis occaſionem præberent. Illud etiam abſurdum ſæpenumero ſecutum eſt, vt infimæ interdum conditionis laici, non modo Iuris, ſed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quaſi poteſtates, aut Miniſtri Curiæ ſæcularis in aliquo Caſtro, aut Oppidulo iuriſdictionem exercebant, facultatum, & indultorum huiuſmodi limites longè exceſſerint, eaq; in ſuo arbitratu in ſenſus minus rectos, & ab intentione concedentis, omninò alienos, detorſerint, & illorum prætextu, quicquid ſibi in mentem venit attentare præſumpſerint; in graue iuriſdictionis, & immunitati s Eccleſiaſticæ præiudicium, locorum, & perſonarum

diuino

diuino cultui dicatarum contemptum, ipſius diuinæ Maieſtatis offenſam, & ſcandalum plurimorum. Quare pro commiſſo nobis à Domino Paſtoralis officij munere, prædictis abſurdis, & ſcandalis obuiare, ac differentias huiuſmodi ad vniformem regulam reducere, omnemq; dubitandi, ac perperam interpretandi occaſionem dilucida declaratione, ſubmouere, abuſus tollere, & ne Eccleſiaſtica Iura plane conculcentur, & negligantur, opportunè prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus Quintus Prædeceſſor noſter iiſdem de cauſis motus ſtatuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit: ita tamen, vt quando præſens temporum calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruerſorum hominum, malitia id expoſcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda illorum facinora, vltra id, quod priſca illa maiorum noſtrorum diſciplina, & vetus ſacrorum Canonum norma præſcripſerat in quibuſdam caſibus, congrua moderatione adhibita, permittamus.

Hac itaq. noſtra perpetuò valitura conſtitutione, omnia, & quæcumq; priuilegia, indulta, & gratias tàm per prædictum Sixtum, ac Pium Quintum, quàm alios quoſcumq. noſtros Prædeceſſores, aut noſmetipſos, Sedemq. Apoſtolicam eiuſvè legatos, ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs, Monaſterijs, Sacellis, domibus regularibus, & ſæcularibus, locisvè ſacris, aut Religioſis, aliaſq. in caſibus à Iure permiſſis, hominibus certorum, tunc expreſſorum, vel non expreſſorum criminum, reis, aut fraudolentis decoctoribus, etiam in odium certorum delictorum, & pro bono pace, & quiete publica, & ex cauſis vrgentiſſimis, ac neceſſarijs, & æquipollentibus caſibus in iure expreſſis, atq. ex paritate, identitate, aut maioritate rationis extenſis, perpetuò, vel ad certum nondum elapſum tempus, ſeu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, ſeu alias quomodolibet conceſſa, etiam iteratis, aut multiplicatis vicibus; approbata, & innouata, ac vſu recepta, literaſq. Apoſtolicas ſub plumbo, aut in forma Breuis, ſeu alias quomodocumq. deſuper confectas, quarum tenores hic haberi volumus pro expreſſis, ac de verbo ad verbum inſertis, ſublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis, ad Eccleſias, locaq. ſacra, & religioſa prædicta, confugientibus, ſi fuerint publici latrones, viarumq. graſſatores, qui itinera frequentata, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quiuè homicidia, & mutilationes membrorum in ipſis Eccleſijs earumvè Cœmeterijs committere non verentur, aut qui proditorie proximum ſuum occiderint, aut Aſſaſſini, vel hæreſis, aut læſæ maieſtatis in perſonam ipſiuſmet Principis rei, immunitas Eccleſiaſtica non ſuffragetur: Sed vniuerſis, & ſingulis Venerabilibus fratribus noſtris Patriarchis, Primatibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, cæteriſq. Eccleſiarum, & Monaſteriorum Prælatis, tàm ſæcularibus, quàm cuiuſuis Ordinis regularibus, diſtrictè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias, Monaſteria, domos, & alia loca ſupradicta ſacra, ſeu Religioſa reſpectiuè confugientes, & in eis ſe recipientes, atq. morantes, qui

prædi-

prædicta delicta,eorumvè aliquod,iudicio ſuo commiſiſſe videbuntur, quando à Curia ſæculari fuerint requiſiti, & quilibet eorum fuerit requiſitus, Miniſtris,& Officialibus Curiæ ſæcularis abſq.irregularitatis nota,aut alicuius Cenſuræ Eccleſiaſticæ in curſu tradi,& conſignari curent,& faciant,& quilibet eorum curet,& faciat.

Ne autem Curia ſæcularis prædicta Miniſtri facultate illos per ſe, & propria auctoritate extrahendi, & abducendi ſibi olim, vt præfertur, attributa, & per præſentes reuocata , abutantur , Volumus dictaq. auctoritate decernimus,& declaramus,vt Curia ſæcularis,eiuſq. Iudices,& officiales,ab Eccleſijs,Monaſterijs, lociſq.ſacris prædictis laicum aliquem,vt præfertur, delinquentem in nullo ex caſibus ſupradictis ſine expreſſa licētia Epiſcopi,vel eius officialis,& cum interuentu perſonæ Eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis,ad quos ſolos, & non alios, Epiſcopis inferiores, etiam ſi alias Ordinarij ſint,aut nullius diœceſis,aut Conſeruatores ab hac Sede ſpecialiter,vel generaliter deputati prædictam licentiam dandi,facultas pertineat:occurrente autem caſu in loco exempto, & nullius diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios:capere, extrahere, aut incarcerare non poſſint,niſi eo caſu,quo ipſe Epiſcopus,& dictæ perſonæ Eccleſiaſticæ requiſitæ illos in delictis ſuperius expreſſis culpabiles tradere, aut capturæ,& carcerationi interuenire,& aſſiſtere recuſauerint:tuncq; reuerentiæ Eccleſiæ, & locis ſacris debitæ memores prædictos delinquentes minori,quo id fieri poterit cum ſcandalo,& tumultu,extrahere curent.

Quodq. delinquentes laici prædicti,poſtquam,vt præfertur ab Eccleſijs,lociſvè ſacris extracti,& capti fuerint,ad carceres Curiæ Eccleſiaſticæ reponi, & inibi ſub tuto, & firmo carcere , ac opportuna cuſtodia data illis, ſi opus fuerit,per Curiam ſæcularem,detineri debeant,nec inde extrahi,Curiæq; ſæculari prædictæ cōſignari nec tradi poſſint,niſi cognito prius per Epiſcopum,ſeu ab eo deputatum, an ipſi verè crimina ſuperius expreſſa commiſerint, tuncq. demum de mandato Epiſcopi per Iudicem Eccleſiaſticum Curiæ ſæculari,quacumq. appellatione poſtpoſita conſignentur.

De crimine vero hæreſis, cognitio ad forum Eccleſiaſticum tota pertineat, neq; in ea Curia ſæcularis ſe quoquomodo intromittat: Sicuti etiam prohibemus,ne contra Eccleſiaſticas perſonas ſæculares,aut cuiuſvis ordinis,vel militiæ etiam S.Io.Hieroſolymitani regulares,quo quomodo etiam vigore prædictorum priuilegiorum,indultorum,aut conceſſionum, quæ omnia ad terminos Iuris per præſentes reducimus,procedant,aut ſe intromittant,[illegible]aſvè ab Eccleſijs,Monaſterijs,Domibus,lociſq.ſacris,aut religioſis,etiam in caſibus in hac Conſtitutione expreſſis,extrahere, abducere,capere, carcerare, aut cognoſcere de criminibus ad forum Eccleſiaſticum pertinentibus,aliàs quàm de iure, & per priuilegia eiſdem ordinibus,aut militijs conceſſa permittitur,quomodolibet præſumant.

Quod ſi quis quacunq; dignitate, & auctoritate præditus, præmiſſorum, aut alio quouis prætextu, quicquam præter,aut contra huius noſtræ Conſtitutionis

tionis

tionis tenorem attentare præſumpſerit, declaramus eum ipſo facto, cenſuras, & pœnas eaſdem incurrere, quæ, contra libertatis iuris, & immunitatis Eccleſiaſticæ, Violatores per ſacros Canones, & Conciliorum generalium, noſtrorumq; Prædeceſſorum Conſtitutiones ſunt promulgatæ. Sicq. per quoſcumq. Iudices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, ſublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis cauſa, & inſtantia, iudicari, & definiri debere, nec non irritum decernimus, & inane, ſi ſecus ſuper his, per quoſcumq. quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, tàm Sixti, & Pij V. quàm aliorum quorumcũq; prædeceſſorum noſtrorum litteris Apoſtolicis, priuilegijs, indultis, & facultatibus, quibuſvis perſonis etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quauis dignitate, & auctoritate fulgentibus, aut Rebuſpublicis, Dominijs, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, terris, & locis, eorumvè Curijs, Parlamentis, Senatibus, Conſilijs, Cõmunitatibus, Vniuerſitatibus, Collegijs, aut Præſidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicarijs, Poteſtatibus, alijſq. Magiſtratibus, Officialibus, Miniſtris, aut Conſiliarijs, ex prædictis, vel alijs, etiã grauioribus, & vrgentioribus cauſis, tàm illorum intuitu, & contemplatione, ſiue ad eorum preces, & inſtantiam, quã etiam Motuproprio, & ex certa ſcientia deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ac per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, etiam vim contractus, & fratrum noſtrorum conſilio, ſub quibuſcumq; tenoribus, & formis, & cum quibuſvis præſeruatiuis, reſtitutiuis, mentis atteſtatiuis, derogatoriarum, derogatorijs, alijſq. validiſſimis, efficaciſſimis, & inſolitis clauſulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, etiam ſi inibi caueatur expreſſè, quòd illis, niſi ſub certis modis, & formis, & niſi de expreſſo eorum conſenſu, ad quorum fauorem conceſſæ fuerint, derogari poſſit, & aliter facta derogationes nullius ſint roboris, vel momenti; & aliàs quomodolibet conceſſis etiam ſæpius approbatis, & innouatis: Quæ omnia, & ſingula, ac illorum tenores pro expreſſis habentes, quatenus præmiſſis in aliquo aduerſentur, aut plures quàm ſuperius expreſſos caſus contineãt, auctoritate, & tenore præmiſſis omnino; ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præſentis Cõſtitutionis: quo ad ſuperius deſcripta dumtaxat, reducimus: Et nolumus cuiquam de cætero ſuffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel ſpeciali, per quæ præſentibus non expreſſa, vel ad verbum non inſerta effectus earum quomodolibet valeat impediri.

Vt autem præſentes litteræ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in Valuis S. Ioannis Lateranen. & Principis Apoſtolorum, Baſilicarum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apoſtolicæ de more affigi, & publicari, earum etiam exemplis inibi affixis, & dimiſſis, ac poſt publicationem huiuſmodi, volumus, & decernimus, vt omnes, & ſingulos, quos concernunt, & concernent in futurum, perinde arctent, & afficiant, ac ſi eorum cuilibet perſonaliter intimatæ fuiſſent: earumdem verò præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, Notarij publici manu ſubſcriptis, eandem fidẽ in iudicio, & extra illud vbiq.

gen-

gentium,& locorum haberi volumus, quæ eiſdem Originalibus litteris habe-retur,ſi eſſent exhibitæ,vel oſtenſæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ moderationis, præcepti,mandatorum decretorum,reductionum,declarationum, prohibitionis,ſublationis,abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,ac Beatorum Petri,& Pauli Apoſtolorum eius,ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ,in Monte Quirinali, Anno Incarnationis Dominicæ. Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo. Nono Kal. Iunij, Pontificatus noſtri, Anno Primo.

L. DAT.

M. Veſtrius Barbianus,

Regiſtrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexij,

ANno à Natiuitate Domini, Milleſimo quingenteſimo nonageſimo primo, Indictione quarta, die vero vigeſima octaua Menſis Maij Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris,& D.N. D.Gregorij diuina prouidentia Papæ XIV. Anno primo, Retroſcriptæ literæ Apoſtolicæ affixæ,& publicatæ fuerunt in Valuis Baſilicarũ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & S. Ioannis Lateranen.nec non Cancellariæ Apoſtolicæ,& aciei Campi Floræ,vt moris eſt,per nos Catherinum Menandi,& Nicolaum Drouyn Curſ.

Pompeus Guerra Magiſter Curſ.

Diui-

Diuiſio Tex. ſupradictæ Conſtitutionis.

Diuiditur ſupradicta Conſtitutio in decem partes.

IN prima parte ponit duplicem titulum. Secundus tit. eſt ibi, Gregorius Epiſcopus &c.

In ſecunda parte ponit prohemium. Secunda ibi, Cum alias &c.

Hæc ſecunda pars ſecatur in duas ſectiones; in prima ſectione narrat cauſam impulſiuã præſentis Conſtitutionis; Secunda ibi, Quare pro commiſſo &c.

In tertia parte reuocat priuilegia Indulta, & gratias tàm per Sixtum V. in Bulla quæ incipit alias fœlicis & c. 7. in ordine, Anni Domini 1585. quàm per Pium V. in Bulla quæ incipit Romanus Pontifex & c. 2. in ordine Anni Domini 1566. & alios ſuos prædeceſſores &c. ſuper abducendis, vel extrahendis ab Eccleſijs in caſibus à Iure non permiſsis & ad vnam tãtum formam reducit, & moderat. Tertia ibi, Hæc itaq; noſtra &c. Hæc tertia pars ſecatur in tres ſectiones.

In prima ſectione reuocat priuilegia ſupradicta.

In ſecunda enumerat caſus in quibus laici immunitate Eccleſiæ gaudere non debent. Secunda ſectio ibi, Vt Laicis ad Eccleſias &c.

In tertia mãdat, & præcipit Epiſcopis, vt Laicos in caſibus prædictis delinquentes ad eorum Eccleſias confugientes, quando à Curia ſæculari fuerint requiſiti, tradi, & conſignari curent, & faciant. tertia ibi, ſed vniuerſis, & ſingulis &c.

In quarta parte prohibet ne Curia ſæcularis propria auctoritate, & per ſe poſsit (in caſibus enumeratis in præſenti Conſtitutione, in quibus delinquentes immunitate non gaudent) extrahere delinquẽtes ex Eccleſijs, Monaſterijs, & locis ſacris, ſine expreſſa licentia Epiſcopi, quarta ibi, Ne autem curia ſæcularis &c.

In quinta parte ordinat, vt delinquentes laici prædicti ab Eccleſijs extracti, Curiæ ſæculari tradi, & conſignari non poſsint, niſi cognito prius per Epiſcopum, ſeu ab eo deputatum, an ipſi crimina expreſſa, & exceptuata in præſenti Conſtitutione commiſerint; Quinta ibi, Quodq; &c.

In ſexta parte prohibet ne Curia ſæcularis in criminis hæreſis cognitione ſe intromittat: Nec cõtra Eccleſiaſticas perſonas. Sexta ibi, De crimine &c.

In ſeptima parte pœnas imponit contra tranſgreſſores præſentis Conſtitutionis, & facultatem tollit Iudicibus aliter interpretandi, vel iudicãdi ſeptima ibi, Quòd ſi quis &c.

In octaua parte ponit clauſulãm derogatoriam contrariorum octaua ibi, Non obſtantibus &c.

In nona parte publicari mandat, & in ſolitis locis affigi, & declarat quò fidẽ faciat in iudicio extra Vrbem nona ibi, vbi Vt autem &c.

In decima parte Contrauenientes incurrere declarat indignationem Dei, & Apoſtolorum Petri, & Pauli. Decima ibi, Nulli ergo &c.

Expo-

Expoſitio tex. Conſtitutionis Gregorij Papæ xiij. (quæ incipit cum alias &c.) per Gloſas.

SVMMARIVM.

Conſtitutio, & lex idem eſt, & de eius natura eſt eſſe perpetuã. n. 1.

Titulus præſentis Cõſtitutionis eſt generalis comprehendens immunitatem eccleſiæ materialis, & Eccleſiæ viuentis. n. 2.

Summus Pontifex ſeruus ſeruorum Dei ſe nominat. n. 3.

Conſtitutionẽ habere perpetuã firmitatẽ ex quib. verbis cognoſcatur. n. 4.

Cauſa impulſiua, & ſinalis præſentis Conſtitutionis quæ ſit. n. 5.

Rõ poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare Conſtitutionem ad limites ipſius rationis. n. 5. Verſ. & ratio &c.

Priuilegia per viam contractus aut remunerationis conceſſa à ſupremo Principe, reuocari poſſunt ex abſoluta ſua poteſtate. n. 6.

Clauſula quod non cenſeantur reuocata, niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, quomodo cenſetur reuocata. n. 7.

Dictio tantum eſt dictio taxatiua excludens omnem aliam formam. n. 8.

Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ an gaudeant hac immunitate. n. 9. remiſſiuè.

Reus qui confugit ad Eccleſiam licet dum eſt in Eccleſia puniri non poſſit à Iudice ſæculari, poteſt tamen puniri à Iudice Eccleſiaſtico in aliquibus caſibus. n. 10.

Latrones publici qui dicantur. nu. 11. remiſſiuè.

Viarum Graſſatores qui dicantur. nu. 12. remiſſiuè.

Depopulatores agrorum qui dicantur. n. 13. remiſſiuè.

Vtrum omnia delicta commiſſa in eccleſia ſint excepta, vel tantum homicidia, & mutilationes membrorum. n. 14. remiſſiuè.

Delinquens propè Eccleſiam an gaudeat immunitate Eccleſiæ ſi ad illam confugiat. n. 15. remiſſiuè.

Homicidium quando dicatur proditoriè commiſſum. n. 16.

Aſſaſſini qui dicantur. n. 17. remiſſiuè.

Vt quis verè, & propriè hæreticus dicatur, quæ poſtulantur. n. 18.

Læſæ maieſtatis crimen contra quos committatur, à quibus perſonis, & quibus modis. n. 19. remiſſiuè.

Verbum Præcipimus in lege eccleſiaſtica poſitum obligat ad peccatum mortale. n. 20.

Irregularitatem nõ incurrit Eps tradẽdo curiæ ſæculari delinquentem in caſibus exceptis. n. 21.

Iudices ſæculares non poſſunt propria auctoritate, & abſq. Epi licẽtia extrahere delinquentem ab Eccleſia, etiam in caſibus exceptis. n. 22.

Officialis nomine intelliguntur Vicarij Generales. n. 23.

Epiſcopis inferiores nõ poſſunt cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitut. n. 24. remiſſiuè.

Epiſcopus electus, & confirmatus nõ autem conſecratus poteſt cognoſcere de cauſis præſentis Conſtitutionis. n. 24. remiſſiuè.

Epiſcopus vicinior quis dicatur. n. 25

Epo abſẽte, & eius Vicario poterit in caſu neceſſitatis alius Iudex Eccleſiaſt. extrahere reũ ab eccleſia. n. 25

Epiſcopus ſi eſt negligens ad extrahẽdum reum ab Eccleſia in criminibus exceptis, an teneatur Iudex ſæcularis

ris

ris requirere Epiſcopum viciniorē pro extractione.n.27.

Reus extractus ab Eccleſia à Iudice ſæculari etiam in caſu permiſſo,tenetur Iudex illum reponere in carceribus Epiſcopi.n.27.

Reus non debet detineri in vinculis neq; in compedibus à Iudice eccleſiaſtico,quando clarè conſtat quod debet gaudere immunitate.n.28.

Iudex Eccleſiaſticus ſi eſſet in culpa cuſtodiendi reum qui confugit ad Eccleſiam, poſſet puniri per ſuum ſuperiorem.n.28.

Reus extractus ab Eccleſia nō ſolum vigore præſentis Cōſtitutionis,ſed etiam de iure cōmuni debet reponi in carcerib.curię eccleſiaſticę.n.29

Facultas extrahendi confugientes ad eccleſiam à quibus concedi poſſit. n.30.remiſſiuè.

Epiſcopus teneatur nec ne recipere p. bationes ſuper pretenſo delicto,vel teneatur ſtare proceſſui fabricato per curiā ſæcularē? n.31.remiſſiuè.

An ſufficiat de delicto cōſtare per indicia, & præſuntiones,an vero debeat per concludentes probationes apparere? n 31. remiſſiuè.

Citatio an ſit neceſſaria quando Epiſcopus, vel ab eo deputatus vult cognoſcere an ille qui confugit ad eccleſiam crimina excepta commiſerit.n.31.remiſſiuè.

Per deputatū quis intelligatur.n.32.

Appellari an poſſit à ſentētia lata per Epiſcopū, vel eius officialem ſuper remiſſione rei.n.33.

De immunitate eccleſiæ viuētis.n.34.

Hæreſis Criminis cognitio pertinet ad Iudices eccleſiaſticos.n.35.

Curia ſæcularis non ſe intromittit in cognoſcēdo de crimine hæreſis,ſed bene ſe intromittit in exequendo ſententiam latam per Iudicem eccleſiaſticum contra hæreticū.n.36

Clerici Iure Diuino sūt exēpti,& liberi à ciuili laicorum poteſtate.n.37.

Renunciare non poſſunt Clerici priuilegio fori.n.37.Verſ.Cui priuilegio &c.

Clericus in crimine deprehenſus, vel ſi cum armis noctu incedat poteſt capi à Iudice ſæculari,vt Eccleſiaſtico Iudici tradatur. nu.37. verſ. Poteſt tamen &c.

Conſuetudines introductæ contra immunitatem Eccleſiæ ſunt reuocatæ per præſentem Conſtitutionē n.38.

Attentātes delinquere contra præſentem conſtitutionē puniuntur.n.39.

Præſumere dolum importat, & temeritatem. n 40.

Ignorātia excuſat à cenſuris, & pęnis præſentis Conſtitutionis.n. 40.

Pœna pecuniaria non debetur ante condemnationem.n.41.

Cenſuræ, & pœnæ ſtatute per ſacros Canones contra violatores immunitatis,& libertatis Eccleſiaſticæ quæ ſint.n.42.remiſſiuè.

Violatores præſentis Conſtitutionis incurrunt in pęnas ſtatutas non ſolum contra violatores immunitatis Eccleſiarum,ſed etiam cōtra violatores eccleſiaſticæ libertatis.n.43.

Clauſula ſublata eis &c. quæ eſt in præſenti Conſtitutione excludit omnē extraneā interpretationē. n. 44.

Facultates cōceſſæ etiam per modum ſtatuti contra immunitatem Eccleſiæ, ſunt ſublatæ, & annullatæ per præſentem Conſt.n.45.

Cōſtitutio præſens Romæ promulgata ligat omnes, ac perſonaliter eſſet cuilibet intimata.n.46.

Fidem

Fidem facit præſens Conſtitutio etiam in iudicio, ſi ſit ſubſcripta manu publici Notarij tantum. n.47.

Contrauenire præſenti Conſtitutioni poteſt quis tribus modis, n.48.

CAPVT XVI.

1 *Conſtitutio &c.* Ex hoc primo titulo demonſtrat S. Pontifex intentionem ſuam eſſe condere legẽ perpetuam: Nam idem eſt Conſtitutio, & lex, & de eius natura eſt eſſe perpetuam, ita docet Sylu. in Summa in Verbo Conſtitutio nu. 1 & Bartholomæus Fumus in ſua Summa Armilla eodem verbo n. 1.

2 *Super Immunitate Eccleſiarum.* Hic tit. eſt generalis, & comprehẽdit non ſolum immunitatem Eccleſiæ materialis, & aliorum locorum ſacrorum, quo ad perſonas delinquentes, quæ in illas confugiunt, de qua principaliter tractat; ſed etiam immunitatem Eccleſiæ viuentis, de qua tractat in ſexta parte, à verſ. De crimine vero hæreſis &c. vſq; ad verſ. Quod ſi quis &c.

3 *Gregorius Epiſcopus &c.* Hic eſt ſecundus titulus, qui continet nomen Pontificis, & ſolitam præfationem ipſius, qui ex maxima humilitate, ſeruum ſeruorum Dei ſe nominat.

4 *Ad perpetuam rei memoriam.* Dicta verba non ſunt poſita ad dandam perpetuam firmitatem præſenti Conſtitutioni (nam illam habet ex eo quod Conſtitutio eſt, vt dictum eſt ſupra Gloſ. 1.) ſed tantum ad dandam ei perpetuam memoriam apud homines: Nam quando Summi Pontifices intendunt dare Conſtitutionibus ſuis perpetuam firmitatem, alio modo ſolent illam explicare, nempè dicendo, *Hac perpetua Conſtitutione*, vel *Hac perpetuò valitura Conſtitutione*, & ſimilibus modis, vt docet Sayrus de Cenſuris Eccleſiaſticis lib 3. cap. 1. nu. 20. & c 3. n. 8. & patet ex præſenti Conſtitutione verſ. *Hac itaq; noſtra perpetuo valitura Conſtitutione &c.*

Cum alias &c. In hoc prohemio 5
S. Pontifex oſtendit nobis cauſam impulſiuam, & finalem, quæ eum mouit ad hanc Conſtitutionem condendam.

Cauſa impulſiua eſt illa quam ponit in narratione, quæ incipit à principio Conſtitutionis, & finit in Verſ. Quare pro commiſſo, &c.

Et eſt abuſus miniſtrorum iuſtitiæ ſæcularis facultatum ipſis conceſſæ per felicem memoriam Pij Quinti in Bulla quæ incipit Romanus Pontifex & c. 2. in ordine, Anni Domini 1566. & Sixti V. in Bulla quæ incipit Alias fęlices & c. 7. in ordine, Anni Domini 1585. extrahendi ab Eccleſijs delinquentes in aliquibus caſibus à Iure non permiſsis; Ex quo abuſu oriebatur perturbatio, & confuſio libertatis, & immunitatis Eccleſiæ, & ſcandala in populis.

Cauſa verò finalis quæ eum mouit eſt illa quam ponit in diſpoſitione, quæ incipit à verſ. Quare pro commiſſo nobis &c. & finit in

verſ.

verſ. Hac itaq; &c. quæ eſt non ſolum obuiandi abſurdis, ſcãdalis, & differentijs ſupradictis, reuocando facultates ſupradictas Pij, & Sixti V. & quorumvis aliorum Sũmorum Pontificum: Sed etiam reducendi ad vniformem regulam Immunitatem eccleſiaſticam, & collere omnem dubietatem, & malas interpretationes, & abuſus, qui immunitatem eccleſiaſticam conculcauerunt; Et ratio poſita in diſpoſitione eſt illa quæ debet reſtringere, & ampliare Conſtitutionem ad limites ipſius rationis: vt patet in l. Cum Pater §. Dulciſsimis ff. de legatis 2. & docet Hoſtienſis, quẽ refert, & ſequitur Panorm. in c. Eccleſiæ de immun. eccleſiæ n. 5. & 6.

An præſens Conſtitutio ſit vniuerſaliter ſeruanda, vel tantum in illis locis in quibus Principibus &c. ſunt conceſſa aliqua priuilegia extrahendi ab eccleſijs confugientes ad eas? dictum eſt ſup. c. 2. q. 3. num. 7.

Conſuetudines vero quæ ante præſentem Conſtitutionem erant introductæ contra Immunitatem eccleſiæ, an ſint abrogatæ per præſentem Conſtitutionem? dictum eſt ſup. c. 3. q. 5. n. 16.

6 *Seu alias quomodolibet conceßa &c.* Ex his verbis clarè colligitur quod dato quòd eſſent conceſſa dicta priuilegia per viam cõtractus, aut remunerationis, intentio S. Põtificis eſt illa reuocare, & ad vnam tantum reducere formam: Nam vt communiter tradunt Doctores in c. Nouit de Iudicijs, & in cap. 4. de Probationibus, Priuilegia etiã per viam contractus, aut remunerationis conceſſa à ſupremo Principe, ex abſoluta ſua poteſtate reuocari poſſunt; Et Sayr. de cenſuris lib. 3. c. 25. num. 10. verſ. Hinc patet in fine, dicit, quod Summus Pontifex non ſolum poteſt reuocare dicta priuilegia, ſed etiam debet, ſi cauſa vrgens id expoſtulet.

Quarũ tenores hic haberi volumus pro expreſſis &c. clauſula apponi ſolita in priuilegijs, indultis, & gratijs, l. quòd non cenſeantur reuoca- 7 ta, niſi de eis fiat mentio de verbo ad verbum, cenſetur reuocata per præſentem clauſulam, *Quarum tenores &c.* ita docet Felin. in c. Nõnulli de Reſcriptis, & Eman. Roder. in ſuis quæſt. regularib. to. 1. q 9 ar. 6. Et ſic habet ſtylus curiæ Romanæ.

Ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur &c. Hæc dictio 8 tantũ, eſt dictio taxatiua excludẽs oẽm aliam formam: Et hęc forma eſt ſecundum Canones benè intellectos, & interpretatos: Nã hæc Cõſtitutio eſt antiqui iuris declaratiua, nõ autẽ noui iuris diſpoſitiua.

Vt Laicis &c. Clerici, & Eccleſiaſticæ perſonæ an gaudeant hac 9 immunitate? dictum eſt ſup. c. 12. dub. 3. n. 3.

Ad eccleſias locaq; ſacra, & religioſa prædicta, cõfugientibus &c. In- 10 tellige pro punitione quę pertinet ad ſecularem curiam, ſecus autem in alijs caſib. pro quib. puniri poſſũt à Iudice eccleſiaſtico: Quia nõ ſequitur, qđ ſi nõ tradũtur ſæculari curiæ, oĩnò nõ debeãt puniri: Nam citrà ſanguinis pęnam puniri poterunt, & debent delinquẽtes, ita Marius Italia in ſuo tract. de Immun. eccleſ. lib. 1. c. 4 § 7. n. 14. verſ. Vnde

dum dicit &c.& n.23. Verſ.Sin autem &c. & dictum eſt ſupra in c.6. num.28.

11 *Si fuerint publici Latrones &c.* Qui dicantur publici latrones, & quæ requirantur ad illum conſtituendum habetur ſup. c.6.n.3 & 5.vſq; ad 12.excluſiuè.

12 *Viarumq; graſſatores &c.* Viarum graſſatores qui dicantur,& in quo differant à publicis latronibus habetur ſup.c.6.n.4.

13 *Depopulatores agrorum &c.* Qui dicantur depopulatores agrorum, habetur ſup.c.6.n.13.

14 *Homicidia, & mutilationes membrorum.* Vtrum iſta exceptio extendatur ad alia delicta? Dic quòd non, vt dictum eſt ſupra cap.6.nu. 23.& ſeq. Quæritur nomine membri quid intelligatur? dixi ſupra cap.6. num.38. vſq; ad finem capitis.

15 *In ipſis Eccleſijs &c.* Quæritur, An delinquens propè eccleſiam gaudeat immunitate eccleſiæ ſi ad illam confugiat? Dic quod ſic, vt dictum eſt ſupra cap.6.n.30.

16 *Qui proditorie &c.* Homicidium quando dicatur proditoriè commiſſum, habetur ſup.c.7.n.2.& nu. 20 & 21.

17 *Aſſaſſini &c.* Qui dicantur Aſſaſſini habetur ſupra cap.7. num.23. & 24.

18 *Vel Hæreſis.* Vt quis verè,& propriè hæreticus dicatur, quæ poſtulantur, habetur ſupra c.8 n.2.

19 *Læſæ Maieſtatis &c.* Crimen læſæ maieſtatis contra quos committatur, habetur ſupra c.9 n 2.3.& 4. Et à quibus perſonis committi, vel non committi poſſit, habetur ſupra c.9.num.5 Et Quibus modis committatur, habetur ſup.cap.10. per totum.

Vltra ſupradictos caſus enumeratos per præſentem Conſtitutionem, an ſint alij caſus excepti per alia iura, dictum eſt ſup.c.11.à n.7 vſq; ad finem capitis, ſed præcipuè n.7.26.& 27.

Diſtrictè præcipiendo &c. Hæc verba denotant mentem Summi Pontificis eſſe obligare ad peccatum mortale epiſcopos, & cęteros ſupradictos: Vnde ſi requiſiti à curia ſæculari, vt tradant ſupradictos delinquentes in caſibus ſupradictis exceptis,& non tradant, mortaliter peccant. 20

Et ratio eſt, quia verbum præcipimus (licet ex propria ſua ſignificatione non magis coarctetur ad ſignificandum peccatum mortale quàm veniale, vt docet Caietan in 2.2.D.Thom.quæſt.186 art.9.& in Summula verbo præceptum, & Nauar.in Manuali cap.23.nu.52.) in lege eccleſiaſtica poſitum obligat ad mortalem culpam ex vſu eccleſiaſtico. Niſi aliter probabiliter conſtet de intentione ſtatuẽtis (quæ non conſtat in caſu noſtro) vt docet idem Nauar. in loco præallegato,& Caiet.ibidem,& in prima ſecundæ D. Thom. q.96. art.4. Graffius in deciſ.aureis tom. 1. lib.2. cap 56. num.2. Io.Medina in c.de Ieiunio q.7. §.2. Syluеſt. in verbo Præceptum §. 2. verſ. Dico ergo: Et probatur ex Clemen.exiui §.cum autem de verb. ſignif. ergo multo magis obligat ad mortalẽ culpam quando verbo *Pręcipimus* additur *diſtrictè præcipiendo*: ita

docet

docet Alphonſus à Caſtro in lib. 1 de poteſtate legis pęnalis c. 5. documento 4. & Io. Med. in loco præallegato, quos refert, & ſeq. Sayrus in lib. 3. Clauis Regiæ c. 7. n. 19. 20. & 26.

21 *Irregularitatis nota &c.* Conſtito epiſcopo delictum eſſe exceptum, poteſt delinquentem tradere curiæ ſæculari, non requirendo à Iudice cautionem illam de non infligenda pęna ſanguinis, de qua in c. Id conſtituimus, & c. Reum 17. quæſt. 4. & notant Doctores in c. Inter alia de immunit. eccleſiæ. & dato quod Curia ſæcularis delinquentẽ mori faciat, nõ per hoc erit irregularis epiſcopus, qui illum traddidit, vt patet ex verbis tex. præſentis Conſtitutionis.

22 *Neq autem Curia ſæcularis prædicta &c.* Per hanc determinationem Summi Pontificis abolita eſt illa conſuetudo (ſeu potius corruptela) quæ erat in aliquo Regno, vel ſtatu dominij ſæcularis extrahendi de facto, & per vim delinquentem ab eccleſia, in caſibus in iure exceptis, nulla requiſita epiſcopi licentia.

Abolita eſt etiam illa controuerſia quæ erat inter Doctores, vtrum in caſibus de iure exceptis, in quibus reus non gaudebat immunitate poſſet Iudex Laicus ſine licentia epiſcopi, vel alterius eccleſiaſtici ſuperioris extrahi facere per vim ab eccleſia; de qua latè tractat Farinacius in ſua practic. crimin. part. prima, tom. 2. quæſt. 28. ſub tit. de Carceribus, & Carceratis num 75 & 76. Nam per præſentem Conſtitutionem expreſsè cauetur ne ſæculares Iudices poſsint propria auctoritate extrahere, vel extrahi facere delinquentem per vim ab eccleſia, abſq; licentia epiſcopi, vel eius miniſtri, & cum interuentu perſonæ eccleſiaſticæ ab eo auctoritatem habentis, etiam in caſibus exceptis, & à Iure permiſsis, niſi quando epiſcopus talem licentiam dare recuſauerit: ita docet Farinacius in loco præallegato, per hanc Conſtõnẽ qui cõtrarium tenuerat ante dictam Conſtitutionem, in prima impreſsione ſui operis: & ita quoque docet Alexander Ambroſinus in ſuo Commentario in Bullam Gregorij xiiij. cap. 11. n. 1. & Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 22. nu. 5.

Vel eius officialis &c. Id eſt Vicarius Generalis, nam in aliquibus locis illi qui vices gerunt epi- 23
ſcopi, non appellantur Vicarij, ſed officiales epiſcopi, vt in Clem. Si principalis & ibi gloſ. in verbo officiales vbi etiam Doctores de Reſcriptis, in c. Romana in princip. de Appell. in 6. & c. ex frequentibus, & ibi gloſ. in verbo officialem extra de cõſtitutionibus, & c. Licet de officio Vicarij in 6. Card. in Clem. 1. num. 18. cum ſeq. de officio Vicarij. Rota Romana deciſ. 11. tit. de officio Vicarij in nouis, vbi Papaz inquit in Apoſtilla quod Vicarij in Hiſpania, & alijs Prouincijs appellantur officiales. Et licet epiſcopus plures habeat officiales, tamen quia verba ſunt ſumenda in ſuo potiori ſignificatu l. 1. §. Qui in perpetuum ff. Si ager vectigal, Menoch. de Arbitr.

Iudic.Centur.1.q.77.n.1.& Cētur. 4.caſu 32 1.n.14.Gloſ.in Clem.& ſi principalis, verbo, Principalis de Reſcript. de Vicario generali intelligenda ſunt, ſi habet ſpeciale mandatum cognoſcendi de cauſis criminalibus,licet nō habeat ſpeciale mandatum cognoſcendi cauſas præſentis Conſtitutionis:Nam Vicarius Epi nō poteſt cognoſcere cauſas criminales abſq; mandato ſpeciali epiſcopi,vt patet ex c.Licet de officio Vicarij in 6.& ibi Io. And.Archid.Anch.Domin.Frāc.& alij,quos refert,& ſeq.Ambroz.de officio Vic.Epiſ.lib.2.q.143.n.1.Si vero habet ſpeciale mandatū cognoſcendi cauſas criminales, dato qđ nō habeat ſpeciale mādatū cognoſcēdi cauſas pñtis Conſtitutionis poterit illas cognoſcere,vt dictum eſt ſup.c.3.q.4.n.18. (ſi ei nō erunt prohibitæ)& rō eſt,quia nec in Iure cōi,nec in pñti Conſtitutione reperitur quod requiratur aliud ſpeciale mandatū vltra ſupradictū cognoſcēdi cauſas criminales; Et ea quæ per legem prohibita nō inueniuntur, permiſſa ſunt, c.Cū apud Sedē de ſpōſ.& matr.& ibi glo.fin. l. nec nō §.Sed qđ egit.ff.de Exqui. cau.mai.l.Ab ea.ff.de Proba.& ibi glo.l.1.ff.de Teſtibus,Syl.in ſua Sūma verbo Confeſsio in princip. Si vero Vic.Gen. Epi.non cognoſcit cauſas criminales,ſed alius officialis,tunc ille officialis quocūq; nomine nominetur,ſiue Auditor ſiue Iudex &c.poterit talē licentiā impartiri ,& dictas cauſas cognoſcere.

24 *Ad quos ſolos,& non alios Epiſcopis inferiores etiam ſi alias ordinarij ſint,aut nullius Diœceſis &c.* Ex dictis verbis dubitari poteſt, Primò An Vicarius Capituli Eccleſiæ Cathedralis,Epiſcopali ſede vacāte , hēat eādem facultatē quā ipſemet Eps in cauſis pręſentis Cōſtitutionis? Tractatū eſt ſup. c.3. q.6.n.32.

Secūdò, An Eps electus,& cōfirmatus nō aūt cōſecratus,poſsit cognoſcere de cauſis pñtis cōſtitutionis?tractatum eſt ſup.c.3.q.9 n.39.

Tunc ad Epiſcopum Viciniorē &c. 25 Per epm viciniorē intelligitur eps vicinioris Diœceſis, nō aūt qui vicinior fuerit in loco capturæ:Nam etiā ſi eps qui nō fuerit vicinioris Diœceſis præſens reperiatur in loco vbi faciēda eſt extractio,nō poterit ī huiuſmodi cauſis ſe interponere;ita docet Marius Italia ī ſuo tract.de immun.eccleſ.in præſentē Cōſtitutionem lib.1.c.6.§.1.n.77.

*Extrahere &c.*Si cōtingat vt quis 26 aufugiat ad aliquā eccleſiā in qua alia loca præter ipsā ſolā eccleſiā nō ſint,& voluerit reus corporis neceſſaria peragere; vel ſi aufugiat ad aliqđ Monaſteriū Monialiū in quo immorari nō licet,in hoc caſu ſi non poterit ſtatim haberi copia Epiſcopi,vel eius Vicarij Gener. à quouis Iudice eccleſiaſtico eiuſdē loci ſuperiore reus extrahi poterit & in tuto reponi,donec epiſcopus adeatur. Et rō eſt,quia neceſsitas facit licitū,quod alias erat prohitū.c. Quòd non eſt licitū extra de Reg.Iur. l.Quæ propter neceſsitatē.ff.de Reg.Iur & huius opinionis eſt Marius Italia in ſuo tract.de immunit. eccleſiarum in præſentem conſtitutionem lib.1.c.6.§ 1.n.67.

*Niſi eo caſu &c.*Marius Italia in 27 ſuo tract. de Im mun. eccleſiarum lib.1.

lib. 1. c. 6. § 2. nu. 80. verſ. Intelligerem autem &c. exponendo dicta verba duo dicit, Primum eſt, tunc locum habere verba præſentis noſtræ Conſtitutionis, cum non poterit haberi recurſus ad aliũ Epiſcopum, Nam ſi Epiſcopus loci fuerit negligens debet prius recurri ad Epiſcopum viciniorem, quod probat ex c. 2. de tranſlatione epiſcoporũ, vbi habetur, quod iuxta communem modum loquendi illa dicitur eccleſia viduata, quæ licet Epm habeat, inutilem tamen perhibetur habere. Si vero eps vicinior & ipſe quoq; negligens fuerit, tũc putat procedant verba Conſtitutionis, Hoc primum dictum mihi non probatur, nam ex verbis Conſtitutionis non colligitur, nec ab alio Iure, & licet laudabile ſit hũc ordinem ſeruare, tamen ſi iudex ſæcularis illum non ſeruet non puto incurrere cẽſuras & pœnas præſentis Conſtitutionis.

Nec obſtat tex. in c. 2. de trãſlat. Prælatorũ in quo, æquiparatur eccleſia viduata cũ illa quæ licet epm habeat, inutilẽ tñ perhibetur habere: Nã qñ eccleſia verè, & realiter ẽ viduata, iudex ſæcularis nõ hẽt ad quẽ poſſit recurrere pro extractione delinquẽtis, (ſcdm ſuã opin.) & iõ cũ Prælat⁹ nõ ſit negligẽs nõ põt ex ſe, & ꝓpria auctoritate iudex ſecularis reũ extrahere, ſed tenetᵣ recurrere ad epm viciniorẽ; ſed qñ eccleſia verè nõ eſt viduata, ſed impropriè tñ pp negligẽtiã epi, & Iudex ſæcularis facit inſtãciã epo, vel eius deputato pro extractione, tũc ſuccedit caſus poſitus in nr̃a cõſtõne nec tenetᵣ aliũ ep̃n requirere, qꝛ ad id nõ aſtringitᵣ à S. Pontif. Greg. xiv. in pñti conſt. nec ab alio iure.

Scd̃m qꝛ dicit eſt, qꝛ licet in caſu prædicto negligentiæ epi poſſit iudex Laicus delinquentẽ extrahere ab eccleſia ſeruata forma cõſtitutionis, nõ poterit tñ illos retinere ĩ ſuis carceribus, ſed eos deferre dẽt ad carceres eccleſiaſticæ Curiæ, data illis opportuna cuſtodia, ſi opus fuerit. Si vero eps noluerit eos recipere, nõ ob hoc dimittẽdi erũt, nec ẽt condẽnandi à prædicta curia ſęculari: ſed eiuſdẽ epi nomine detineri poterunt in carceribus ſecularis curiæ, donec Sedes Apoſtolica cõſulatur. Quòd dictũ mihi placet, quia eſt cõformis verbis Cõſtõnis, quæ vtrumq; caſum amplectitur: nẽpè qñ extrahitur reus cũ licẽtia epi, & qñ ex negligẽtia epi extrahitᵣ à curia ſęculari ꝓpria auctoritate.

Et firmo carcere &c. Aduerte, qđ ſi clare cõſtaret, quod gaudere deberet immunitate, nõ debet cuſtodiri, neq; detineri in vinculis, neq; in cõpedib. ſecus verò ſi dubiũ eſſet & delictũ eẽt graue. vt docet Card. Tuſch. in tom. 3. concl. 11. n. 12. 13. 14. & 16. lit. E. Et ſi Iudex eccleſiaſticus eſſet in culpa cuſtodiẽdi poſſet puniri per ſuũ ſuperiorẽ, vt docet idẽ Card. Tuſchus tom. 3. cõcl. 11. n. 33 & Oldrad. conſ. 54. in fine, verſ. & quod dicitur. 28

Detineri debent &c. Decia. in ſuis tract. crimin. tom. 2. lib. 6. c. 28. n. 2. verſ. At inſurgit &c. & latius c. 29. nu. 2. tuetur quod regulariter ẽt de iure non ſit reus conſignandus Curiæ ſæculari, vt ille detineatur in carcerib. laicis, ſed tutus debeat permanere penes Iudicẽ eccleſiaſticũ. 29

30 *Nec inde extrahi &c.* Quæritur facultas extrahendi confugientes ad Eccleſiã à quibus concedi poſſit? dictum eſt ſupra c.2.per totum & c.5.n.14.& 15.& c.11.n.7.

Niſi cognito prius per Epiſcopum
31 *&c.*Hic dubitari poteſt.

Primò num Epiſcopus cui vigore præſentis Conſtitutionis commiſſa eſt cognitio ſuper remiſsione delinquentium ad Curiam ſæcularem, debeat etiam ad effectũ præmiſſum recipere probationes ſuper prætenſo delicto; An verò teneatur ſtare proceſſui fabricato per ipſam ſæcularem curiam? vide ſupra c.3.n.2.

Secundò, An ſufficiat de delicto cõſtare per inditia,& præſumptiones? An vero debeat id per concludentes probationes apparere? vide ſupra c.3.n.3.

Tertiò, An Citatio ſit neceſſaria quando Epiſcopus, vel ab eo deputatus vult cognoſcere, an ille qui confugit ad Eccleſiam crimina excepta commiſerit? vide ſup. c.3.à num.9.

32 *Seu ab eo Deputatum &c.*Per Deputatum intelligi poteſt is qui ſpeciale mandatum habet ab Epiſcopo cognoſcendi cauſas præſentis Conſtitutionis: Et intelligi poteſt etiam Vicarius Generalis Epiſcopi, nam quandoq; appellatur Deputatus, vt docet Paui. de Poteſt. Cap. ſede vacan. 2. p. in principio q.10.Mandoſ.in Regulis Cancellariæ 14.q.6.n.10. quos refert, & ſequitur Sbrozzius de Officio Vicarij Epiſcopi lib 1.q.2.nu.11.& 12. Dummodo Vicarius ſupradictus habeat ſpeciale mãdatum cognoſcendi cauſas præſentis Conſtitutionis)& ei non ſit prohibitum cognoſcere has cauſas, vt patet ex ſupradictis c.3.n.8.

Quacumq; appellatione poſtpoſita 33
&c. Quæritur Vtrum à ſententia lata per Epiſcopum, vel eius officialem ſuper remiſsione Rei poſſit appellari per Iudicem Laicum; vel ipſemet poſsit reuocare ſñiam ſuam? Reſpondetur quòd non, quia licet Conſtitutio loquatur de ſententia lata contra reum, idem tamen dicendum eſt quando ſententia fertur in fauorem rei, cum non appareat diuerſitatis ratio.

De crimine verò Hæreſis &c. Hu- 34
cuſq; tractauit de immunitate eccleſiæ materialis; Nunc in hac ſextã parte tractat de immunitate eccleſiæ viuentis.

Cognitio ad forum Eccleſiaſticum 35
&c. Crimen hæreſis eſt merè Eccleſiaſticum,& ideo eius cognitio ad ſolos Iudices eccleſiaſticos ſpectat, neq; poteſt Iudex laicus aliquo modo in eo ſe intromittere; Executio verò ſententiæ Iudicis eccleſiaſtici, & punitio hæretici ſpectat ad iudicem ſæcularem; ita ſtatutum eſt de Iure Canonico, vt patet in c.Ad abolendam,& c. Excõmunicamus extra de Hæreticis,& docet Eymericus in ſuo directorio Inquiſitorum par.2.quæſt.46. n.11 §. Tertiò reſpondetur, & num.12. in reſponſione ad quartum, & cõmuniter Doctores, vt docet Alciatus in cap. 1. num. 73. de Officio Ordinarij, quem refert, & ſequitur Iulius Clarus in §. Hæreſis nu. 4. Rolan. conſil.20. num. 10. lib.3. Simanca de Catholicis inſtitutionibus

nibus tit. 36. De iudicibus ſæcularibus.

Intromittat &c. in cognoſcendo,
36 ſed bene ſe intromittit in exequẽdo ſententiam latam per iudicem Eccleſiarum contra hæreticum, vt in Gloſ. præcedenti probatum eſt.

Aut ſe intromittant &c. Quod
37 procedit quantumcumq; grauiter deliquerint, etiam in criminibus in præſenti Conſtitutione exceptis, vt docet Marius Italia de Immun. Eccleſiarum lib. 1. cap. 3. §. 1. num. 1. Et ratio eſt, Nam Clerici Iure diuino, & exempti ſunt à ciuili Laicorum poteſtate, non ſolum in rebus ſpiritualibus, Diuinis, & eccleſiaſticis vt fatentur omnes, ſed etiam in ijs quæ ciuilia ſunt, & temporalia; Vt verbi gratia ſi Clericus ſit ære alieno conſtrictus, vel ob rem emptam, conductam, vel depoſitam aliquid creditori debeat, Vel ſi (quòd Deus auertat) ſit latro, homicida &c. de Iure diuino eſt, vt coram Eccleſiaſtico, & non Laico Iudice conueniatur; ita docet Innoc. & Hoſtien. in c. 2. de maiorit. & obedient. Io. Andreas Dominicus, Archid. Ancha. & Francus in c. Quamquam de cẽſibus in ſexto, Abbas, Felinus, Decius, & Butrius in c. Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Conſtit. Gloſ. in c. Si Imperator diſt. 96. in verbo Diſcuti; & in c. Quamquam de cenſibus in 6. in verbo diuino; Romanus in ſingula 419. Syluester in Summa verbo immun. 1. q. 4. verſ. ſecundũ, Angelus in Summa, eodem verbo n. 33. verſ. 11. Azorius in tom. 1. inſtit. Moralium lib. 5. cap. 12. q. 1. vbi ex a & e tractat hanc quæſtionem, Rota Romana in Antiquis deciſ. 10. de conſuet. & Colligitur ex conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 20. ſub Decreto de Reformat. ibi, & perſonarum eccleſiaſticarum immunitatem Dei ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtitutam, & ex Concilio Lateran. ſub Leone X. ſeſſ. 9. in Bulla Reformationis Curiæ verſ. & cum à iure &c. vbi ſic legitur.

Et cum à Iure tàm diuino, quàm humano laicis poteſtas nulla in eccleſiaſticas perſonas tributa ſit.

Cui priuilegio Clericus (etiam cum conſenſu ſui Epiſcopi) non poteſt renunciare, ita docet Gloſ. in cap. ſignificaſti in verbo Clerici de Foro competenti, Abbas, Felin. & alij ibidem, & in c. Qualiter, & quãdo de Iudicijs, vbi etiam Immola ſub n. 4. Barba. n. 16. & Alex. conſ. 8. ſub n. 1. lib. 1. & ratio eſt, quia priuilegium eſt in fauorem totius ordinis eccleſiaſtici.

Poteſt tamen Clericus in crimine deprehenſus ſecundum aliquos Doctores capi à ſæculari Iudice, vt eccleſiaſtico tradatur; Poteſt & nõ ãctu capi ſi cũ armis incedat; præſumitur enim velle delinquere, à quo poteſt impediri per poteſtatem ſæcularẽ. ita Emanuel in ſuis Aphoriſmis Confeſſariorum Romæ impreſsis anno 1616. verbo Clericus num. 5.

Aut alio quouis prætextu &c. Et 38
hoc loco colligitur quod intentio S. Pontificis fuit non ſolum reuocare Bullas Pij V. & Sixti V. aliaq; Priuilegia, & indulta per Romanos Põtifices Principibus ſæcularibus con-

contra confugientes ad Eccleſias conceſſa circa capturam delinquẽtium propria auctoritate in ipſis eccleſijs; Sed etiam reuocare omnes conſuetudines, ſeu abuſus introductos, Aliaq; contraria omnia, ſub quouis prætextu, præter, vel contra formam traditam in præſenti Conſtitutione introducta.

39 *Attentare &c.* Nota quod non ſolum conſumantes delictum præter aut contra præſentem Conſtitutionem puniuntur cenſuris, & pœnis in præſenti Conſtitutione ſtatutis, ſed etiam attentantes; & ſic punitur affectus etiam non ſequuto effectu, dummodo deuentum ſit ad actum aliquem proximum conſumationi, nam id propriè ſignificat attentare; & ita etiã docet Marius Italia de immun. eccleſiarum lib. 1. cap. 6. §. 2. nu. 54. & ſequent.

40 *Præſumpſerit.* Præſumere, dolum importat, & temeritatem, Vt docet Cardin. in Clem. 1. de Priuilegijs q. 39. Caietan. in Summa verbo Excommunicatio c. 81. Syluеſ. in verbo Excommunicatio 7. caſu 14 dub 5 n. 35. Sanchez de Matrimonio tom. 3. lib. 9. Diſp. 32. n 38. Emanuel in Summa verbo Pœna verſ. Pœna præſumenti, Vnde ignorantia etiam culpabilis (dummodo non includat dolum, vel temeritatem) excuſaret à Cenſuris, & pœnis præſentis Conſtitutionis, iuxta doctrinã ſupradictorum Doctorum, quibus addi poſſunt Doctores quos allegat, & ſeq. Marius Italia de immu. eccleſiarum lib. 1. c. 6. §. 2. à n. 88. ad 98.

Declaramus eum ipſo facto &c. in foro conſcientiæ non requiritur alia declaratio ad incurrendas dictas cẽſuras: ſed ad hoc vt ab alijs vitentur dicti tranſgreſſores, requiritur declaratio iudicis eccleſiaſtici de delicto commiſſo, iuxta Extrauagantem Martini V. quæ incipit ad euitanda ſcandala &c. 41

Ad incurrendam verò pœnam pecuniariam, vel aliam pœnam corporalem, requiritur declaratio: nempè delictum eſſe ab eo commiſſum, ad hoc vt teneatur illam ſoluere vel pati; vt latè tractaui in meo tractatu de Duello q. 7. per totam, & præcipuè n. 14.

In Cenſuras, & pœnas &c. Quænam ſint iſtæ cenſuræ, & pœnæ ſtatutæ per ſacros Canones &c. dictum eſt ſup. c. 15. à n. 1. vſq; ad 7. 42
Excluſiuè quis autem poſsit abſoluere à dictis cenſuris, dictum eſt ibidem c. 15. à n. 7. vſq; ad 18.

Quæ contra libertatis Iuris, & immunit. Eccleſiaſticæ violatores &c. 43
Ex prædictis verbis clarè colligitur quòd violatores præſentis Cõſtitutionis incurrunt in pœnas nõ ſolum violationis immunitatis eccleſiarum, verum etiam, & libertatis, & eccleſiaſticæ immunitatis, vt dictum eſt ſup. c. 1. num. 4 & 5. & c. 15. n. 5.

Sublata eis, & eorum cuilibet &c. 44
Hæc clauſula omnem prorſus extraneam interpretationem, & extenſionem excludit; vt docet Dec. conſ. 61. nu. 2. lib. 1. Aym. conſ. 201. nu. 43. Put deciſ. 50. n. 5. lib. 1. quos refert, & ſeq. Farin. conſ. 76. n. 14.

Per modum ſtatuti, & legis perpetuæ, & etiam in vim contractus. Vt 45

exempli gratia, Si ab aliquo Sum-
mo Pontifice tempore præterito
eſſet facta conceſsio alicui Princi-
pi, vel Reipublicæ, hoc modo: Itē
quod Eccleſiæ in toto ſtatu gau-
deant priuilegio eis per commu-
nia Iura indulta, vt illi qui ad eas
confugiunt ab inde non extrahan
tur inuiti, niſi in caſibus à iure per
miſsis, Non poſſent officiales cu-
riæ ſæcularis illius ſtatus ſub præ-
textu dictæ conceſsionis, de facto
auctoritate propria, & abſq; licen
tia epiſcopi extrahere delinquen-
tes ab eccleſijs in caſibus à Iure
permiſsis duplici ratione..

Prima quia conceſsio intelligi-
tur facta iuxta formā Iuris, c. Cau-
ſam de Reſcriptis, c. Licet de Præ-
bendis, Syl. in Summa Verbo Re-
ſcriptum q. 8. & verbo Priuilegium
q. 3. verſ. Quinta concluſio, Card.
Tuſchus tom. 3. lit. E, concluſ. 11.
n. 20. Sed præſens Conſtitutio Gre
gorij Papæ xiiij. eſt iuris antiqui
declaratiua, vt docet idem Card.
Tuſchus in loco ſupradicto num. 9
Ergo dicta conceſsio eſt interpre-
tanda, vt in caſibus à Iure permiſ-
ſis poſsint Iudices Laici extrahe-
re delinquentes ab eccleſia non
propria auctoritate, ſed cum licen
tia epiſcopi, & iuxta formam præ
ſentis Conſtitutionis.

Secunda ratio eſt, Quia dato, &
non conceſſo, quòd dicta cōceſsio
eſſet facta, vt propria auctoritate,
& abſq; licentia epiſcopi, per vim
poſſent extrahere delinquentes in
caſibus à Iure permiſsis; & dicta
conceſsio eſſet facta per modū ſta
tuti, & legis perpetuę, vel in vim cō
tractus, adhuc poſt præſentē cōſti-
tutionē Greg. xiv. non poſſent hoc
facere ꝓpria auctoritate, & abſq;
licētia epiſcopi loci, quia per præ
ſentē clauſulā dicta conceſsio eſſet
ſublata, & reuocata; & officiales
curię ſęcularis dicti ſtatus tenētur
in præſenti, & in futurū, in capien-
do delinquentes, & extrahendo il-
los ab eccleſijs in caſibus à iure
permiſsis ſeruare formam præſen-
tis Conſtitutionis Greg. Papæ xiv.

Vt autem præſentes litteræ ad om
nium notitiam &c. Per hanc clauſu- 46
lam tollitur illa dubitatio, quæ ſo-
let eſſe inter Doctores, an Conſti-
tutiones Pōtificiæ ſufficienter Ro
mæ promulgatæ ligent omnes: vel
requiratur, vt in ſingulis Prouincijs
promulgentur: Nam præſens Con
ſtitutio Romæ promulgata ligat
omnes, ac ſi eorum cuilibet eſſet
perſonaliter intimata, vt clarè pa-
tet in text. ibi, *Ac ſi eorum cuilibet*
eſſent perſonaliter intimatæ.

Fidem in iudicio &c. Vnum tan- 47
tum requirit S. Pontifex ad hoc vt
fides adhibeatur præſenti Conſti-
tutioni, tàm in iudicio, quā extra
illud: Nempè vt ſubſcripta ſit ma-
nu publici Notarij; ergo dato quòd
nō ſit ſignata ſigillo ordinario, vel
ſaltem perſonæ in dignitate eccle
ſiaſtica conſtituta, ſi ſit ſubſcripta
tantum manu publici Notarij fidē
facit vbiq; gentium, & locorum.

Nulli ergo omninò &c. Qui con- 48
trauenit præſenti conſtitutioni in
currit indignationē Omnipotētis Dei
ac Beatorū Apoſtol. Petri, & Pauli.

Tribus modis poteſt quis con-
trauenire præſenti Conſtitutioni.

Primò frangendo, ſiuè laceran-
do ipſam, in locis vbi eſt affixa ad

illam

illam publicandam.

Secundò contra ipſam faciendo, ideſt committendo quæ per præſentem Conſtitutionem ſunt prohibita, vel non obediendo ijs quæ præcipiuntur.

Tertiò negando Romanum Pōtificem hæc facere poſſe; ita in ſimili clauſula poſita in Bulla cœnæ Domini docet Vgolinus in 3.p. dictæ Bullæ c.8. verſ. Nulli ergo omnino &c. n.1.& 3.

Indignationem verò omnipotētis Dei &c. ille incurrit qui mortiferè peccat, vnde clarè conſtat ex præſenti clauſula quod mortaliter peccat qui contrauenit præſenti Conſtitutioni; ita docet Vgolin. in loco præallegato num. 2. & ante ipſum Rebuffus in praxi Benefic. in clauſula, Nulli ergo hominum &c. Qui verò negaret Romanum Pontificem hæc facere poſſe, vt hæreticus eſſet puniendus.

Hæc dixi ad gloriam Dei, & Glorioſiſsimæ Virginis Mariæ eius matris. Salua tamen correctione S.R.E. cui me & ſupradicta à me ſcripta ſubmitto.

REGISTRVM.

abcd, A B C D E F G H I K L M N O.

Omnes ſunt duerni, exceptis a, b, c, d, qui ſunt ſimplices.



CREMONÆ,
Apud Marcum Antonium Belpierum,
M, DC, XXI.